BIBLIOTECA VITT. EMANUELE ROMA
255
3 — B
15

6-36-F-52

6-36.F.48

# MARMORA
# FELSINEA


BONONIA
FELSINA
VOCITATA
CVM PRINCEPS
ETRVRIAE
ESSET.
Plin. Lib. III. Cap. XV
NONIA
RESTITVTA

# MARMORA
# FELSINEA

INNUMERIS NON SOLUM
INSCRIPTIONIBUS EXTERIS
HUCUSQUE INEDITIS

Sed etiam quamplurimis Doctiſsimorum Virorum
expoſitionibus roborata & aucta.

ILLUSTRISSIMO AC AMPLISSIMO

## BONONIAE SENATUI

DICATA

*A CO: CAROLO CAESARE MALVASIA*
*V. I. ac Sac. Pag. Doct. Collegiato:*
*In Patrio Archigymnaſio Horis Veſpertinis Legum*
*Interpreti Primario ac Emerito:*
*Nec non Cathedralis Eccleſiae Bononienſis*
*Canonico.*

BONONIAE Studiorum. Anno CIƆIƆCXC.

Ex Typographia Piſariana. Superiorum permiſſu.




# ILLUSTRISSIMI
# AC AMPLISSIMI PATRES

BIBLIOTECA NAZIONALE V. E.

SUSCEPTA toties à Majoribus meis interpretandarum in hoc Patrio Archigymnaſio publicè Legum prōvincia, jure, penè dixerim, haereditario mihi pariter tranſmiſſa, adeò grata ſemper viſa eſt

IL-

ILLUSTRISSIMIS ac AMPLISSIMIS DOMINATIONIBUS VESTRIS, Sapientiſsimi PATRES, ut cum meo labore in docendo, pari munificentia in remunerando, unquam certare non deſtiteritis. Quum ergo nihil mihi magis in votis eſſe debuerit, quàm opportuna grati animi ſignificatione tantae humanitati Veſtrae reſpondere, poſt emenſum tandem in hoc almo Lyceo STIP. XXXX. curriculum, obvia fiunt MARMORA FELSINEA & alia Bononienſium Antiquitatum Fragmenta, quae horis ſubceſivis, animi cauſsa, undequaque ſparſa colligere, ac in unum cogere occoeperam. Opus quidem, ut verum fatear, cùm ab inſtituto meo prorſus alienum, tum meis viribus diſpar, ſed quod in me ſaltem erga Vos aeternum teſtari valeat obſequium. Erit fortaſſe (ut exopto, ac futurum praevideo) qui uberiori eruditione praeditus, validiorique robore fretus, hanc Spartam, cui non modicam hìc lucem praefero, meliùs exornet, ac pro dignitate im-

impleat. Vos interim, Sapientiſsimi PATRES, quicquid in majus Patriae Veſtrae decus, in tam ſenili aetate promere potui, laeta fronte ſuſcipere ac fovere ne dedignemini, dum toto ſtudio enitor, & ſemper enitar ut appaream

ILLUSTRISSIM. AC AMPLISSIM. DOMINAT. VESTR.

ROMA

*Humillimus Cliens*
Carolus Caeſar Malvaſia.

Vidit D. Fulgentius Orighetus Rector Poenitentiariae pro Eminentiſs. & Reverendiſs. D. D. Cardinali Angelo Ranuccio Bononiae Archiepiſcopo, & Principe.

15. Martij 1689.

Illuſtriſsimus D. Dominus Comes Valerius de Zanis (ſi placet) videat praeſens Opus inſcriptum *Marmora Felſinea &c.* pro S. Officio, & referat.

F. Paulus H. Inquiſitor Bononiae.

Iuſſu Reverendiſsimi Patris Magiſtri F. Pauli Hieronymi Giaconii Inquiſitoris Generalis Bononiae attentè vidi Librum, cui titulus *Marmora Felſinea &c.* Authore Comite Carolo Caeſare Malvaſia, nilque in eo Decretis Sacrae Indicis Congregationis repugnans reperi. Ideoque, ſi ſic Eidem Reverendiſsimo P. Inquiſitori videbitur, imprimi poſſe cenſeo. 30. Martij 1689.

Valerius de Zanis.

Attenta ſuperpoſita atteſtatione, & à nobis viſo & conſiderato Opuſculo, cui titulus *Rifleſſioni &c.* dicti Domini Illuſtriſsimi Reuiſoris,

Imprimatur.

F. Paulus Hieronymus Giacconus de Garrexio Inquiſitor Bononiae.

TO-

# TOTIVS OPERIS RATIO ET OECONOMIA.

BIBLIOTECA NAZIONALE

C*Ogitanti ſaepè mihi quid ſit cauſsae cur Bononia Antiquarum Inſcriptionum ita inopem noſtris temporibus ſe praebeat, occurrit primò noſtratis materiae, in quâ inciſae fuerunt, arenulenta nimis ac friabilis natura, quae ſcilicet facilè vergit ad interitum. Marmore enim non conſtant proximi montes, immo neque ſilice, neque ullo alio duro lapide, ſed incompoſito ditantur gypſo, ad perpolitionem, ac longevam caelaturam inepto; ſeu ſabuloſo vix ſcatent toſo, in nativam tandem arenam, è quâ coagulatus induruerat, brevi ut plurimùm diſſolvendo. Id, praeter exciſas Epigraphes, quae hac de cauſsâ coroſae penitus & complanatae è detectis ruderibus crebrò educuntur, quotidie ob oculos ponunt, tum ALFENII Cyppus ad Divi Nicolai de Albariis humi ſtratus, tum GAVIAE Signum è regione RR. PP. Diſcalceatorum Divae Thereſiae poſitum, utrumque radentis unguis tentamini ita cedens, ut molle potiùs figulorum intritum, quàm ſolidum lapicidae redoleat opus.*

*Non me quidem fugit, ob magnifica Tabularum Fragmina, è convoluto ſolo in dies eruta, non paucos, divitiis praecipue affluentes, ſeu dignitate praeſtantes, huiuſmodi lapicidinarum piduiſſe, ac propterea durioris apud nos ſaxi caritate non territos, nec mollioris noſtri proximitate copiâve allectos, è longinquis regionibus peregrina marmora quovis pretio advexiſſe; ut defunctorum memoriam dignius perennarent; ſed hanc vel egregiam liberalitatem in majus damnum (quod idcirco hic pro ſecundo numeramus) fuiſſe tandem verſam, fateri cogimur. Siquidem inferioribus hiſce temporibus Majores noſtri, hanc eandem marmorum penuriam vehementer paſſi, raritatemque cupidius admirati, eadem docta fragmina, undecunque avidè conquiſierunt, ac veluti pro derelictis habita, ſuo quaſi jure occupaverunt, ac tandem in privatos uſus, non ſine venerandae Antiquitatis jacturâ, quam perpetuò Felſina defleat, tranſtulerunt.*

*Et ex his tertium emanat Inſcriptionum noſtrarum detrimentum, nimirum impia, ferè dixerim, Exterorum pietas, qui tot caſuum miſeratione tacti, hinc eas quandoque ſubtraxerunt, ad nativas urbes proximas tranſvexerunt, atque in domeſticis pinacothecis honorificè collocari juſſerunt; quum ſic eas tanto ſtudio ab excidio redemptas oſtendere nequeant, quin eâdem operâ quantùm eas parvifecerimus nobis exprobrent, qui à noſtris auferri Laribus deſidiosè permiſimus. Quid enim prodeſt quod clariora purioris elegantiae, nec non uberioris eruditionis lumina, Sigonius inquam, Bononiae tamdiu Lector, ac Sadoletus ejuſdem quondam Praetor, Concivem Caſtelvetrum ſequuti, nonnullas earundem neglectas hìc collegerint, atque in Patriam religiosè ſervandas advexerint, dum originem ſuam adhuc detegentes (quamvis Mutinenſibus immixtae) noſtram nobis incuriam objectant?*

*Optimè quidem novimus, de ſuperſtitibus in unum cogendis, ac memoratorum Mutinenſium inſtar, per plateam majorem, ſive circà Divi Tutelaris Templum diſtribuendis, pluries inſtetiſſe doctiſſimum Achillem Bocchium, eandemque petitionem renovaſſe, ſupplici porrecto libello, nobiliſſimos itidemque providos Viros Fabium Albergatum, Bartholomeum Blanchinum, ac Caeſarem Napeum, ſed quid profecerint, quidve obtinuerint, ab effectu potiùs conjectandum aliis relinquere, quam moleſtè in praeſenti renunciare juvat. Sane Antiquis Marmoribus paullò ditior deprehenditur Petroniana Baſilica, quàm ſit modò Cathedralis Eccleſia noſtra, quae in ſui nuperâ reaedificatione hujuſmodi direptionem paſſa, nullum omninò ſervat è tot Monumentis & Antiquitatum fragminibus, quibus antea refertam eouſque ſe oſtendiſſe fertur, ut in ſui admirationem quoſcunque harum lautitiarum cupidos traheret, nec eos niſi opiparè ſaturos dimitteret.*

*Harum igitur, ſicuti per totum Metropolitanae praedictae ambitum ne fruſtulum quidem reliquum fuiſſe jure ingemiſcimus, ſic prae foribus Patronalis illius Eccleſiae, haud plures quam duas numerare nunc poſſe dolemus; ſiquidem hae ſunt, quae de caeteris inibi quondam ſitis, nunc verò diſperſis, nos tacitè interrogant, ubi modò reperiantur tot Gentium Auguſteo praeſertim ſeculo apud nos floreſcentium Memoriae:* Laciniarum *veluti*, Gaiſſidiarum, Calvediarum, *ac ſimilium, in Magno Reineſii opere hoc tempore reviviſcentium, nec minus argutiſſimo ejus calamo, quàm egregio olim Artificis ſcalpro penè ſpirantium; ut tot Gruterianis, funditus hodie diſperſis, ſuperſedeam.*

*Sed*

*Sed querelarum jam ſatis, quum de deperditis jacta ſit alea, de noviter verò detegendis longè majus ſtudium ſperandum ſit à nonnullis inter Patricios noſtros, quos in rem deditos, non ſine moeroris noſtri levamine, deprehendimus. Quandoquidem non paucos hujus cenſus Lapides à praedictis ſervatos, ſuppeditare poſſunt Aldoſio noſtro, primo verè Collectarum Epigraphum Bononienſium promocondo, Coſpiana Curia, Muſeum Coſpianum, Bevilaqueorum Tuſculanum, ac demum (ſi adiicerere licet) aedes noſtrae, non in Patriâ tantùm, ſed quas Romae quotannis hyemali tempore inhabitabam, & quae pariter, ut mea curta ferebat ſupellex, eruditis hujus generis per me coactis quiſquiliis, non parum ſibi decoris foenerabantur.*

*Dum igitur haec, atque conſimilia deſcribere conſilium mihi eſt (ne, ſi pari Vetuſtatis damno ipſa quoque perire contingat, eorum ſaltem obliteretur recordatio) quomodo aliorum etiam praeſidio ea undequaque ſparſa in unum cogere, & quâ methodo ſuis locis diſtribuere decreverim, adaperiam. Nam quod ad ſubſidium aliorum, ſive hi ſint alieni, ſive noſtri, qui ad rem praeſentem facientia quaedam quandoque ediderint, quaedam edenda reliquerint, nequaquam erubeſcemus doctiſſima haec eorundem ſcripta exilibus noſtris dictiunculis inſerere ac addere. Idem enim non pauci, licet eruditione propriâ conſpicui, egerunt; ac hos inter tria in obſcurioribus irradiandis Inſcriptionibus primae magnitudinis ſydera. Primus eſt Urſatus, qui in ſuorum Patavinorum expoſitione Monumentorum frequens non ſolùm accedit ac haeret conterraneis ſuis Marcanovae, Scardeonio, Cavacio, Portenario, Tomaſino, ac aliis, ſed integras ac de verbo ad verbum tranſcriptas Monumenti Maguriani enodationes à noſtro Eminenti quondam Liceto, & ab Holſtenio habitas, propriis apponere minimè abnuit.*

*Alter eſt idem Reineſius, qui ad amuſſim ejuſdem Liceti atque Holſtenii explanationes declarationibus propriis, quibus proculdubio cunctis anteit, commiſcere non eſt dedignatus: Tertius denique Prideaux, qui in Marmorum Oxonienſium exactiſſimâ, quam edidit, expoſitione, verſionibus quandoque, atque annotationibus Sildenii ſe accomodat atque annectit.*

*Proinde ego tantorum Virorum fretus exemplo, ea repetere non gravabor, quae in hujus Patriae ſimul & rei Antiquariae emolumentum concinnavit Reineſius in ſuo Opere Magno e quo ſeptem antehac ignota prodiere Bononienſia*

*Epi-*

*Epitaphia*: *Non ea ad literam deſcribere abnuam, quae modò publici juris fecere, modò in domeſticis relegata ſorulis, in hunc vſque diem ſilere permiſerunt Licetus, nec non Cottunius, in hac Civitate olim Eminentes ſeu primarii: ac tandem quae in Muſeo Coſpiano elaboravit Legatus, in eadem Vniuerſitate Graecarum Literarum fidus Interpres.*

*Idem erit de notiſſimo Lapide Maniliano, aliàs typis mandato ab olim Canonico de Nigris: de Aviaſiano Balneo à Caponio evulgato, deque Fragmento Iſiaco à P. Kirchero expoſito, nec non à Montalbano Elogiis elato, deque aliis fragminibus ab iiſdem Concivibus meis utcunque exhibitis. Idem denique de notiſſimo, ac per totum Orbem Terrarum celebrato, Aeliae Laeliae Criſpidis Aenigmatico Epitaphio, à duobus diſertiſſimis popularibus olim meis, dicto Canonico de Nigris, & Priore Mengolo noviter declaratis. De Statianis Sarcophagis ab doctiſſimo aequè ac nobiliſſimo Viro, Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Abb. Antonio Felice Marſilio, Bononiae Archidiacono, majorique Archigymnaſii noſtri Cancellario plenè expoſitis, mihique humaniter elargitis; nec non de Pelvi ad D. Stephani, quam mirâ eruditione enucleatam atque digeſtam, pari humanitate mihi indulſit, ſummâ doctrinâ non minùs, quàm nativâ generis claritate conſpicuus, Illuſtriſſimus D. Valerius Comes de Zanis.*

*Ex horum enim omnium tam multiplici, tamque variâ eruditione opportunè per me adhibitâ, ſuiſque aptè inſertâ locis, magis Miſcellaneum hoc Opus noſtrum cunctis probatum iri confido; non ſecus ac inſigniores pinacothecae, quae tum ſpectabiliores ſe praebent, cùm pictas tabulas, pluribus atque diverſis manibus elaboratas, oſtentant.*

*Quoad Ordinem denique in diſponendo ac in ſuas partes ritè dividendo Opere, quem ſequar anceps haereo nec reperio. Quum enim Inſcriptiones noſtrae, vt monere caepi, Dominum ſeu ſitum quotidie variantes, nullo unquam certo loco ſiſtant, ſtabilive ſede morentur, non ea arridere poteſt diſtributio per regiones urbis, vulgò* i Quartieri della Città, *quae placuit praedictis Vrſato in Monumentis Patavinis, Prideaux in Oxonienſibus, & ſimilibus. Praeterea, quum non ex integro Hiſtoriam Bononienſem hìc ego moliar (& ſi quamplurima ad eandem impoſterum ab hiſce Marmoribus, veluti ab Ovo deducendam, neque ab ullo alio hactenus excogitata, detegam) non ea hìc aptari poteſt partitio, quâ non pauci propriorum annalium Conditores, nativos Lapides opportune diſpertitos, ſuis ſcriptis, veluti acu delinitis, inſeruere; ut exempli*

*cauſ-*

*cauſsâ.* Welſerus *in ſuis Auguſtanis*, *Pierius Valerianus in Bellunenſibus*, *Cattus in Peruſinis*, *Antoninus in Saſſinatenſibus*, *Spon in Lugdunenſibus*, *Andreantonellus in Aſculanis*, *Onuphrius in Auximanis*, *Vidrianus in Mutinenſibus*, & *ſimiles alii*, *ab hiſce remotis extraneam quodammodo ſuarum Epigraphum diſtributionem mutuantes*.

*Ab intimâ ergo potius*, & *intrinſecâ*, *ut ita dicam*, *ratione noſtrarum; hoc eſt*, & *à Rebus tantùm Publicis*, & *à Perſonis tam Publicis quàm Privatis*, *quas ipſi revelant nobis* & *exhibent Scripti apud nos Lapides*, *fluit illicò ac ſponte emanat Ordo noſter*, *ſeu totius Operis Oeconomia*: *Quòd nimirum*, *quum dictarum Rerum Publicarum*, *aliae ſint Sacrae*, *ut Templa*, *ac Numina in iis olim impiè culta*, *ut Collegia ſeu Scholae Sacerdotum ſeu Magiſtrorum*, *ſacros ritus* & *caeremonias tractantium*, *eaſvè alios tractare edocentium*: *Aliae verò Profanae*, *ut Fiſtulae ſeu Aquaeductus communes*, *ut Thermae ſeu Balnea gratuita*:

*Quumque ſimiliter Perſonae*, *ſi Publicae ſunt*, *tales appellentur*, *vel ratione Dominii*, *ut Conſules primò*, *deinde Imperatores*, *inde Magiſtratus municipales*, *ac poſtremò Reges*: *Vel ratione publici nominis ſibi acquiſiti*, *tum in Literis*, *ut Virtute praediti*, *ut aliquâ Arte excellentes*: *tum in Caſtris*, *ut Milites pro bono publico certantes*, *ac Militari ſaepè munere praeſtantes*.

*Si verò Privatae ſunt Perſonae*, *tales conſiderentur*, *prout ſui juris erant*, *ut Patresfamilias*, *ut ingenui Domini*, & *prout alieno juri ſubjicebantur*, *ut Filiifamilias*, *ut Uxores*, *ut Servi; quò fit ut ſemper poſitae cernantur hae privatae Inſcriptiones Filiis à Parentibus*, *ſeu Parentibus à Filiis*: *Uxoribus à Maritis*, *ſeu Maritis ab Uxoribus*: *Servis à Dominis*, *ſeu Dominis à Servis; idcirco in totidem etiam dividi debeat Sectiones praeſens Liber*, *quot ſunt differentiae quae dictas Sectiones efformant* & *conſtituunt*.

*Quumque harum denique cunctarum Epigraphum*, *quaedam dentur quae dignoſci nequeunt cui ſeu à quo dicatae fuerint*, *quae proinde Dubiae ſeu Incertae appellantur*: *Quaedam ſint quoad earum captum difficillimae*, *nempe Aenigmaticae*: *Quaedam imaginariae ſeu ſuppoſitae*, *ideoque Spuriae ſeu Apocriphae vocitatae*: *Quaedam tandem exterae*, *ad nos aliunde profectae*, *nilque ad rem Bononienſem facientes*, *quas propterea Adventitias vocare juvat; ideo praedictis Sectionibus*, *aliae binae*, *has quatuor differentias comprehendentes*, *jungendae veniunt*, *ſicque*

*que in totum denarium numerum conſtantes, modo & formâ, quae ob oculos poſita ſequitur :*

Prima Erit Sectio, Inſcriptionum Templis, ſeu Falſis Numinibus, in iis olim cultis, appoſitarum, ut Iſidi, Baccho, Fortunae, Paci &c.

Secunda, Erit Inſcriptionum nobis indicantium Collegia, ſeu Scholas Sacerdotum, ac Magiſtrorum, falſis Idolis olim miniſtrantium, atque alios miniſtrare edocentium.

Tertia, Fiſtularum ſeu Aquaeductuum, communium Thermarum ſeu Balneorum gratuitorum, ab Imperatoribus quandoque excitatorum, quandoque refectorum.

Quarta, Inſcriptionum Conſulibus, Imperaroribus, deinde Seviris, & aliis municipalibus Magiſtratibus, ac poſtremò Longobardorum Regibus dedicatarum.

Quinta, Inſcripta regeret Marmora, quandoque Scientiâ Praeditis, ſeu aliquâ Arte excellentibus, paſſim verò Virtute Bellicâ Praeſtantibus poſita.

Sexta, Erit Privatorum, qui ſibimet adhuc viuentibus de Sepulchro providerunt.

Septima, Privatorum, qui mortuis ſuis Sepulchrales Lapides erexerunt : Et primò Parentum qui Filiis, nec non Filiorum qui Parentibus.

Octaua, Inſcriptos Lapides continebit, poſitos Uxoribus à Maritis, Maritis ab Uxoribus, nec non Dominis à Servis.

Nona, Earum Inſcriptionum erit, quas ignoratur quis poſuerit, ſeu cui poſitae fuerint.

Decima, Erit Inſcriptionum Aenigmaticarum, Apochripharum, ac tandem Adventitiarum, hoc eſt aliunde ad nos profectarum, nilque ad rem Bononienſem facientium.

SECTIO

# SECTIO PRIMA

## Inſcriptionum Templis, ſeu falſis Numinibus, in iis olim cultis, appoſitarum; ut Iſidi, Baccho, Fortunae, Paci &c.

### CAPUT I.

*Vetuſtiſſimum Templum Iſidis, ibidem olim excitatum, ubi nunc extat inſignis Baſilica D. Stephano dicata.*

INTER tot vana & iridenda Numina, quibus olim ſacros decrevere honores, aſtu Doemonum illuſi, infelices Ethnici, Iſidem nemini poſtpoſitam cernimus, Hanc adoravere potiſſimùm Aegyptii, hanc coluere Graeci, hanc ſibi in Deam aſcivere Quirites; totque Nationes eandem ſumma veneratione proſequutas fuiſſe legimus, ut non hyperbolicè, ſed ſcitè admodum videatur à Diodoro ſcriptum: *ubiquè ferè terrarum Iſidem cultam*. Quid mirum igitur ſi tam longè latèque diffuſa haec falſa religio, in noſtras uſque regiones irrepſerit, ac proinde Bononiam, primam ac vetuſtiorem inter Etruſcos rituum & caeremoniarum matrem ac magiſtram, impetens, eam pariter communi hâc ſuperſtitione foedare valuerit? Sanè etiamnum durat ipſius apud nos inſtauratum pluriès Delubrum, ſingulare ac miran-

De quibus Tertull. in Apologet. D. Auguſt. de Civit. Dei Voſs. de orig. & progreſ. Idolatr. & caeter.

Lib. 1. cap. 2.

randum Antiquitatis verendae ſpecimen, Romae Pantheoni, ferè dixerim, in hoc ſaltem aequandum, quòd tot inter aerumnarum excidiorumque myriades, Aevi dentibus perinde ac Barbarorum manibus ſe mirè ſubtraxerit. Viſitur adhuc non profanum ampliùs Fanum iſtud, atque Septem Eccleſiarum, queis componitur, totaque clauditur Protomartyris Stephani Baſilica, medium tenens, cordis ad inſtar, à caeteris ſe circumdari gaudet. Gloriari ſcilicet videtur, inter traducta ad nos è Hieroſolymis peractae Redemptionis noſtrae tranſcripta myſteria, ſex aliis novo veroque ritu circumſcriptis, Chriſti Domini Servatoris noſtri ſibi obtigiſſe ex Sepulchro apographum, cuius ideo inſigni nuncupatione celebratur.

Templi formam, rotundam quidem, ſed faciebus interruptam, comparatione inſtitutâ, cum eâdem congruere ad unguem agnovi, quae Romae quondam extitit, prout ſolertiſſimè delineatam, vericuloque ſcalptam, noſtris ſubjecit oculis unicus harum rerum ſcrutator eximius R.P. Kircherus. Vacuam olim Iſaei proximiorem aream, quam occupant modò ac replent ſex Eccleſiae, impiè tenebant olim ſex alia portentoſa Idola, principi ſuae conſentanea: Baier ſcilicet, Mendes, Oſiris, Amum, Apis, & Canopus, ore ferino timorem veriùs quàm reverentiam puераſcenti tum maximè Mundo ingerentia. Cornutâ fronte hîc quoque tumebant, utpotè quae hircinam, quae taurinam, quae caprinam imaginem certatim induerent. Modò Canis, modò Lupi, modò Felis, aliarumque tot beſtiarum ſpeciem referebant, ut ex his etiam aſtrui potuiſſet, quod metuebat olim Ioſeph Hiſtoricus, *Orbem* nimirum *terrarum*, *ſi Aegyptiorum Sacra ſuſcepiſſet, breui beſtiarum plenum, inanem hominum futurum*; quum vel ſuis temporibus ignoraverit Moſes, inter eoſdem Vero Deo imolaturus, quamnam ex victimis deligeret, *ne*, ajebat, *ſi mactauerimus ea, quae colunt Aegyptii coram eis, lapidibus nos obruant*.

In ſuo Oedipo. nec non in expoſit. Obeliſc. ad Minervam, cap. 2. pag. 2.

Lib. 2. con. Apion.


Exod. c. 8.

Emergunt adhuc ex agro Bononienſi aerea hujus cenſus mon-

monſtra, quorum non exiguam partem proprio, immo Aldrovandi Muſeo addidit patruus olim meus amantiſſimus, Marchio, Senator, ac Bajulivus Ferdinandus Coſpius, ut è ſequentibus icunculis tum temporis editis, mihique, ut opportunè eas hîc repetam, ab humaniſſimo aequè ac doctiſſimo Medico Sylveſtro Bonfiolo, duplicis ejuſdem Muſei Praefecto digniſſimo, creditis.









Quandoquidem Apis in erecto Bove, Mendes, ſeu Amun in jacente Capro, Oſiris in irruente Lupo, Annubis in expanſo Cane repraeſentabantur, myſticis ſignificationibus, & obumbratis arcanis copioſè, ac eruditè in dicto Muſeo Coſpiano expoſitis, & quae, ne crambem recoctam oleant, praetereo. Harum vice addam citiùs & noviter marmoreum, quod ſequitur, Capitulum, penes dictam Baſilicam aliàs detectum ac effoſſum, nec non ab Excellentiſſimo Sacchio, celeberrimo tunc vulnerario, acquiſitum, hodie apud DD. *de' Monti* aſſervatum. Ibi enim cornigera ipſius Iſidis

Lib. 5. cap. 4. 5. 6. &c.

Iſidis facies, quae in medio laudatorum animalium in unum coactorum conſtituitur, id omne non ſolùm innuit, ſed quòd confuſè pariter & unitim, ut hîc cernuntur, haec Idola adorarentur, oſtendit; quare *Symbomoi & Synnaoi* graecè vocabantur; quòd nimirum *ad idem, altare & in eodem templo colerentur.*

Artemidor. Oneirocrit. Spon. Erudit. Antiq. pag. 19. col. 2. in prin.



*Pars altera*



Huic reſpondent alia, quae ſubnectimus, minoris formae Capitula ex eâdem humo tum eruta, quum Periſtyli cohaerentis excavarentur fundamina, ad Columellas propterea ſuperioris Ambulacri opportunè adhibita, ſuiſque locis aptè appoſita, vt è ſubjectis Icunculis conſtat:



Siquidem Bovinum Caput iſtud, Binique Humani Vultus, belluinis auribus, caprinisve cornibus portentum redolentes, nec ab Iſaeo diſtant, nec ab Iſide diſcrepant. Qui verò diſtortis repagulis (ni potius Loti ſeù Perſici, huic Numini dedicatarum, ſint folia, linguae figuram exhibentia) os clauſum, ſeu impedita labia geſtare ſimulat, Harpocratem ſilentii archetypum, eiuſdemque Iſidis germen oſtentat.

Qua de re, poſt omnes, Spon. d. Miſcell. pag. 18.

tat. Hinc commodè aſſequimur quid importent ſequentia, quae hîc ſimiliter ſubjicimus, monſtra, quatuor jam adductis aſſocianda, comparibuſque columellis ritè aptata; nam cujuſvis ſexus, nec non aetatis turbas indicant, quae luxatis ac informibus, ut apparet, membris, opem ab Harpocrate aequè ac ab Iſide ejuſdem matre imploraturae, huc conveniebant:



Valetudinarii ſiquidem apud Ethnicos, ab Iſide non ſecus ac ab Harpocrate ſalutarem opem praeſtolabantur; ideoque templis omnibus, quibus coleretur Iſis, colebatur D. Auguſt. loco quo ſu-

item

pra. Voſs. lib. 1. cap. xi. ex Varr. item Harpocrates, quibus etiam quandoque vota inſimul nuncupabantur.

LXXXII. 8.

Vrſat. Mon. Patav. aliqu. varianſ. pag. 312. 3.

*Patavii apud Baſſianos.*

ISIDI
SIGN. HARPOCRATIS
C. DIDIVS
ACVTIANVS
DON. DED.

Plutar. de Iſid. & Oſir. ex Eudoxo. Memores, Iovem ipſum Numinis huius auxilio indiguiſſe quondam, dum fabulabantur, eundem pedibus inter ſe connatis feriantem, ab Iſide ad greſſum expeditum fuiſſe, ejûs exemplo confugere ad Iſidem non ambigebant. Pictis idcirco tabellis, tum implorandae ſanitatis cauſsâ, tum, eâ adeptâ, voti ſolvendi gratiâ, totum adeo replebant templum, ut Satyrico ſcomma illud ſuggeſſerint: Iuvenal. Sat. 12.

---- *Pictores quis neſcit ab Iſide paſci?*

Non abludunt, à me itidem poſſeſſa, antiqua numiſmata pro SALute AVGVStorum ſignata, noviterque addenda aureo Claudii Imperatoris, à Pignoriâ adducto, & in quorum aversâ parte cernitur haec Deaſtra, ſeu in Templo Tetraſtylo haereat, ſeu Lupo inſideat: conſentiuntque, tum Gruterianae, tum Reineſianae Inſcriptiones ejuſcemodi votis ad ſatietatem refertae, quibus hae duae noſtrae opportuniùs accedant, veluti bina teſtimonia priſcae venerationis huic noſtro Templo vel ab ipſis Quiritibus praeſtitae, & qui hucuſque vota mittebant. Altera eſt, quam, ſive Sadoletus Bononiae tum Praetor, ſive Sigonius ibidem Lector, è ruderibus huius Baſilicae ſublatam, ſecum aſportavit, & quae nunc in viâ RR. PP. D. Franciſci Mutinae, ad domum DD. de Zanettinis ſic habet: In Menſ. Iſiac. pag. 2. verſa.

MAR-

MARCVS AEMILIVS
PHOEBVS
SACRORVM AB ROMA
ISIDI DONVM D

Refert etiam Vidrian. Hiſt. di Modona, lib. 2. pag. 120

Altera, quae in eâdem Baſilicâ, ſic etiam ab Aliodoſio noſtro enunciatur:

Inſtrut. delle coſe notab. di Bologna pag. 64.

*Nella Muraglia della Porta Santa di detta Chieſa:*

PERMANSIT BIS DENIS IN VIDV
ALIBVS ANNIS
IAM IAM SANCTA PARENS
QVARTAM NVNC RES
PICE PROLEM
ACCIPE PERPETVO QVAE DAT
TIBI MVNERA NATVS
ROMVLI . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . .

Ad exorandam NATO ſalutem videtur poſitum Epigramma iſtud, ſed fortè votum exhibet pro QVARTA PROLE ſuſcipiendâ: Quandoquidem, & ſi praefuerit haec Deitas praecipuè morbo laborantibus, non eſt quin ad obtinendam prolem etiam ſupplicari conſueverit: Si enim Dianam & Iſidem eandem fuiſſe voluere Antiqui, quem fugit, parturientes paſſim hanc Venatricem Triviam, ſub Iunonis Lucinae nomine, inter puerperii dolores ſuppliciter invocaſſe? Quare Catullus:

*Montium Domina fores*
*Sylvarumque virentium,*
*Saltuumque reconditorum,*
*Amniumque ſonantum,*
*Tu Lucina dolentibus*
*Iuno dicta puerperis &c.*

Quanquam, attentâ hoc loci proprietate verborum, in lege

L. non aliter ff. de legat. 3. l. nepos Proculo. de V.S. & ſimil. lib.

toties praecepti, immo in Inſcriptionibus, quae nativâ quâdam puritate gaudent, ſervandâ, appareat, QVARTAM hanc PROLEM editam jam fuiſſe, non edendam fore: Conſtet inquam, hanc poſt VIGESIMVM VIDVITATIS fortaſsè annum denuò nuptam, quartum ſuſcepiſſe filium. Quod ergo hunc RESPICERE, hoc eſt tueri & ſervare non abnuat, Iſidem orat, hâcque de cauſsâ oblata ei MVNERA PERPETVO ibi remanſura, ACCIPERE ne dedignetur. Sic expreſsè clariùſque aliàs nec non alibi actum novimus, ut hiſce votivis pariter duabus tabellis marmoreis:

*Albae Iuliae Transſilvanorum.*

Rein. Claſſe prima. CXXXII.

ISIDI ET SERAPI
SACRVM
EX VOTO
PRO FILIOLI SALVTE
SVSCEPTO
SAVRANA FECIT

*A Zara.*

Spon. Inſcript. Antiq. que ſont citee &c. pag. 76.
In Sched. Vatican. eſt QVINTILIVS.


ISIDI SERAPI LIBER
LIBERE VOTO
SVSCEPTO PRO SALVTE
SCAPVLAE FILI SVI
P. QVINCTIVS PARIS
S. L. M.

Alia miſſa facimus votivarum id genus epigraphum hoc eodem loco ſparſa fragmenta, adeò in praeſens contrita & exeſa, ut in verbis ſupplendis, ſenſuque expiſcando non ſemel ego inani labore perterritus, veluti deſperatione in transverſum actus, ulteriùs hariolandi munus lubentiſſimè pituituſiori cuipiam relinquam. In ſequenti potiùs inſiſtam, quae in medio fracta, atque in duas partes inversè erectas (ut ad unguem repraeſentabimus) diviſa, utrumque latus oſtii Aedium Principis Apoſtolorum hâc in noſtrâ Baſilicâ ineptè fulcit, atque perversè exornat.

CA-

*CAPVT II.*

*Inſcriptio olim appoſita ſupra januam eiuſdem Templi: nunc muniens vtrumque latus oſtii Eccleſiae D. Petri in eadem Baſilicâ.*



Viſis hactenus ſpectabilioribus, nunc Effigiatis, nunc Inſcriptis Fragminibus, antiquiſſimum nedum ſitum, ſed priſcam adhuc Iſiaci Templi exiſtentiam adumbrantibus, ſuccedit, ritè nunc cunctis anteponendum, iſtud in medio fractum Marmor, ſtructuram hanc eandem non ſolùm, ſed ſtructurae etiam Autorem ditiſſimum literis cubitalibus manifeſtans; ac proinde à nobis pleniſſimam, ac tantae Inſcriptioni reſpondentem diſſertationem exigens. Opto ſiquidem, vel ex his tantùm, quae Romanae Hiſtoriae innixus, de CALPVRNIIS commentaturus ſum, agnoſcat quilibet, quanti facienda ſint deſpectiora etiam Inſcripta Fragmenta, & quàm ideo jure probris & maledictis figi mereat, qui hoc tam inſigne ſic ineptè collocari juſſit.

In infandis ergò foribus iſtius Fani, an veriùs in os Orci, quod caecutientibus illius infelicis aevi Idololatris recludebatur, hoc erat hyperthyron, ſeu limen ſuperum, quod *l'Architrave* vocant, ubi haec Epigraphe junctim legebatur. Sic eam è Rubertello, Bononiae tunc temporis quum eandem exſcripſit, humaniorum literarum Profeſſore, obtulit Gruterus, quanquam decem verſibus diſcretam, quae tamen in Marmore, ut patet, tribus tantùm coaleſcit, utcunque aliter eam partitus fuerit, &, quod pejus eſt, mendosè deſcripſerit, poſt eundem Gruterum, Gherardacium, & ante Montalbanum, Alidoſius noſter. E quâ ideo rejectâ, atque ad fidem nativae hujus reſtitutâ lecturâ colligitur, hanc SEXTILIAM HOMVLLAM M. SEXtilii LIBertam, in memoriam, ſeu ad mandatum M. CALPVRNII TIRONIS, TESTamento CAVISSE, hoc eſt decreviſſe, diſpoſuiſſe, quod LIBertus ANICIVS, utriuſque NOMINE, hoc Templum, à primis uſque Etruſcis conditum, ISIDIque nuncupatum, reſtaurari, ſeu de novo FIERI curaret.

De Vit. & Vict. Pop. Rom.

In Diis dedicator. LXXIV. 2.

Hiſt. di Bolog. p. 1. lib. 2.

Dicendum eſt ergo, non modicis affluxiſſe divitiis, virilique conſtitiſſe animo hanc HOMVLLAM noſtram, non propterea *ex argilla & luto fictam*, dum tantae molis aedificium, collatâ in eo tollendo, PARTE PATRIMONII

Vt Iudebat Cic. in Piſon.

SVI,

SVI, conſtrui mandavit. Quapropter, ob tantum in ISIDEM ſtudium, aequiùs fortè cognomen ISIDIS promereri poterat HOMVLLA noſtra, quàm Iulia, cujuſdam SEXTILII uxor, de quâ in ſequenti Elogio:

DCCXCIII. 2.

D. M
IVLIAE ISIADIS
CONIVGI. B. M
P. SEXTILIVS TITIALIS
P. S
P. C. R
IN. F. P. CLX. IN. AG. P. L.

Pecunia Suâ Ponendum. Curauit Requietorium.

Sic alibi, *Materæ* ſcilicet in *Apulia*, liberalem ſe praeſtitiſſe intelligimus *Datam* SEXTILIAM quandam, quae De Suâ Pecuniâ neſcio quid in *Templi foribus* tacitè deſignatum (ni Templum fuerit ipſum) Fieri Curavit, ita eodem ſtrictè nimis referente Grutero:

DCLXI. 14.
C. MANILIO. C. F
HOR. RVFO
SEXTILIAE. F. P. L
DATAE VXORI
SEXTLIAE. D. L
PRIMIGENIAE
ANNORVM. XIII
DELICIO: EORVM
DATA
D. S. P. F. C

De Sua Pecunia Faciũdum, ſeu Fieri Curavit.

ubi ex oppoſito tota ac minutatim ſe ſe aperit liberalitas L. SEXTILII *Seleuci*, de quâ penes eundem elegans & erudita Inſcriptio, antiquarum more, rei ſummam mirabili compendio explicans:

CLXXV. 4.

COLLEGIO
CENTONARIORVM
.............................

CVM

CVM. BASI. MARMOREA. ET. CERIOLARIBVS
DVOBVS. AEREIS. HABENTIBVS. EFFIG
EM. CVPIDINIS. TENENTES. CALATHOS
L. SEXTILIVS. SELEVCVS. DECVRIO. D. D
HOC. AMPLIVS. ARK. RET. P. COLLEGII SS
DONVM. DEDIT...X...V. VT. EX. VSVRIS
CENTESIMIS. EIVS. QVANTITATIS
QVAE. EFFICIT. ANNVOS..X..DC. DIE
VIII. KAL. OCTOBR. NATALI. DIVI
AVGVSTI. EROGENTVR. EX. ARK

ARKae RETro Poſitae COLLEGII Supra Scripti.

At ſi una HOMVLLA, ſi LIBerta inquam, eâ pietate praeſtitit, ut portionem ſuarum facultatum in hujuſmodi aedificium lubens inſumpſerit, quare non magis, ſi id in vitâ ei licuiſſet, tantumdem exequi juſſiſſet CALPVRNIVS profuſiori vel munificentiâ, quae non ſecus ac ſuarum vi opum, antiquiſſimae Atavorum propriorum nobilitati reſponderet? CALPVRNIA ſiquidem haec gens noſtra, nativa tamen Romae, ſeu origine Sabina, & ſi inter plebejas in Vrbe recenſeretur, nulli tamen cuivis alteri invidenda poterat jactare natalia. Si enim a CALPO denominationem traxit,

Ant. Auguſtin. in hac gente, poſt Vrſin.

*....nam quid memorare neceſſe eſt,*
*Vt domus à CALPO nomen CALPVRNIA ducat?*

CALPVM, Numae Pompilii Regis filium, regalem ſanguinem genti huic inſtillaſſe fas fuit. Teſtatur Plutarchus, egregièque favet nummus argenteus per me poſſeſſus, cui comparem addit aeneum Vrſinus, ubi CN. PISO. PRO Q. ut Piſonum familiam per CALPVRNIOS à NVMA Rege derivatam innueret, ejuſdem NVMAE Caput in poſticâ parte cudi juſſit.

In Numa.

Fam. Rom. in hac gent.

Divitias porrò tantae amplitudini conſentaneas in CALPVRNIOS exuberaſſe, non eſt cur ambigamus; quotieſcunque lucroſas aequè ac decoras, & ideo quamcumque vel infimam domum ditare pollentes, extra Romam praeſertim Legationes pro Republicâ, Praeturas, Magiſtratus certatim in eos confluxiſſe, ex hiſce vndique collectis per

Gru-

Gruterum Literatis Marmoribus deducere haud pigeat.

LXVI. 3.

*Ariona Hiſpaniæ, eique ſimile Gienii.*

LIBERO PATRI
AVG. SACR
IN. HONOREM
PONTIFICATVS
L. CALPVRNI L. F
GAL. SILVINI
II. VIR. BIS. FLAM
SACR. PVB. MVNICIPAL
PONT. DOM. AVG
D. S. P. D. D

CCCLXXXII. 4.

*Aletri in extremis Latii finib. in hoſpitio quodam.*

L. CALPVRNIO L. F. PAPIRIA
ASELLIO

VIVIR. AVGVSTAL. ET. PONTIFICI. MIN. DEI. LIBERI.
INVICTI

CALPVRNIA. HILARA MARITO
OPTVMO SANCTISSIMO
BENEMERENTI FECIT.

CCCLXXXII. 5.

*In Villa prope Cordubam.*

CALPVRNIO
GAL. DANOVINO
IIVIR. MVNICIP
ET. INCOLAE

CCCLXXXII. 6.

*In agro Comenſi.*

C. CALPVRNIVS. L. F. OVF
FABATVS
VI. VIR. IIII. VIR. I. D. PR. M
PRAEF. PRAET. TRIB. MIL.
LEG. XXI. RAPAC
PRAEF. COH. VII. LVSITAN. ET
NATION. GETVLIC. ARSEN
QVAE. SVNT. IN. NVMIDIA
FLAM. DIVI. AVG
EX. PATRIMONIO. T. F. I

*Sextum VIR Quartum VIR. Iuri Dicundo PRaefectus MILitum*

CCCLXXXII. 9.

*Tarracone.*

M. CALP. M. F.
LVPO. FLAM. P. H. C
EX. CONVEN
CAESAR. ERCAVIC
OMNIB. HONORIB.
IN. REPVBLICA SVA
FVNCTO. PRAEF
COHOR. PRIMAE
BITVRICVM
P. H. C

CCCLXXXIII. I.

*Sagunti, in turri juxta januam ſecundae arcis.*

M. CALPVRNIO. M. F
GAL. LVPERCO
AED. II. VIR. PONTIFICI
MANLIA CN. F.

L. FIL.

CCCLXXXIII. 2.

*Verona, in Coemeterio D. Petri incarnarii.*

CLAVDIAE
L. FIL. FIRMAE
L. CALPVRNIVS. L. F.
MARCELLVS
VI. VIR. AVG
CONIVG. B. M
ET. SIBI

CCCLXXXIII. 3.

*Beneventi, ſupra januam Templi D. Lupi.*

C. CALPVRNIO. PANCARPO
AVGVSTALI
CALPVRNIAE. C. L. FAVSTAE
L. VISELLIO L. L. LYGDAMO. F
CALPVRNIAE. NOMADI. F
ET. SVIS

CCCLXXXIII. 6.

*In Valle Pulicella dition. Veronen.*

CALPVRNIA. L. F. PRISCA
SIBI. ET
L. CALPVRNIO
QVADRATO PATRI
VALERIAE. C. F
SECVNDAE MATRI
L. CALPVRNIO
PVDENTI. FRATRI
IIIIII. VIR. AVG

*Ex Antiquario*

*P. Ferrarini Regienſis. M. S. cujus compos fui factus ab humaniſſimo R. P. M. Gaudentio de Robertis, Parmens.*

*Verona in Lapide penes. S. Nazar.*

L. CALPVRNIO. L. F. PVB. SQVILLIO
Q. IMPERATOREM. TRIB. PL. PRAEF
D. D
PATRONO

Hinc pluries, ob munera tam ſaepè, ut conſtat, extra Vrbem egregiè geſta & peracta, decreta ſunt ipſis monumenta publica, ſtatutae ſtatuae, donata praedia, ut ex his praecipuè ab Hiſpaniâ ( ubi praeſertim pro Republicâ dominati ſunt) ad nos advectis deſcriptis Lapidibus ab eodem Grutero collectis, deduci poteſt:

CCCLXXXII. 7.

*Extra Tarraconem, in aedibus Soldenillę.*

C. CALPVRNIO
P. F. QVIR. FLACCO
FLAM. P. H. C
CVRATORI. TEMPLI
PRAEF. MVRORVM
COL. TARR. EX. D. D
C. CALPVNIVS. FLA
CCVS. HONOREM. AC
CEPIT. IMPENSAM
REMISIT

CV-

CC-

CCCLXXXII. 8.

*Barcinonae, in turri de Terra de pitalques.*

Q. CALPVRNIO
Q. FIL. GAL
FLAVO. ANN. XXIX
AED. ĪĪ. VIR .....
POST MORTEM ORDO
BARCEN. HONORES
..... DECREVIT
............ ANEREIS
......... D. D

CCCLXXXIII. 7.

*In Hiſpali nova, in ambitu D. Salvatoris.*

M. CALPVRNIO. M. F. GAL
SENECE. FABIO. TVRPIONI
SENTINATIANO
PRAEF. CLASSIS. PR. MISEN
PRAEF. CLASSIS PRAET. RAVEN
PROC. PROVINCIAE. LVSITAN
ET. VETTONIAE. P. P. LEG. I.
ADIVTRICIS. ORDO. D. C. R. M
M. CALPVRNIVS. SENECA
HONORE. VSVS. IMPENSAM
REMISIT

CCCLXXXIV. 3.

*Paenii Hiſpan.*

D. M. S

CALPVRNIAE. L. F. SCVNTVRAE
HVIC. ORDO. MENTESAN. FVN
DVM. PATRIAE. PVB. OB. MER
DEDER

PVBlicè OB MERita DEDERunt.

CCCLXXXIII. 5.

*Romae, in vinea Card. Carpenſ. baſis mar.*

CN. CALPVRNIVS
CN. F. PISO
QVESTOR. PROP. EX. S. C.
PROVINCIAM. HISPANIAM
CITERIOREM. OPTINVIT

In Urbe verò Conſulari dignitate bis & vicies eos claruiſſe, indicant Faſti Conſulares, per Panvinium & alios ritè diſpoſiti, quibus accedunt Tribunitiae Poteſtates, Magiſtratus Equitum, Cenſurae dignitas, aliaque publica officia meritò praeclarae huic Stirpi crebrò delata; quippe quae Literis & Armis conſpicua, haec ſpectabiliora munera, jure quaſi ſuo, ſibi vindicare poſſet. Quandoquidem, ſi Scientias ſpectemus, una lex Calpurnia à L. CALPVRNIO Trib. Pl. lata, quantùm in Legali facultate ipſa praeſtiterit, ſatis admonet. Quid in Oratoriâ, quid in Lati-

Cicer. pro Fōteio. Alex. ab Alex. lib. III. cap. 17.

Tacit. lib. 1. 19. In Piſon. nis Graeciſve Literis valuerit, ejuſdem Tullii tyrocinium, apud CALPVRNIOS actum, indicat, quoties Aſconio id paucis referenti fidem adjungamus: M. CALPVRNIVS *Pupius Piſo fuit iiſdem temporibus, quibus Cicero, ſed tanto aetate maior, ut adoleſcentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quod in eo, & antiquae vitae ſimilitudo, & multae erant literae: orator quoque melior quam frequentior habitus eſt:* immo & ipſi Ciceroni ita ſcribenti: *M. Piſo quicquid habuit, habuit ex diſciplina, maximeque ex omnibus, qui ante eum fuerunt, Graecis doctrinis eruditus fuit.* (In Brut.)

Militari verò gloriâ pluribus eos praeſtitiſſe, decantant Hiſtorici, celebrantes potiſſimùm CALPVRNIVM *illum aquiliferum, qui ni vim extremam arcuiſſet, Legatus Populi Romani, Romanis in caſtris ſanguine ſuo altaria Deûm commaculaſſet:* CALPVRNIVMque *Flammam*, qui in Punico bello, ut ex obſidione circumventas legiones eriperet, propriae ſaluti haud parcens, *pulcherrimo*, ait Florus, *exitu Termopylarum & Leonidae famam adaequavit.* Capitoliumque ovantes conſcendiſſe quondam CALPVRNIOS, teſtatur triumphus C. CALPVRNII Piſonis, qui de Luſitanis ac Celtiberis victor, coronis LXXXIII. nec non duodecim millibus pondo argenti ditatus enituit. (Tacit. Ab exceſſ. D. Aug. lib. 1. ſub nu. 39. — Lib 2. cap. 2. — Liuius. Decad. 4. lib. 9. nu. 42. Adde Panvin. Faſt. pag. 101. 480.)

Quòd ſi eorum neminem, per tot meritorum gradus, in ſupremi Principatus apicem Sors unquam evexit, Fatorum invidiâ contigit, quum ſcilicet memoratus mox L. CALPVRNIVS *Piſo Frugi Licinianus*, ut ſibi in Imperio ſuccederet, à Galbâ adoptatus, Caeſarque appellatus, acerbâ nimis morte unà cum adoptante praeventus, miſerrimè occubuit. Aut quum CALPVRNII *Galeriani C. Piſonis F. nomen inſigne, & decora ipſi iuuenta rumore vulgi celebrabantur. Erantque in Ciuitate adhuc turbida, & nouis ſermonibus laeta, qui principatus inanem ei famam circumdarent.* Inanem dixit Tacitus, nam zelotypi juſſu Muciani *cuſtodia militari cinctus, ne in ipſa Vrbe conſpectior mors foret, ad quadrageſimum ab urbe lapidem Viâ Appiâ, fuſo* (Panvin. Faſt. Conſul. pag. 30. — Tacit. lib. 4.)

*per*

*per venas ſanguine extinguitur.*

Quanquam Principatus omninò expers Gens iſta dici nequeat, quandocunque veros inter Auguſtos annumerare deceat L. CALPVRNIVM *Piſonem*, qui inter triginta Tyrannos, à quibus ſub Gallieno Romanum invaſum fuerat Imperium, regeritur. Seu quoties eiuſdem Familiae foeminas per conjugia Imperio aſſociatas meditari placeat: occurrunt ſiquidem binae (nec verò eodem ſeculo) hujus inclyti Germinis matronae tantâ dignitate conſpicuae. Altera eſt CALPVRNIA filia *L. Piſonis* ad Conſulatum Iulij Caeſaris promovendi, quam primus omnium Imperator, ſuâ vel repudiatâ Iuliâ, uxorem duxit. Altera eſt CALPVRNIA *Tito* pariter Tyranno deſponſata, de quâ proloquitur Trebellius Pollio: *Huius uxor CALPVRNIA fuit, ſancta & venerabilis foemina, de genere Cenſorinorum, ideſt Piſonum, quam maiores noſtri uniuiram ſacerdotem inter ſanctiſſimas foeminas adorarunt. Cuius ſtatuam in Templo Veneris adhuc videmus Argolicam ſed auratam. Haec uniones Cleopatrae habuiſſe perhibetur: haec lancem centum librarum argenti, cuius plerique poetæ meminerunt, in qua maiorum eius expreſſa oſtendebatur hiſtoria.*

Poſt Ocoon. Co: Mediobarbus, in Imper. Roman. Numiſmat. pag. 387 ad fin.

Sveton. in Caeſar.

In Tit. Tyran.

Sed verò ſtirpem hanc, tot viſis dignitatibus conſpicuam, ipſa etiam foecunditas commendavit: propterea fieri potuit, ut Latio deductum Genus remotiſſimae etiam regiones, nedum noſtrae, certatim exciperent. Certè foecunditatem teſtantur, non ſolùm Reineſianae Inſcriptiones noviter ſuffectae, ſed quae ſequuntur publici juris nondum factae:

*Romae, in Aedibus DD. de Caſalib.*

D. M
CALPVRNIA. NATIO
NE VERNACVLA. VI
XIT ANNIS XV. MEN
SIBVS XI. APPOLLONIVS
SORORI. DVLCISSIMAE

*Romae, penes DD. de Bolis in urnula*

DIS. MANIBVS
C. CALPVRNIO. QVARMONI
CASSIAI. L. F. MATRI
CASSIAE. Q. L. PRISCE
OLLA III

*Romae, Vinea de Nobilibus, ad D. Petri in Montorio.*

L. COMINVS. ANTEROS
MINOR
CALPVRNIA APOLLONIA
FECIT. SIBI. ET. SVIS
LIBERTIS LIEERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM

*Romae, in Cyppo, Via Rondanina.*

D. M
CALPVRNIAE. L. F
NICES
SER. CALPVRNIVS
HELIVS
SCIPIONIS. ORFITI
ATIAS
CONIVGI. KARISSIMAE

*Romae, Via Lata, in Vinea Fratr. SS. Apoſtolor. Cyppus.*

DIS MANIBVS
C. CALPVRNI. SCIATHI
PROCVRATORI
C. PISONIS

*Romae, Vinea Amiana.*

CALPVRNIAE FOR.
TVNATAE COIVGI *sic*
SANCTISSIMAE
Q. PICARIO HELI
ODORO SPATA
LVS F. PIENTISSIM
MVS. PARENTIBVS. F

*Romae Apud Cl. Fabrettum.*

DIS MANIB
Q. CALPVRNIVS VOLVSIO
VIX. M. VIII.
APROSIDIVS ET DIONYSI
AS PARENTES

*Extr. Rom. ſub Villa Celleſia, cyppus ex tiburt. lapid. detectus ad rip. Tiberis anno 1685.*

AB ANGVLO
QVI RIPAM
CONTINGIT
VSQVE AT VIAM *sic*
FLAMINIAM
CALPVRNIAE
M. F. MESSALLAE
PRIVATA

*Extr. Romam, Via Appia, ad Divi Pauli.*

D ❦ M
TITIAE. Q. F. LEPIDAE
VXORI. SVAVISSIMAE
M. CALPVRNIVS. M. F. SERGIVS.-
IVLIANVS.

*Extr. Romam, ad D. Pauli.*

CALPVRNIVS DEPOSITVS IN
PACE. DIE XV. KAL. MART
QVI. VIXIT ANNOS
P. M. IX

Ro- *Extr.*

*Extr. Romam, ad D. Laurentij, Cypp. ex Tiburt. lapid.*

FELICITATI BENE
MERENTI. DE. SE. FECE
RVNT CALPVRNIA E
VPOSIA. ET. A
RISTIDES. VIX
A. XXII. M. III. D. X.

*Romae, in Hortis DD. Vrſinorum, ad Arcum Neronianum.*

DIIS MANIBVS
CALPVRNIAE
GRAPTAE.

*Extra Romam, Via Tiburtina, trans pontem Mammaeum.*

Q. AEMILIVS
AMOENVS
CALPVRNIAE
P. F. MACRINAE

*E ſchedis Vaticanis; Tom. dicto* le Aldine.

M. IVLIO. SEVERO. MIL
COHO. VII. VRB
CALPVRNIA. VOLRESA
MATE.... E.

*E ſched. Vatican.*

CN. POMPEIVS BITHVS SIBI ET CAL-
PVRNIAE OPTATAE
CONCVBINAE SVAE. SVI. AMANTIS-
SIMAE
CALPVRNIA CN. POMPEIVS
CN. L. OPTATA IVCVNDVS

*Ex iiſdem.*

L. CALPVRNIO. NICEI. F. COR. AN-
TIOCHO
MARGARITARIO. DE. SACRA. VIA
L. CALPVRNIO. L. L. STRATORI
CALPVRNIA. L. L. EGLE PATRO. SVO
ET FRATRIBVS SVIS &c.

*Ex iiſdem.*

ASPERNAS
CALPVRNIVS
TORQVATVS
PATRI SVO

*Ex iiſdem.*

M. CALPVRNIVS
SEXTIO SIB. ET COI
SVAE VELINIAE
T. L. FAVSTILLAE

*Ex iiſdem.*

CALPVRNIA
L. L. FLORA

*Ex iiſdem.*

CALPVRNI
MARSI

*Ex iiſdem:*

L. CALPVRNIVS
L. F. CAM.
MEMOR. TIBVR
M. COH. I. PR. 7. VISINII. BENE-
FICIAR
MIL. ANN. VIIII. VIX. ANN. XXVI
T. F. I

*Miles cohortis PRimae Centuria &c.*

*E Sched. Io: Zaratinii.*

D. M
CALPVRNIO TRYGEIO
CALPVRNIVS TRYGEIVS
ET CALPVRNIA HERMIONE
PARENTES INFELICISSIMI
FILIO PIISSIMO
VIX. ANNIS. X. MENSIB. VI
D. X. H. XI

*Ex iiſdem.*

CALPVRNIA RESTITVTA
EMIT DE SYNEROTE COLV
MBARIA NIIII. OLLAS. N. VIII
ET CINERARIVM ME
DIANVM. ET. PHOEBO. CONIVG. SVO
ET. LIBERTIS. ET POSTERIS QVAE SV *&c*

*E Sched. Barberinis.*

D. M
CALPVRNIAE
L. F. DEVTERAE
VIXIT. ANNIS IIII
MENSIBVS III
DIEBVS IIII.

*E Sched. Fabrettan.*

A. MAMILIA
CHARITHONIS
CALPVRNIAE
Ↄ. L. HILARAE
A. MAMILIAE
CERDONIS ET
LIBER LIBERTAE
IN FR. P. XII. IN AGR. P. XVI

*Ex*

*Ex iiſdem.*

*Aemonia, nunc* Cività nova.
*Miſit Epiſcopus Pharen.*

C. CALPVRNIVS. CVPITVS. V. F. -
SIBI ET
L. CALPVRNIO. DEXTRO. F. AN. -
XVII. ET
CALPVRNIAE. SP. F. PROCVLAE. -
FECIT. VXORI

*Ex iiſdem.*

D. M
INVENTIAE. EPICT
ESINI MATRI
DVLCISSIMAE
C. CALPVRNIVS LVCIVS
FILIVS

*Ex iiſdem.*

D M
CALPVRNIO FELICIA
NO. QVI. VIXIT. ANN
MENS. TRES. DI. XVII
FECIT CALPVRNIA. THAL
VSA, MARITO BENEMERENTI

*Ex iiſdem.*

DIS MAN
L. CALPVRNI FESTI

*Ex iiſdem.*

MANIBVS CAL
PVRN. PROCVLAE

*Ex*

*Ex iiſdem.*

D M
L. CALPVRNIO IOCVNDO
FECIT
LVCRETIA MARVLLA
CONIVGI

*Ex iiſdem.*

C. CERTIO
NERONIANO
L. CALPVRNIVS
L. L. ANTHVS
AMICO FECIT

*Ex iiſdem.*

CALPVRNIAE DONATAE
DECESSIT . IIII . NON. SEPT
BLANDO . ET . POLLIONE COSS.

*Ex iiſdem.*

L. CALPVRNI
PAVLI
LOC

*Ex iiſdem.*

P. CALPVRNIO
ARMONICO
AN. XXV.

*Ex Aerea Lamina Palotolae Col. 3. inter PEDAN.*

SEX. CALPVRNIVS AEMILIANVS.

*Ex:*

Si quis modò à me exquirat, quo nam tempore, quâve occaſione ſedem hîc fixerint ex CALPVRNIIS nonnulli, ac domum hîc collocaverint, aqua haeret, quidve certi ſtatuam non comminiſcor. Si in re tam obſcurâ ac remotâ conjectandi datur venia, nam *in rebus antiquis* (cum Livio loquar) *ſi quae ſimilia veri ſunt, pro veris accipiantur ſatis habet*, dicerem, hanc gentem à Numâ, vt innuimus, derivatam, huc deſperanter ſe tum contuliſſe, cùm ſeptem Regibus exactis, per tringinta annos ſupra tria ſecula dignitatibus prorſus vacuam, in nullo apud Rempublicam fuiſſe numero ſe agnovit. Eâ forſan aetate huc conveniſſe, quâ noſtram in Galliam Ciſalpinam ſe transferens CALPVRNIVS *Caeſonius Gallus*, Placentiae conſtitit, ubi cum *Caluentio* Mediolanenſi (cujus natam filio proprio in ſponſam obtinuerat) ſe affinitate devicit. Ibi poſitis ſedibus, ad proximas deveniſſe urbes, ac noſtratem per cognationes effectam, non aegrè mihi ſuadeo; praecipuè quum ad conterminam nobis acceſſiſſe Ferrariam, ex hac nuperâ Reineſii Epigraphe poſſit non obſcurè deduci. *Fer-*

Lib. 5.

Ant. Auguſt. in hac gent. poſt Vrſin. pag. 316. ut ex Puccinel. Inſcript. Mediol. pag. 10. n. 29. 37. n. 8. 42. n. 32. & alibi. Claſſ. Nona. 12.

*Ferrariæ, in ara Templi.*

C. CALPVRNIO. SP. F. COL. APOLINARI APPA
RITORI AVG. PRAECONI. PECVLIARI IVLIAE M. FVL
LITAE. MATRI. CALPHVRNIAE C. F. TELLVRI CAL
PHVRNIAE C. LIB. DAPHNE FECIT. C. CALPHVR
NIVS QVIRI POLLINARIS MIHI POSTERISQ. FA
MILIAE NOMINIS NOSTRI HVIC MONVMEN
TO. IVRIS AGRI IN FRONTE P. LXX. IN AGRO P.
LXX. CVI DEBEBITVR AB OMNIBVS POSSESSO
RIBVS EIVS

Dicerem Calpurniorum quempiam, nativae pietatis tuendae ſtudio, Româ poſthabitâ, ad nos tunc ſe recepiſſe, quando ei tam conjunctus conſanguinitate, quàm religione disjunctus laudatus ſuprà CALPVRNIVS *Piſo* vnà cum Aulo Gabino Conſul, infanda Iſidis ſacra ab Urbe eliminavit. Quòd propterea ſub hujus, immo ſub aliorum ſubſequentium Conſulatu, de colendo alibi, ſicque Bononiae, (ubi idem praecipuè florebat cultus) hoc Numine is cogitaverit, quum in Romano pomoerio jam erecta Fana demoliri juſſerat M. Agrippa Aedilis, novaque in ſuburbio intra D. paſſuum ſpatium aedificari edicto vetuerat. Dicerem denique, hunc eundem, licet nomine ignotum, CALPVRNIAE gentis apud nos aſſertorem, de numero eorum fuiſſe, qui Antonianae parti haerentes, Ciceronianae adverſabantur, ideoque alteri CALPVRNIO *Piſoni* penitus inſenſum, quem primum in M. Antonium Conſulem inſurrexiſſe, & memorat, & laudat idem Eloquentiae Pater; hunc inquam, uti ejuſdem M. Antonii intimum & aſſeclam, huc forſan cum eodem eo tempore acceſſiſſe, ſuaeque familiae germen noſtris poſtmodum inſerendum reliquiſſe, quo Heros iſte de Galliâ Ciſalpinâ nimis anxius, Romano Senatu invito, Bononiam, in clientelâ Antoniorum poſitam, venit; ibique, tanquam in ſuâ ſede, ſubſtitit, vt Brutum, & ſi profugum, Conſulem tamen deſignatum, intra Mutinae moenia obſideret. Con-

Arnob. lib. 2. adu. gent. & Tertull. in Apolog. 611.

Dio. lib. 40. 42. 47. 54.

Conſueviſſe namque hunc divulſum à Latino ſtipite CALPVRNIAE gentis ſurculum, per duriora belli diſcrimina Antonium militibus imperantem ſequi, viciſſimque Antonium ſe ſuique exercitus tutamen ac regimen CALPVRNIORVM horum virtuti ac fidei commendare, autor eſt Appianus; oſtenduntque duo nummi aerei ab Urſino adducti, & à me poſſeſſi, ubi in anticâ parte Antonius, quà ſolus, quà ſuae Cleopatrae jugatus; in poſticâ vero navis modò remigiis, modò velis acta, indicat L. *Bibulum* inibi inſcriptum, & à CALPVRNIA ſobole provenientem, Antonianae claſſis Praefecturam geſſiſſe, ac veluti aemulaſſe Cn. CALPVRNIVM Piſonem, Cn. Pompeii Legatum, cujus gloria illuxit in bello Piratico. Bell. Civil. lib. 1. 3. & 5. Appian. in Mithrid.

Et ex his conjicere licet, quo jure ſuffulta adeò conſtans ubique perſtiterit haec CALPVRNIORVM omnium in Numina religio, ab Autore Numâ tracta, ſed praecipuè in Iſidem, cui proinde conſtructum fuit, ſeu reſtauratum vetus iſtud Delubrum: quia nimirum, quum hanc Deam tempeſtatibus pariter, & navigationibus praefuiſſe ac imperitaſſe voluerint Aegyptii, quandoquidem, Hygini fide, *velificia primum invenit Iſis, nam dum quaerit Harpocratem filium ſuum, rate velificavit*, conſequenter haec Gens eadem, per maria conſilio aequè ac armis praeſtans & admiranda, huic Numini prae caeteris ſe vovere debuerat. Rationi ergo fuit conſentaneum, ut hoc loci CALPVRNIVS noſter, majorum ſuorum, Iſidi mordicus addictorum, ſectator & ſequax, ſeu ANICIVS, ipſius juſſu ac nomine, in Inſcriptione ſupra Ianuam ejuſdem Templi inciſâ, Iſidem titulo decoraret DOMINAE; dum iſtud eſſe ſolet nautis, caeteriſque Pelago ſe credentibus, hocque Numen ſuppliciter implorantibus, familiare ac praecipuum epitheton. Sic Zephirus quondam ad Notum, de Iſide cum eo diſſerens, apud Lucianum: *Atque admodum, Note, imperitabitque* (inquit Mercurius) *navigantibus, ac noſtra erit DOMINA, ut quemcunque noſtrum velit, emittat, vel prohibeat ſpirare*. In Fabul. Fabul. 277. Dialog. Zephir. ac Not.

Non enim, ut plerique opinantur, inſolens adeò ac inauditum ſe praebet tale attributum, quin eodem alia Numina quandoque gaudeant: Sic penes Gruterum, DOMI-
XXXIII. 4. NVM SOLEM, DOMINVM SILVANVM habent Inſcri-
LXIV. 9. pta Marmora: & Virgilius non ſolùm de Cybele ita cecinit:

Aeneid. 3. *Et iuncti currum DOMINAE ſubiere Leones;*

deque ipſa Iunone Reginâ:

Ibid. *Iunonis magnæ primum prece numen adora:*
*Iunoni cane vota libens, DOMINAMque potentem*
*Supplicibus ſupera votis;*

ſed de Altitonante Ovidius:

............... *& DOMINO ſoluere iura Ioui.*

Quare, ob ſui moderationem animi potiùs, ac tanquam quid Coelitibus tantummodo debitum crediderim ego, hunc DOMINI titulum reſpuiſſe Auguſtum; quicquid contra ſenſerit Svetonius, ideo cauſans, veluti tumidum, Imperatorem, in caeteris ab eo lenem & mitem commendatum: DOMINI *appellationem, ut maledictum opprobrium ſemper exhorruit. Cum ſpectante eo ludos pronuntiatum eſſet à mimo: ò Dominum æquum & bonum, & uniuerſi quaſi de ipſo dictum exſultantes comprobaſſent, ſtatim manu, vultuque indecoras adulationes repreſſit, & inſequenti die grauiſſimo corripuit edicto,* DOMINVM*que ſe poſthac appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus ſuis, vel ſeriò vel ioco paſſus eſt.*

Rectè igitur DOMINA hîc appellatur Iſis, quae à CALPVRNIIS toties vela Ventis glorioſè dantibus, ſupplicibus expetita votis, non potuit non pluries hoc ſuavi ac blando haud invocari nomine. VICTRICI adjicitur, ſeu quòd in hac novâ ſui cultus ac Templi reſtauratione mirificâ, jam averſos ſibi Romae Conſules tandem vicerit; ſeu, & forſan aequjùs, quòd eoſdem concitos Ventos viciſſet ipſa, atque ab Antonianâ claſſe avertiſſet, qui non ſemel Octavianum, Antonianis iiſdem infeſtum, propè perdiderunt, non
Sveton. in Auguſt. lib. 2. 15. 25. &c. tantùm in bello Siculo, & alibi, ſed poſtremùm, quum Italiam repetens, *tempeſtate in traiectu bis conflictatus, primò in-*

*ter*

*ter promontoria Peloponeſi atq; Aetoliae, rurſus circa montes Ceraunios, vtrobique parte Liburnicarum demerſa: ſimulque eius, in qua vehebatur, fuſis armamentis & gubernaculo diffracto*: Quare non injuriâ ludens quandoque, ludicrum & illud audire meruerit:

*Poſtquam bis claſſe victus naues perdidit,* Id. Ibid. 70.
*Aliquando vt vincat, ludit aſſidue aleam.*


Et ipſe jure meritò (redditus proprio periculo cautus) *nepotes* non ſolùm *literas*, ſed *natare, aliaque rudimenta per ſe plerunque docuit*.

Sic & Veneri VICTRICI (quòd ſcilicet, non tantùm Martem blanditiis non raro lenierit, Iunonique de pulchritudine contendenti praeſtiterit, ſed eo quòd, ut coniicio, ſuum undis agitatum Aeneam inexpiabili Ventorum irae, quamvis reluctante ipsâ Iunone, ſubduxerit) dicatum fuiſſe templum Romae à Pompeio, refert Plutarchus. VICTRICIS que Veneris ſimulacrum, immo titulum paſſim nobis, In Pomp. Vit. lib. 8. cap. 7. praeter modum rei nummariae ſolicitis, obtrudunt antiqua numiſmata Caeſaris, Caracallae, Gordiani, Gallieni, Carini, Numeriani, quos longè numero excedunt Imperatorum uxores, in poſticâ nummorum parte eandem imaginem, eandemque epigraphem exhibentes.

Conſentiunt Inſcriptiones nonnullae Gruterianae, quae In Dijs Dedicator. pag. LIX. 16. LX. 1. 2. 3. cognomento VICTRICIS & ipſae Venerem illuſtrantes, exemplo tacitè monent, licuiſſe CALPVRNIO noſtro idem adjunctum, quod primo aſpectu videbatur improprium, pro Iſide uſurpare; ex quo Venerem & Iſidem unam eandemque fuiſſe, ſoloque nomine inter ſe diſſidere, re verò & eſſentiâ non item, docet Apulejus. Lib. 11. Metamor.

## CAPUT III.

*Cyppus Iſiacus, extra Portam D. Mammae olim repertus, nunc in mei Suburbano.*




INſcripto Hyperthyroni jam expoſito, cognatum & affinem eſſe quem noviter hîc damus, rudem penitus,

atque

atque vertice diminutum Cyppum, nemo erit qui non illicò agnoſcat & non fateatur. Exhibet ſiquidem in ſe pictum ejuſdem Iſidis nomen, ab unâ ac eâdem petrâ videtur exciſus, & eodem eleganti, ac magnifico charactere, quo antedictum Limen Superum, exſculptum ſe manifeſtat. Extra portam D. Mammae, ad foſſae Civitatis ferè labrum, ubi (& ſi averſo tandem Conditorum fato) in ſublimè nunc fertur ampliſſimum D. Hieronymi ac B. Colombini Templum, à Ieſuatis, priuſquam ſupprimerentur, excitatum, fuit adinventus. Inter diſruptas atque aggeſtas, ut novae huic conſtructioni opportunè accederent, antiquae Eccleſiae parietinas jacebat hoc grande Saxum, adeò dentibus Aevi, non ſecus ac ictibus mallei, deformatum, calciſque interliturâ undique ita contaminatum, vt quam prius formam induiſſet, vix conjiceretur. Cerdoni cuidam ſedile fuit. Proh quam ridendae noſtrarum rerum vices! Ego Lapidem ab indigno miniſterio redemi, ac caeteris Suburbani mei Inſcriptionibus addidi.

A quo primò in titulum erectus ſteterit iſte Lapis, mihi prorſus ignotum, quum nullius qui eundem incidi, ponive juſſerit, ſubſcriptum uſpiam appareat nomen. Non iiſdem omnino tenebris aetas involvitur, quoties hae praegrandes literae, ad miraculum aequè quadratae, praeſtantibuſque linearum inaratae ductibus, expendantur. Sic enim incomparabiliter, ad formamque aliarum antedicti Hyperthyronis exſculptae, ſeculum arguunt ab Auguſto non longè diſtans; & ſi Imperator idem monſtruoſae huic religioni euſque reluctaretur, ut aſſerere non dubitaverit, *ſe Deos, non boues adorare*, quare Servius ad illud Virgilii: Dio. lib. 5.

*Omnigenumque Deum monſtra*, 8. Aeneid. in fin.

ſacra Iſidis ſub Auguſto Romae nondum fuiſſe recepta hinc deduxerit, aſſerente Dione de hoc Imperatore: *Aegyptiis Diis ſacra fieri intra pomoerium non fuiſſe paſſum*.

Cauſſa verò, cur antiquitus ibi fixus haeſerit Inſcriptus hic Stipes ſeu Terminus, nulla ſuppetit, nec quidquam nobis

bis ſuggerunt antiquiſſima quaedam rudera, à Majoribus noſtris jam tunc quidem conſpecta, ſed quae nullam retinere formam, nullumque penitus praebuiſſe inditium retulerunt. Aut eundem locum ubi reperta Inſcriptio, Divae ſeu Dominae ISIDI fuiſſe SACrum, aut aliquod aliud eminuiſſe ibi Delubrum huic falſo Numini dicatum, non leve per ſe ſatis ſubminiſtrat argumentum.

Adverſari quidem videtur huic conjecturae, quòd ſacra irridendae huic Deitati in urbe non in agro conſtituerentur: Sic Romae, intra moenia, non extra ipſius ambitum, Ruf. Vict. Marlian. & caeteri. recenſeri olim *Aream Iſidis Aelianae: Aram Templa & Aediculas* ejuſdem: *Iſidem Patritiam: Vicum Iſidis: Iſaeum: Iſidem Athenodoram: Aedes Iſidis: Iſaeum Metellianum: Templum Iſidis & Serapidis propè Ouile*, de quo Iuvenalis:

Iuvenal Satyr. 6. *A Meroe portabit aquas, quas ſpargit in aede*
*Iſidis, antiquo quæ proxima ſurgit Ouili &c.*

ſed tum primis, tum extremis temporibus obtigiſſe dicimus, queis Aegyptiacus hic cultus ſeu primùm floruit, ſeu ommiſſus ad conſuetudinem rediit: ſecus autem medio tempore, quando ſcilicet minùs viguit, & ab Urbe tantùm, & ſi ad tempus, rejectus eſt; quòd non ſolùm ſub Auguſto, ſed ſub CALPVRNII *Piſonis* & *Auli Gabini* Conſulatu evenit, vt diximus.

Tunc enim quid obſtare potuit, quin extra urbium moenia ſimilia conſtruerentur Templa, quae immo à Civitate procul aedificari praedicti ſancivere Conſules? Eo profectò caſu, Urbis ad exemplum, hoc quoque non inconſultò fingimus extra portam, quae Divi Mammae dicitur, ſicque DIII. paſſus à primis moenibus conditum: quod & ipſum CALPVRNI TIRONIS nomen ſuadere videtur, ni ſcilicet Conditor iſte CALPVRNIVS à legislatore CALPVRNIO Conſ. (forte agnato) diſſentiret.

Cur autem adeò fluctuaverit Aegyptiorum cultus, ut penè perierit apud Quirites eoſdem, qui nulli unquam vel deteſtabiliori adverſabantur ritui, exiſtimantes, *magnam*

*ſibi*

*ſibi aſſumpſiſſe religionem, ſi nullam reſpuerent falſitatem*, ſatis percipere poſſumus ex eo, quod ſubobſcurè notat Ovidius ibi: D.Leo. Pont. in Natal. D. Petr. & Paul. ſerm. 1.

*Ne fuge Niliacae, Memphitica ſacra iuuencae*
*Multas illa facit, quod fuit ipſa Ioui:*

adulteras nimirum propter ſtupra, quorum praeſertim inſimulabantur cultae hujus Iuvencae Sacerdotes, qui ſacrilegis auſibus operam dare haud verebantur. Unum prae caeteris ad memoriam revocaſſe ſuffecerit, execrandum talium facinorum ſpecimen, à ſapientiſſimo Kirchero deſumptum; *Ioſephus commemorat, iuuenem quendam nomine Mundum, Paulinam generoſam, & pudicam alioquin matronam, cum impatienter amaret, Sacerdotes Iſidis pecunia corrupiſſe, qui nouo religionis commento mulierem in Templum vocarent, eoſque finxiſſe per noctem cum Oſiride collocutos, perſuaſiſſeque eam à Deo deſiderari, illam verò, cum in Templum veniſſet à iuuene tanquam ab Oſiride compreſſam, & cum mox petulantius ſtuprum ei exprobaſſet, mulierem marito rem detuliſſe, maritum Tiberio Caeſari, atque ipſum indignatum, Sacerdotes cum Mundi liberta, quae facinoris fuerat conciliatrix, crucibus affixiſſe, Temploque Iſidis euerſo, ſimulachrum eius in Tyberim praecipitari iuſſiſſe.* In Obeliſc. ad Minervam pag. 13.

Atque ita Conſulum decreto, quod poſt quattuor annos demolitione Templorum auctum eſt, ſub M. Agrippae Aedilitate repetitum, memoratoque tandem Auguſti moderamine firmatum, acceſſit impetus Tiberii, qui tamen non ita ſive callidum, ſive ignarum Populum terruit, quin ſenſim ad primaevum cultum redierit, tum verò impudentiùs, cum per totum irrepſit impiae hujus religionis execranda libertas; nec ſolùm de plebe homines, ſed Imperatores inquinavit. Refert Svetonius, eundem Domitianum è Capitolio ante Solis ortum ſe ſubtrahentem, Iſiaci ſacrificuli velatum amictu, inter ridiculam ſacrificantium turbam ſe commiſcuiſſe, atque unà cum caeteris litaſſe. Idem ferè egiſſe Commodum (& proinde forſan hâc tantùm de cauſsâ Bono- Pred. A. V. DCXCVI. An. V. C. DCC. An. V. C. DCCXXXII. In Domitiano.

no-

nonienſibus adeò acceptum) non ignoramus: deque Caracallâ (quem poſtmodum imitatus eſt Alexander Severus) ſcriptum reliquit Spartianus: *Sacra Iſidis Romam deportauit, & templa vbique magnificè eidem Deitati fecit*.

Quare quando, ob dictam antecedentem Templorum everſionem, novamque poſtremo loco eorundem refectionem, aliud ſeculum, praeter Auguſteum, duabus hiſce Inſcriptionibus noſtris tam mirificè delineatis & inciſis, tribuere mallet aliquis, vix in Domitiano, nunquam verò in Caracallae, ſeu Alexandri Severi praedictum Imperium aſſentirer. Quis enim ignorat, poſt Antoninos, Artes necnon Artifices plurimùm declinaſſe, unàque cum ſignis marmoreis, penè ſpirantibus, ſpeciem pariter, ac florentem literarum formam, tam affabrè & ad amuſſim ductam, ut in praedictis apparet, exaruiſſe?

CAPUT.

## CAPUT IV.

### *Aegyptiacum Fragmentum Iſiacum, à Cl. Montalbano repertum, nunc in Muſeo Aldrovandeo aſſervatum.*



BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

TOt inter Iſiaca hucuſque recenſita Fragmina, non ultimum ſibi adſciſcit locum, & ſi poſtremo hîc additum, egregium iſtud, quod primùm, in excavandis quibuſdam fundaminibus in Iſeo olim magno, nunc *la piazza di S. Stefano*, detexit doctiſſimus Montalbanus, deinde ſui

juris fecit, ac demum Aldrouandeo Muſeo, cujus erat Cuſtos, dono dedit. At quoniam illius imaginem, ad fidem archetypi delineatam, docto viro Laurentio Legato communicavit non ſolùm, ſed etiam ſagaciſſimo P. Kirchero Romam tranſmiſit, indeque doctiſſima commentariola, repetitione quidem digna, reportavit; ideo quae ipſe edidit, binique Viri commenti fuerint, opportunè ſubjiciam, vt exiles à me hactenùs traditas annotatiunculas magis roborent, pleniùs adaugeant, clariùſque illuſtrent.

Pag. 71. Sic igitur Montalbanus in Bibliothecâ Aproſianâ relatus:

*Nullum eſt ſine nomine ſaxum.*
Lucanus lib. 11. B. c.

Ἱερόγλυφα *Hæc vetuſtiſſimorum*
*Ægyptiorum* Γράμματα
*Duriſſimo licet in Lapide, quæ vides,*
*diffracta,*
*E profundiſſimis Obſcuritatis eruta*
*Fortunatè abditis Ovidius Montalbanus*
*Phil. & I. C. Bononien.*
*Doctorum Collegiatorum Decanus,*
*Antiquitatumque omnium inueſtigator*
*acerrimus*
*In plurimos perennare contendit annos*
*M. DC. LXIV.*

*Et ſaxo longa ſenecta nocet.* Ovid. 5. Faſt.

Lib. 2. cap. xxix. Sic Legatus in *Muſeo Coſpiano:*

*Tal' è fama che foſſe la Statua d' Iſide di Baſalte, che al tempo del Gentileſmo adoravaſi in Bologna. Alla quale pare c' habbia relazione certa Lapida di marmo nero, che, longa cinque cubiti, & alta uno, mà rotta per traverſo in due parti incentrate, una per lato in quella Porta dell' antichiſſima Baſilica di S. Stefano di detta Città, ch' è dirimpetto al Palaz-*

*lazzo del Sig. Co. e Senatore Ceſare Bianchini, contiene queſta Iſcrizzione, cui ſuppliſco di caratteri minuti le mancanze di maiuſcoli nella frattura della Pietra:*

*DOMINAE ISIDI VICTRICI &c.*

*Anzi concernente alla medeſima Statua, come per avventura parte del di lei piedeſtallo congetturaſi da gli eruditiſſimi Atanagio Chirchero, & Ovidio Montalbani il qui figurato Frammento di Baſalte intagliato di Geroglifici Egizij trovato pure in Bologna, dieci anni ſono, nel cavarſi un ſotterraneo in Straſteſano, e ſpiegato dal medeſimo Chirchero nel Commentario dell' Obeliſco Ghigi, a cui mi rimetto: e dal Montalbani (che ſimilmente lo figurò nelle Cure Analitiche) ſupplito col Diſegno di tutta la Statua nel II. Volume della Dendrologia, che manoſcritto col ſudetto Frammento trovaſi oggi appreſſo il Marcheſe Montalbani di lui Nipote. Alla quale Antichità dal di lui Zio deſtinata al Muſeo dell' Aldrovandi, ed a tal fine incaſtrata in un gran Quadro, parvemi di poter ſottoſcrivere que' verſi, che leggonſi nella prima parte della Biblioteca Aproſiana, cioè:*

*Qui probat, & fundat priſca hic Monumenta Baſaltes,*
*Iſidis eſt Index, & fuit ante Baſis:*
*Sic Montalbanus tot lapſa redire coëgit*
*Tempora, dum Saxum repperit, hucque tulit,*
*Anno Dom. M. DC. LXIV.*

Sic denique Kircherus in dicto Obeliſco ad Minervam: Pag. 111.

*Ad doctiſſimum Eruditiſſimum D. Ouidium*
*Montalbanum Phil. & I. C.*

*Ath. Kircherus.*

*Quod ad me miſiſti hieroglyphicum ſchema, ea qua potero breuitate tibi exponam. Fuit hoc Fragmentum deciſum ex Statuæ Iſiacæ poſtica parte, cuiuſmodi in noſtro Oedipo multa ſpectantur huic prorſus conformia ante, retro, & à lateribus*

*ſacris ſculpturis referta, quæ quidem more noſtro legi non poſſunt, ſed ſunt magica quædam ſyntagmata ex Mercurij, vti Aegyptij loquuntur, columnis, ideſt Obeliſcis, veluti primordialis ſapientiæ prototypis deprompta, neque hiſtorias, aut geſta rerum continent, vt nonnulli perperam cenſent, ſed ſunt notæ ſacræ iuxta analogiam quandam Deorum ad Mundi ſuperioris, inferioriſque ordines, facultateſque conſtitutæ tantæ efficaciæ, vt nihil non ijs ſimulacris iuxtà intentam ab ijs analogiam inciſis, impetrare ſe poſſe ſibi ſuperſtitioſiùs perſuaderent; creduntur que exorciſmi quidam ad Numina characterum ſimilitudine attrahenda, & ad fauores gratiaſque quaſcunque ab ijs obtinendas potentiſsimi: ſed iam præſentis fragmenti hierogrammatiſmos, quantum eius corruptio permittet, paucis exponamus.*

Ab hâc tamen expoſitione, quam doctiſſimè, more ſuo, ac exactiſſimè proſequitur, non injuriâ hîc me tempero, aptiori eam loco repoſiturus. Quum enim obſcuriſſimi, quibus hoc involvitur Fruſtum, characteres, aenigmata penitus olcant, ad *Aenigmaticas Inſcriptiones*, tractandas ad finem Libri, aequiùs eam remittendam cenſeo.

Et haec interim ſunt praeſtantiora, nedum primae conſtructionis Etruſcorum tempore, ſed alterius etiam reaedificationis ſub Romanorum dominatu, Iſiaci iſtius Templi argumenta; utriuſque aetatis diſcrimen approbantibus, quas ſubjungimus, inibi ſparſis quiſquiliis: Quandoquidem, ubi primum hoc grande Capitulum, tribus aliis minoribus aſſociatum, opus Etruſcum in ſe oſtendit; alterum quod ſequitur pariter Capitulum, cui Frondeſcens Fragmen Anaglyphum additur, Romanum ſeculum optimum in ſui elaboratione oſtentat & aperit:

*Iſiacum*

*Iſiacum Capitulum, Etruſcorum tempore, è finibus dictae Baſilicae in D. Ioannis in Monte translatum, & in medio Eccleſiae collocatum, quod* il Capitello del Tempio di Salomone *vulgò vocant.*



*Eiuſdem*

*Ejuſdem Templi Iſiaci, & ejuſdem primae aedificationis minora Capitula, cunctis alijs inibi appoſitis praeſtantia, & quae prorſus informia, Barbarorum aetatem, & ineptiam referunt.*








*Iſiacum Capitulum, ſed optimi ſeculi; hoc eſt ejuſdem Templi reaedificati Romanorum Imperatorum tempore.*
*Viſitur in Eccleſia D. Petri in eâdem Baſilicâ.*



*Frag-*

*Fragmentum optimi ſeculi & ipſum, eiuſdem Eccleſiæ D. Petri pavimento inſertum & commixtum.*



CA-

## *CAPUT V.*

### *Vetuſtiſſimum olim apud nos Bacchi Templum, ex Inſcriptione indicatum, quæ reperitur hodie in Domo DD.* de' Monti.




QUòd in hac inſtitutâ à nobis Templorum falſis Numinibus dedicatorum, ac Idolorum quae in eis colebantur diſquiſitione, Iſidi immediatè adjungamus Liberum Patrem, omnis ratio poſtulare videtur: quandoquidem ſi Templum Iſidi *Calpurnium* olim noſtrum dedicaſſe vidimus, alibi etiam LIBERI Patris Templum muneribus cumulaſſe quondam alium *Calpurnium*, haec indicat ſuperiùs adducta Inſcriptio:

LXVI. 3

*Ariona Hiſpaniæ, eique ſimile Gienii*

LIBERO PATRI
AVG. SACR

IN. HONOREM
PONTIFICATVS
L. CALPVRN L. F
GAL. SILVINI
IIVIR. BIS. FLAM
SAC. PVB. MVNICIPAL
PONT. DON. AVG.
D. S. P. D. D

* GALeria hoc eſt Tribu Duum VIRI. BIS. FLAMinis SACrorū ſeu SACerdotum PVBlicii. MVNICIPALis PONTificis Domus AVGuſtae De Suâ Pecuniâ Dono Datū, ſeu Dedicatum.

Diodor. Sicul. in 5. bibli.

Appul. xi. Metam.

Poſt omnes D. Auguſt. de Civ. Dei cap. 27.

Si Bacchum, qui idem eſt ac Oſiris, Iſidique germanus, eidem Iſidi (quae alia non eſt quàm frugifera Ceres) connubiali jugatum foedere decantant Mythologi, cur non hîc ſuccedaneus frater ſorori? cur non uxori maritus? praeſertim quum ex hoc duplici, & ſanguinis & corporis nexu, magè flaventibus intumuerit campus ariſtis, ulmoque nupta vitis, levando, blandiendoque Mortalium aeſtui, meliore auro conflatos emiſerit botros? nam

Tibul. lib. 1. Eleg. 7.

*Primus aratra manu ſollerti fecit Oſiris,*
*Et teneram ferro ſollicitauit humum.*
*Primus inexpertæ commiſit ſemina terræ;*
*Pomaque non notis legit ab arboribus.*
*Hic docuit teneram palis adiungere vitem,*
*Et vir idem dura cædere falce comam.*

De præſt. & uſu numiſm. diſſert. 5. pag. 356.

Si denique praetioſiſſimarum copiâ uvarum luxuriat Bononienſis ager, quare, ſicuti è quodam numiſmate referente Bacchi imaginem, atque *Megaræ in Sicilia percuſſo, cultum per ea loca Liberum Patrem ſatis arguere, cum ſit ille ſitus vino ferax*, cultiſſimus ſcripſit Spanhemius, ita mihi non liceat, tanti Viri exemplo hîc arguere, eidem Libero divinos apud nos antiquitùs decretos fuiſſe honores? quòd ſcilicet & ipſa, vitibus aptiſſimā ſe profiteatur potiſſimùm Felſinea tellus?

Sanè id ultrò fatentur exteri omnes, noſtras permeantes regiones, quibus ſtatim ſe ſe offerunt hi noſtri colles & agri, tantā vi ſelectarum, atque miro ordine diſpoſitarum undique propaginum referti, ut non alibi, ad ponen-

das

das vineas, magis foecundum ſolum, propitius Coelum ſe inveniſſe fateantur. Non ignorarunt id olim Galli Boii, quos tradit. *fama dulcedine vini apprimè captos*, Alpes tranſiiſſe, numeroque trecentorum mille hominum in fines noſtros irruiſſe, ac Etruſcos, qui ante ipſos hîc dominati, Felſinam eorum Regiam conſtituerant, expuliſſe. Liv. lib. 1. Decad. 5. Plin. loc. citat. ſupra.

Tum Galliae nomine huic Italiae parti generaliter impoſito, eandem Felſinam, quae *Scutum* ſonat *& propugnaculum Regionis* (aliarum nempe undecim Etruriae urbium, quibus ipſa eminebat) à proprio Boiorum cognomento, *Boioniam* dici voluerunt, eandemque pariter centum duodecim eorum Tribuum Metropolim ac Dominam aſſeruerunt. Lett. Monſig. Agocch. poſt Dulcin. pag. 375.

Stetiſſe igitur apud nos quondam Bacchi Templum non injuriâ hinc credimus, conjecturamque mirificè inſtaurat, non quidem diſſidens à ſe ipſo Gruterus, in hâc eâdem bis ab eo regeſtâ Inſcriptione noſtrâ, dum in ſuâ Claſſ. *Operum & Locorum Publicorum*, hîc extitiſſe quondam huic Numini excitatam BASILICam, ſibi quaſi perſuaſum ita oſtendit:

CLXXI. *6.*

***Bononiæ in Domo Marcelli Gargionii, in Lapide Cyppo ſimili.***

MEMORIAM. P. CORNELII. SATVRNINI. MAGISTRALIS. COR
NELIA. PRIMA: VXOR. EX. INDVLGENTIA. COLLEG
SIGNVM. LIBERI. BASILIC. AVLAS. D. D.

ubi ex oppoſito in antecedenti Claſſ. *Dijs Dedicatorum*, nullâ penitus memoratâ Baſilicâ SIGNVM LIBERI BASIMque Cum AVLIS ibi tantùm extitiſſe monſtraverat:

LXVII. 5.

***Bononiæ in Sacello D. Virginis.***

P. CORNELII. SATVRNINI
MAGISTRALIS

CORNELIA. PRIMA. VXOR
EX INDVLGENTIA. COLLEG
SIGNVM. LIBERI
BASIM. C. AVLIS

Sed quia ſincera prorſus ac literalis ( ut ita dicam ) archetypi noſtri lectura id omnino exigit : Sive enim inſpiciatur LIBERI Statua ſuae BASI impoſita ; ſive proſpiciatur quae ſtatim ſequitur AVLA, utrobique occurrit menti tacitè ſuppoſitum ac ſubintellectum Delubrum ſeu Baſilica, & in quâ SIGNVM iſtud, cunctorum venerationi expoſitum, conſervabatur, & ante cujus introitum plebs, Fanum illud ingreſſura, commodè recipiebatur.

Id porrò ritè ac aequè conſequitur, ſive lapicidam inſcium in hoc tantummodo caecutiſſe velimus, quòd voci AVLA ſequentem literam S ineptè alligaverit, ac pro AVLA (hoc eſt cum AVLA Suâ) AVLAS monſtruosè conflaverit; ſivè ab integro potiùs vocis ſignificatu deceptus, pro ARA AVLAM dederit, ex quo ARAM à BASI non ſolùm diſtingui, ſed eidem BASI quandoque adjici in uſu fuit, ut ex hâc, quae ſequitur, Epigraphe:

XLIV. 8.
M. MARCELLVS. M
FIL. CELSVS
HERCVLEM. CVM
BASI. ET. ARA. ET SVB
SELLIS. SVO. ET. M. MARCI
ANTONINI FILI SVI
NOMINE
D. D

Semper enim ſacra tecta inibi fuiſſe dicendum eſt, ubi unà convenirent COLLEgia, & conſequenter iſtud, cujus INDVLGENTIA, hoc eſt permiſſione, licentiâ, conceſſione, (vt in XIX. 7. X. ij. & ubique paſſim) haec CORNELIA, cùm in iſtius Semeleiae Prolis obſequium, tum ad perpetuan-

tuandum nomen & MEMORIAM CORNELII SATVRNINI conjugis ſui, praedicta omnia Dono Dedit, ſeu De Dicavit; non diſſimili modo, quo aliàs & alibi CORNELIVM quendam *Fauſtum* Silvano Deo ita aram dedicaſſe, refert Gruterus:

LXIII. 3.
P. CORNELIVS FAVSTVS
SILVANVM
CVM. BASE
D. D
DEDICAVIT
IDIBVS APRILIB
IMP. CAES. M. AVRELIO
ANTONINO III. IMP. VERO
AVGVSTO. COS. II

Dono Dedit.

Nec poterat quidem adverſari pio foeminae voto, juſtaeque petitioni, horum Corporatorum Ordo, cujus potiùs munus erat Collegae ſuo communibus expenſis haec eadem & majora etiam perſolvere; praecipuè quum eorum eſſet CORNELIVS tunc Rector ac Templi MAGISTer, ut in cccxv. 1. Q. *Petitius*, Magiſter Fani Dianae: ut in xxv. 12. *Hermeros Theamidianus*, Magiſter Feroniae: MXVII. 5. M. *Laelius Maxſimus*, Magiſter Herculis. Hoc enim, neque aliud quidpiam importare hoc loci poſſe judico, rarum quidem, ne inſuetum dicam, in Lapidibus τὸ MAGISTRALIS, hoc pacto productum atque alteratum, ut aliàs forſan in cccxvii. 5. Magiſter Mercurii, & Auguſti dicitur MERCVRIALIS & AVGVSTALIS. Sic Ordo Sacerdotum quid ſimile perſolvit cuidam *Iunio Poſtumiano* Quindecimviro & Dei Solis Pontifici, in cccxiii. 3. Sic actum fuiſſe videre eſt cum quodam C. *Voconio* Saliorum Magiſtro, in ccccLxxxix. 10. & cum aliis paſſim, quos referre omnes, nimii eſſet laboris & moleſtiae.

Sit ſatis ergo frequentem admodum CORNELIORVM in Numina ſuperſtitioſam religionem à longè ſalutare, eam è Gruterianis Epigrammatibus leviter libando, ut in v. 4.

ubi

ubi Iovi, Iunoni, Mineruae dedicat Q. CORNELIVS *Silvanus*: in VI. 2. ubi Ioui Iunoni, Herculi, & Genio loci CORNELIVS *Secundus*: XLI. I. ubi Dianae, Q. CORNELIVS *Theophilus*: XXIV. I. Iunonibus, Cn. CORNELIVS *Nikanor*: XXVII. 3. M. D. M. I. & Attinis, L. CORNELIVS *Scipio Orphitus*: XXXI. 9. Soli, Serapi, Iovi, Libero Patri, &c. C. CORNELIVS *Honoratus*: XXV. 7. Apollini, Magiſtri anni ſexti, inter quos A. CORNELIVS *Niſus*: XXXVI. 15. Belleno Aug. L. CORNELIVS *Secundinus*: XLII. 8. Herculi & Mercurio, CORN. *Demas*: LXII. 4. Neptuno, CORNELIVS *Aliquandus*: LXV. 5. Silvano, CORNELIVS *Repentinus*: CVII. 5. Genio Loci, Fortunae Reduci C. CORNELIVS *Peregrinus*: CX. 9. Genio Municipi Neſanienſis, M. CORNELIVS *Niger*.

Magnae Deum Matri Ideae.

Quam in poſticâ parte Baſis noſtrae, flexo poplite curvatam cernimus, vix adumbrata nudi Pueruli effigies, non priſcum, ſed recens eſt tentamen Artis: inſignis inquam Statuarii Iulii Caeſaris Conventi, qui opus quidem moliri coepit, ſed abſolvere nequiit. Id ei vetuit Antiquitatum harum ſtudioſiſſimus olim Doctor Sacchius; paſſim etiam conqueri aſſuetus, quòd alia non pauca hujus cenſus Inſcripta Marmora in eandem audacem manum miſerabiliter inciderint, neque immanibus hujus ſcalpri ictibus ſe ſubtrahere valuerint.

CA-

## *CAPUT VI.*

### *Sigillum aheneum Fortunae, apud nos repertum ann. 1548. Ex quo arguitur ipſius olim Fanum Bononiae.*

*Ex Libro cui titulus:*

ACHILLIS BOCCHII BONON. SYMBOLICARUM QUAESTIONUM &c.






BIBLIOTECA NAZ. NALE V. E. ROMA

ue LVII. 4. & paſſim.

HOc duplex AHENEVM FORTVNAE SIGILLVM, hoc eſt exiguum ejuſdem Numinis Signum, ſeu diaglyptica Icuncula, BONONIAE INVENTA ANNO SALVTIS OMNIVM M. D. LVIII. & quam eâdem formâ, quâ delineatam repreſentavit eruditiſſimus Bocchius, hîc ad unguem deſcribimus, ejuſdem falſae Deitatis apud nos quondam extitiſſe Fanum, ſeu ſaltem in his regionibus eandem fuiſſe cultam denunciat.

Declararet id etiam pleniùs aliud SIGILLVM AHENEVM MALAE FORTVNAE, quod ADINVENTVM BONONIAE pariter aſſerit is Autor, anno ſequenti M. D. XLIX. quodque ad formam quodammodo primi ac veri archetypi jungere placuit, quoties hoc alterum diſertiſſimi ejuſdem Viri animi gratiâ, exercendive ingenii cauſsâ, more

re Poëtarum, vera fictis perſaepè miſcentium, commentum non ſuſpicaremur. Conjecturam ergo noſtram ſatis ſit ad Patriae ſplendorem ornare, quam ſatis roborare haud poſſumus: & hoc memorando atque mirifico FORTVNAE munere, quod olim apud nos obvenit Auguſto. Is enim monitorum memor, quae à Pansâ Bononiae defuncto perceperat, initâ pace cum Lepido, & Marco Antonio, ad Rheni noſtri confluentes (in Inſulam videlicet Lavini) prima jecit tanti, ac tam longi & felicis Imperii fundamina, ac proinde proſperam ſupra caeteros mortales nactus eſt FORTVNAM, cui verè immolaſſe, aut Templa conſtituiſſe dicere non auſim, quamvis huc reſpicientes vir bonus Alidoſius noſter, & poſt eum Montalbanus rati ſint, Inſcriptionem, à Grutero in *Diis Dedicatorum* Capite recitatam, atque *Lavinii* poſitam, ad Lavinum hunc noſtrum ſpectare &c. Pag. 74. LXXVIII. 5.

Quum ergo alia, neque ex eodem Bocchio, neque aliunde prodeant huius Deaſtrae veſtigia, moralia ſaltem, quae eleganti metro inde traxit idem Phiſiologus & Muſagetes, addemus:

SIGILLVM AHENEVM BONONIAE INVENTVM
ANNO SALVTIS OMNIVM
M. D. XLVIII.
SYMB. LXIII.
FORTVNA ALEXANDRI INCLYTA
FARNESII MINORIS ATQ. MAXIMI

*Quae Dea? ſeruatrix Fortuna eſt, optima ſummi*
*Nata patris, qua nil certius orbis habet.*
*Aſtrifer impoſitus capiti polus ille ſupremo,*
*Hoc eſt diuini numinis auſpicium.*
*Collecti in nodum cur ſtant ceruice capilli?*
*Nempe ſuo capit hanc qui ſapit arbitrio.*
*Tum modus, atque pudor luxum moderantur inertem,*
*Hinc tetricae filo eſt virginis & ſpecie.*

G *Aſpe-*

*Aſpectu vehemens, & formidabilis acri,*
*Non humilis, neque atrox, ſed reuerenda magis,*
*Læta bonis, truculenta malis, erecta, ſeuera,*
*Caſta, grauis, verax, ardua, magna, potens.*
*Omnia perluſtrans oculis mortalia, clauo*
*Inſiſtens terris imperat, & pelago.*
*Nanque duces bello regit, alma in pace ſenatum.*
*Hæc adſit, nullum numen abeſſe poteſt.*
*Regnorum hæc columen, ſancti prudentia iuris,*
*Hæc auguſta dice, hæc Eunomia, hæc Nemeſis.*
*Diues opum hæc ipſa eſt variarum copia: felix*
*En cornu præfert interiore manu.*
*Otia blanda animis poſt dura negotia vitæ,*
*Aeternáque pios mortę carere facit,*
*Denique magnanimi Herois ter maxima ſurgit*
*Farneſi hic virtus, gloria, Iuſtitia.*

SIGILLVM AHENEVM MALAE
FORTVNAE ADINVENTVM BONONIAE:
M. D. XLIX.
SYMB. CXIX.
FORTVNA NOSTRI SECVLI
FERENDA QVANVIS PESSIMA

*Fortunæ quondam Auguſtæ hæc fuit integra imago,*
*Iſto ambas duro tempore trunca manus.*
*Vt leua amiſit cornu, ſic dextera clauum*
*Sola gubernacli en infima pars reliqua eſt.*
*Otia digna viris periere, negotia vitæ*
*Plena periclis ſunt exitiabilibus.*
*Fex poſtrema hominum ſupereſt. polùs ille faceſſit*
*Aſtrifer, & ſummi numinis auſpicium.*
*Compoſitis fuerat, paſſis nunc crinibus illa eſt,*
*Nam modus omnis abeſt, & pudor ingenuus.*
*Fert præ ſe obſcænam faciem meretricis auaræ,*
*Luſca, procax, petulans, improba, triſtis, atrox,*
*Im-*

*Impatiens iuris, mendax, furibunda, ſuperba,*
*Sæua, maligna bonis, læta, benigna malis.*
*Ante pedes vacui veſtigium inanis, & vmbra*
*Reſtat, vbi ſolidus, verus & orbis erat.*
*Quid plura? expreſſa hæc noſtrorum temporum imago eſt.*
*Auguſtam ergò colas qui ſapis, hanc fugias.*
*Quin imò, vt veteres olim fecere, ne obeſſet*
*Huius perſanctè numen & ipſe colas.*

## *CAPVT VII.*

### *Fragmentum Templi Pacis, è Gherardaccio Lib. 2. Hiſtoriarum Bononiae.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

# TEMPLVM PACIS. . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Ex Montalbano, *nelle Antichità più antiche di Bologna pag. 41.*

Templum Pacis, Auguſto curante, intra fines noſtros olim extitiſſe non diffitebitur is, qui ſupra dictum Templum Fortunae, eodem Imperatore mandante, nos apud ſurrexiſſe quondam non dubitavit. Neque enim nullius momenti argumentum eſt Inſcripti iſtius Lapidis exigua portio, in quâ adhuc legitur: TEMPLVM PACIS.

Sveton. in eiuſd. Vit.

Id. ibid.

Id. ibid.

Sanè ad memoratum Lavinum, Fortuna PACEM, PAX verò Imperium peperit Auguſto, qui quantâ fuerit in Deos colendos religione, aut, ut meliùs dicam, ſuperſtitione, ſatis conſtat: Nam *Tonanti Ioui aedem conſecrauit liberatus periculo, cum in expeditione Cantabrica, per nocturnum iter, lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruumque praelucentem exanimaſſet:* Ampliato vetere Apollinis *Templo, locum caſtrorum, quibus fuerat vſus exornatum naualibus ſpolijs Neptuno ac Marti conſecrauit: Ob ſimilia benefacta Forum cum aede Martis Vltoris, Templum Apollinis in Palatio: Aedem Tonantis Iouis Capitolio extrui curauit.* Non immeritò ergo adſcribendum videtur hoc TEMPLVM PACIS Auguſto, aut ſaltem indigenis noſtris, ut gratiam referrent eidem Principi, quòd Orbi univerſo PACEM reddidiſſet, ac proinde tertiò Iani Templum clauſiſſet; ita ut Populus & Urbes poſt belli aerumnas, peroptato tandem PACIS foedere in ſpem felicitatis erexerit.

Et

Et haec tandem ſint profana Delubra, primis temporibus Bononiae inędificata, nec non falſa Numina à primis Majoribus noſtris impiè venerata, quorum extantes adhuc reliquiae nonnulla praebent nobis deteſtandae Idololatriae argumenta. Alia interim, quae nudâ praeſumptione nituntur, quovis funditus verendae Antiquitatis veſtigio deſtituta, miſſa facimus. Non moramur inquam *Iouis*, quà *Soſpitatoris*, quà *Hoſtifugij*, quà *Buligaſtri* Aedes, ab exactiſſimo Montalbano non minùs eloquenti ſtylo exaratas, quàm diligenti verriculo exſculptas. Non *Palladis*, non *Apollinis* Fanum, quorum fama ita ab Hiſpanis uſque reſonat oris:

*Nelle Antichità più antiche di Bologna pag. 8. 10.* Id. ibid. pag. 11.

*Adde quod altiloquis gaudebat Pallas Athenis*
*Sortilegis pulcher Delphis gaudebat Apollo*
*Numina Felſineos hac iam coluere Penates.*

Hermic. Ca iad Syln 2.

Non pia, ſeu veriùs impia, modò *Priapi*, modò *Vertunni*, tum *Dianae*, tum *Veneris*, tum Gratiarum tecta, aulas, atria, Panthea, & ſimilia, nullo parietinarum ſeu ruderum fragmine, ſed ſolâ cupidiſſimi hujus Concivis noſtri enarratione & delineatione conſtantia; quae ideo ſicuti approbare non valeo, ita infirmare non audeo.


d. Montalb. ubi ſup. pag. 41.

Quoniam verò Etruſci poſt Graecos (praeeuntibus tamen ſemper Aegyptiis) ſacrorum ritè peragendorum Magiſtri extiterunt, quid ni Felſina Etruſcorum Caput & Princeps praeſtiterit etiam ſubjectis Urbibus (dum tamen praeſtare ſit excellere in errore) in ſervandâ & praecipiendâ Ethnicorum religione? Ex Templis porrò & Idolis, ab hoc graviſſimo Autore conquiſitis & collectis, ſuſpicari datur viguiſſe hîc admodum Idolatriae cultum, & conſequenter Idolis, ſi quam aliam, redundaſſe hanc urbem. Utcunque verò ſit, meretur non modicam laudem tam anxia ſollicitudo in evolvendis Antiquitatis quiſquiliis; dignuſque eſt Vir optimus titulo, quem ſibi vindicavit *Antiquitatum omnium Inueſtigatoris accerrimi*; quem hoc pariter Muſivi Strati Fruſto, inter monumenta Aldrovandi Studii repoſito, ſibi comparare curavit:

D. Fulgent. lib. 1. de Dii cap. de I. Alex.: lex. lib 19. Val lib. 1.

ÆNEA-

ÆNEADVM MAGNÆ MATRIS
DELVBRI MARMOREI
A BONONIENSIBVS
FELSINEÆ IVXTA VALLEM
APOSÆ IN VICO BARBARIEI
NVNCVPATO
VNA CVM CVRIA, ATQVE
THEATRO
ROMANOS AD EXCIPIENDVM
DIGNE CONSVLES,
ET IMPERATORES
OLIM EXTRVCTI
LITHOSTROTHEVM HOCCE
INTER ALIA PLVRIMA NON
MVLTO ANTEA IBIDEM
PROFVNDISSIME REPERTA'
SEMIPEDALE QVADRATVM
FRAGMENTVM
VERSICOLORI MYRTVM, ROSAS
DICTAMNVM SPECIE REFFERENS,
QVI HVC APPELLIS, INTVERE



ET BONONIENSI CIVITATI
RECONDITA NON DEESSE
RVDERA ERVDITA,
QVEIS MAIORVM
ANTIQVITATVM NIMIA
OBSCVRITAS ILLVSTRETVR
VLTRO FATEBERE.
*Ouidius Montalbanus Bonon. Philoſophus*
*Ab ſe cuſtodito MVSEO ſeruandum Addixit*
*A. D. M. DC. LIIX.*

SE-

# SECTIO SECUNDA

## Inſcriptionum nobis indicantium Collegia, ſeu Scholas Sacerdotum, ac Magiſtrorum Falſis Idolis olim miniſtrantium, atque alios miniſtrare docentium.

### *CAPUT UNICUM.*

VISIS hucuſque profanis Templis ac Idolis, quae in iis à caecutientibus Ethnicis colebantur, recto ordine ſuccedere videntur iiſdem Templis ut plurimùm annexae Scholae ſeu Collegia, ſub Romanâ pariter ditione, ad ſimilitudinem eorum efformata, ad quae antea divertere non dedignabantur priſci Quirites ipſi, quum *in prima eorum ruditate, quando ex abditis literarum fontibus nihil, aut parum hauſerant, liberos ſuos in Etruriam, tanquam ad Academiam & Scholam publicam, tum literis, tum moribus imbuendos amandare fuerunt ſoliti; uti poſt in Græciam, nugis ac fabulis Græcorum capti.* Dulcin. de var. Bonon. Statu. lib. 1. pag. 4. 5. Ex Beroſ. Cald. pag. 120. Valer Max. lib. 1. in prin. Iuſtin. & Aliis.


Quanquam enim ſapientiſſimorum hujuſmodi Coetuum argumentum ſufficiens praebere nunc poſſet antehabita MEMORIA EX INDVLGENTIA COLLEG. poſita P. CORNELIO SATVRNINO, ejuſdem Collegii LIBERI Patris MAGISTRALI, ſeu Magiſtro, à quâ in totum non abſcedit, ob

Cui cõſentit C. *Thiphernius* SACERDOS, de quo infra ſect. 5. cap. 2.

ob inibi memoratum SACERDOTIVM, ſequens Lapis adventitio cuidam DVMVIRALI, hac in urbe vitâ functo, ab ejus LIBertis ita inſcriptus.

*In Domo DD. olim de Achillinis, hodie DD. de Riariis.*

Gammarus in ſuis Sched pag. 103. verſa ait, inventum fuiſſe hunc Lapidẽ ext. portam S. Felicis, in fundinis argillae fornacum, & abs ſe emptum à Iudeis qui dabant operã literas delere, ut in memoriam affinis eorum mortui alias ſubſtituerent




BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

id tamen evidentiùs nobis aperit, & Inſcriptum, & Effigiatum iſtud grande Saxum, ad poſteriorem Petronianae Baſilicae januam, quam *la Porta delle Scuole* vulgò vocant (ut hîc ad fidem archetypi ſedulò delineatum ac deſcriptum damus) collocatum. Non


C·CORNELIVS·FVLLONIA·CORNELIA
C·L· HERMIA·SA·L·L·OFFICIOSA·C·L·PRISC
V V Θ
H

Non tantùm enim in frontis apice, ut apparet, Sacris undequaque diſpoſitis Inſtrumentis, inſtrui fingitur, atque doceri Sacrificium, verùm etiam ſubtus in toto corpore Lapidis, quà Sacerdotis, ſeu Magiſtri, quà Initiatarum, ſeu Alumnarum eadem effigies exprimitur, quam aliàs in ſubjectis Icunculis aeneis, ex agro Bononienſi quondam erutis, nunc in Muſeo Coſpiano aſſervatis, obſervaſſe licuit:

☞ Muſeo Coſpiano pag. 463



☞ ibid. pag. 512.



Nam



ibid. pag. 508

Nam ubi harum primam, Sacerdotalium munerum alumnam, ad ſacros ritus addiſcendos allectam atque ductam, repraeſentari arbitramur (quicquid eandem junctarum unà Iſidis & Oſiridis imaginem referre tenuerit in hujus expoſitione, doctiſſimus Legatus) binas ſequentes velatas, ſeu velari aptas, pateramque porrigentes, ſe ſe aliarum extitiſſe duces ac Magiſtras, revelare credimus. Muſeo Coſpian. lib. 5. cap. 3.

Sed ad noſtras in Saxo ſculptas accedentes, dicamus, Epigraphem iiſdem ſuperimpoſitam, ni reconcinnata, neque ad ſuum germanum verborum ordinem redacta (prout primum omnium me aſſequutum fuiſſe, non ignorat nemo) accipiatur, ſed incomptè atque confusè, prout in Marmore jacet, explorarique poteſt, legatur, mirum in modum torſiſſe ſemper Noſtratium ingenia. Ovidius Montalbanus, Ioannes Baptiſta Caponius, & Alexander de Nigris Literatorum id genus Lapidum conſultiſſimi, ut commodum inde

 ſen-

ſenſum eruerent, remque rectè tenerent, non ſemel incaſſum ſibi roderunt unguem. Patavinus ipſe Oedipus Sertorius Urſatus, de genuinâ hujus Epigrammatis lectione à D. Valerio Com. de Zanis, de patriâ noſtrâ, immo de Literariâ Republicâ praeclarè merito, per epiſtolam requiſitus, reſcripſit, vel Epitaphium, ceu ab imperito commentatum, inter apocripha reponendum, vel amanuenſem in deſcribendo, pluſquam dici poſſet, erraſſe. Gruterus ipſe adeò incomptâ verborum diſtributione territus, falculâ quodammodo deſperanter arreptâ, monſtruosè ſic reſecatum dedit:

In Epiſtol. MS. ejuſdem Vrſati, penes d. Co: Valerium.

DCCCLXXII. *6.*

T. FVLLONIVS. CORNELIA. FVLLONIA

At quid non ſuperat labor improbus? Diutina inquam, nec unquam perterrita rei tam involutae inveſtigatio? Illuxit mihi tandem obumbratus iſte ac turbatus verborum ordo, ac demum innotuit, quamlibet ex his Tribus Figuris ſuam ſibi expoſcere ſejunctam Epigraphem; ideoque non unam, ſed tres hîc repraeſentari Inſcriptiones, ab inſcio, ſeu indiligenti marmorario in unam ſimul commixtas, quum eas ſic inter ſe diviſas reddere debuiſſet:

| | | |
|---|---|---|
| C. CORNELIVS | FVLLONIA | CORNELIA |
| C. L. HERMIA. SAC. | Ɔ. L. OFICIOSA | C. L. PRISCA |
| V | V | |

Huic affinem prorſus & cognatam ſe manifeſtat, quam idem Gruterus ita recitat:

DLXXX. 14.
ADRASTVS. SOPHE
LIBERTVS. ADRASTI
COCVS. COCI. L
VXOR

quae, ni eodem modo ita in duas dividatur:

AD-

| | |
|---|---|
| ADRASTVS | SOPHE |
| LIBERTVS | ADRASTI |
| COCVS | COCI. L |
| | VXOR |

pari obſcuritate laborat, ac ab omni ſenſu diſcedit. Quare ſcitè egerunt lapicidae, qui duas ſeu tres Inſcriptiones in uno ac eodem marmore ſcalpere juſſi, lineâ rectâ interjectâ, ſeu hiatu intermedio, alteram ab alterâ diſtinxerunt; quod non ſemel factum videmus in eodem Grutero, ut exempli cauſsâ in CCCCLXXXIX. 7. in MCXVIII. 2. & in Opere magno doctiſſimi Reineſij obſervare eſt in Claſſ. undecimâ. XXXVII. LXXIX. Claſſ. decimatertiâ XVI. & alibi paſſim.

Sic igitur ad ſuum nativum ac germanum ſenſum revocatâ Inſcriptione noſtrâ, Tres ſubtus eandem repraeſentari Libertos (& ſi non Phidiacâ manu effictos) planè intelligimus; quorum primum ac alterum vitam vixiſſe, tertium verò poſtremum jam obiiſſe diem, cùm inſcriberetur ac effigiaretur Lapis, ſatis innuunt ſingulae V.V.⊖. quas ideo non Vniverſis Defunctis, ut idem reſcribebat Urſatus, ſed Vivens Vivens Mortua interpretor. Quòd nimirum CORNELIVS & FVLLONIA, CORNELIAE jam vitâ functae non ſolùm, ſed ſibimet adhuc viventibus praegrandem hanc Memoriam ponendam ſuſceperint. Sic aliàs explicabam ego Romae Lapidem in Vineâ Boſiâ, nunc Caeſarinâ ita Inſcriptum: in d. Epiſt. MS. penes d. Co: de Zanis.

M. VALGIVS. M. F.
MEN. RVFVS
M. VALGIVS
M. F. HIDARVS
FECIT. D. S. ET. SIBI
V. SEMPRONIA. C. L. MOSCHIA
V. M. VALGIVS. M. F. ET
SEMPRONIAE L. DAPHNVS

quum τò V. in principio ſexti nec non ſeptimi verſus, VI-

VENS

VENS importare dicebam. Ad hoc enim ita diſtinctè ſignificandum, non alibi tantùm, ſed Bononiae pariter, hanc in uſu quandoque fuiſſe formulam, me obſervaſſe memineram: ſive ante nomina, ſicque à latere ac ab initio verſuum hæ collocarentur ſiglae, ut in hâc Bononienſi, de quâ
Sect.6.cap.1. infra ſuo loco, & quae in Grutero eſt ſub pag.

DCCCCLXII. 12.
V. SEX. AVIDI. SEX. L
THEOPHILI
V. SEX. AVIDI. SEX. L
PATIAE
V. SEX. AVIDIA. SEX. L
PRIMA
Θ. AVIDIAE. SEX. SEX. L
FAVSTAE. IN FR. P. XIII

cui mirificè ſequentes exterae adhuc ineditae concinunt:

*Romae, extra Portam Flaminiam, Vineâ Ceſarinâ olim Boſiâ.*

V. BAEBIA. Ɔ. L. ASIA
V. C. BAEBIVS. Ɔ. L. REGILLVS
Θ. Q. PLOTIVS. Q. L. NICEPOR
V. Q. PLOTIVS. Q. L. ANTEROS
V. Q. PLOTIVS. Q. L. FELIX

*E Sched. Vaticanis.*

EGNATIA. SEX. L. AVGE
SEX. EGNATIVS. SEX. L. NEICO
EGNATIA. SEX. L. APOLLONIA
P. CAECILIVS. P. L. FAVSTVS

*Ex iiſdem.*

A. CENNIVS
MENOPHO SIBI
Θ. A. CENNIO A. L. ORENTE
SVLPICIAE Ɔ. L. SALMAE
ET POSTERIS SVIS
IN FR. P. XII. IN AGR. P. XIIX.
*E Sched.*

*E Sched. Io: Zaratinii Caſtelinii.*

P. AVILIO MENANDRO PATRONO
POST MORTEM LIBERTI FECERVNT
ET SIBI. I. QVI INFRA SCRIPTI SVNT
Θ. AVILIA. P. L. PHILVSA
P. AVILIVS. P. L. HILARVS
P. AVILIVS. P. L. ANTEROS
P. AVILIVS. P. L. FELIX

*Ex iiſdem.*

Θ. CN. STAIVS
CN. L. SERVIVS
STAIA CN. THALIA
STAIA CN. L.
MAXIMA
CN. STAIVS
CN. L. CASTVS
IN. FR. P. XIIX
IN. AGR. P. XII

Sive

Sive poſt eadem nomina, & tunc, quà in medio, quà in fine verſuum pingerentur ipſae, ut è tribus è Grutero deſumendis, nuperâ in fine additâ.

DCCXXXVI. 13.

*Iggi ſive Emonae.*

PLOTIO . MAXIM
F. . Θ. ET
QVARTAE. VOLTREGIS. F
V I V E *ſic*
SABINVS. ET. GEMINVS
ET. FRONTO. FILII
FECERVNT
ET. VOLTRICI. SI
FRONTONI. FI Θ
AN. L.

DCCVIIII. 2.

*Blanchenhemiae apud Vbios.*

*D hic conſpiciuntur M*
*capita tria.*

SVPERINIO. RVSTICO
ET. SVPERINIAE. SVPE
RBAE. INGENVINIA
IVNIA. MATER. FILIS. DVL *ſic*
CISSIMIS. ΘΘ ET. SEBI *ſic*
VIVA, F. C.

DCCLVIII. 4.

*Salisburgi, propè S. Maximilian.*

AQVILIAE. Θ. AN. LXV
AQVILIAE. GALLAE. Θ. AN
LX
ALBIA. MELITANA
BENEMERENTIB. F.

*Ex Antiquario*
*P. Ferrarini Regien. MS.*
*Veronae,*
*in hortulo D. Zenonis.*

GLAVCO ..... N̄.
REGIENSI.
PVGNAR VII. Θ
QVI VIXIT ANN
XXIII. D. V. AVRE
LIA. MARITO. B. M
ET AMATORES HVIVS
PLANETAM
SVVM
PROCVRARE
VOS MONEO IN
NEMESE NE FIDEM
HABEATIS.
SIC SVM DECEPTVS
AVE. VALE.

DCC-

Quanquam poſtrema haec eadem, quam beneficio praeſtantiſſimorum DD. meorum, Illuſtriſsimi, ac Reverendiſsimi Praeſulis D. Canonici Emanuel à Scheleſtrate Praefecti, nec non Illuſtriſsimi D. Abbatis Laurentii Zacagna Subpraefecti, è Vaticanis Schedis, ubi unà cum tot aliis millibus hanc mihi pariter decerpere datum eſt, habeat ipſa

in

in ſecundo verſu MVTINENSI, non REGIENSI: plagium aliquantiſper ignoſcendum Reverendo huic, nimiâ libertate uſo licentiâ Platonis, *bono* etiam *viro Reipublicæ cauſa mentiri* permittentis.

Characteribus explicitis, ſi quis ſubjectas ibi Imagines expendens, arbitrari vellet, hanc CORNELIAM, quae ore juvenilem praefert aetatem, ejuſdem CORNELII, ſenium praetendentis, fuiſſe filiam, ſeu ſaltem aliquo conſanguinitatis nexu eidem junctam, non irem inficias, quum ejuſdem Gentis nominentur ambo, amboque ejuſdem Caii dicantur Liberti. Solùm adderem (ſi ab indumento ſtatum alicujus conjectari lubet; quare Ovidius:

Triſt. 1. Eleg. 1. *Vade, ſed incultus, qualem decet exulis eſſe*
*Infelix habitum temporis huius habe*)

utrumque conſuetâ talari veſte, atque togâ amictum, non è vulgo extitiſſe; praeſertim FVLLONIAM, quae inter alios medium tenens, ſeu ſtolatam ſe manifeſtat, prout ſuam Coeliam Gemellam, ſic opertam oſtendit nobis Urſatus; ſicque tectam non diſſimilem aliam Humprid. Prideaux ſuis *Marmoribus Oxonen.* ſeu capitale eo contectam, quod *Sacerdotale etiam nunc in capite ſolent habere*, ait Varro de *linguâ Latinâ*, à quo non diſſentit Feſtus: ſeu velo obductam eo Sacerdotali more, quo ſolebat (prout in hâc forſan apparere potiùs quis dicet) rejci *pars togæ ſuperior ad ceruicem; quæ nempe ſiniſtro humero inſidebat, & dextro deijciebatur, ea trahebatur in caput cum ſacra fierent*, erudiſſimus his adſtruit verbis Ferrarius.

Monvm. Patav. pag. 23. pag. 145. Marm. XCI. lib. 4. Antolog. De Re Veſtiar. lib. 1. cap. 10.

Et ob hunc venerabiliorem amictum evidentem, FVLLONIAE magis quàm CORNELIO admotum, aliquantulum, ſi opus eſſet, excuſari poſſet lapicida noſter, ſi percontaretur, cur FVLLONIAE iſtius nomen ſuperimpoſitâ in Epigraphe nullo SAcerdotii titulo auctum dederit, quia ſcilicet, quum eam Sacerdotis in morem velatam finxerit, non erat cur verbis declararet, quae ob oculos poſita, qualis jam eſſet aſſequebatur: ſecus in CORNELIO, qui ex adver-

adverſò detectum caput oſtendens, convolutumque codicem ſiniſtrâ ſtringens, Oratorem aequiùs, quàm Sacerdotem agere ſimilat: quamobrem, quòd & ipſe hoc in ſacro munere praeſtiterit, anteſcripto programmate manifeſtari decuit.

CORNELIO ſiquidem, non FVLLONIAE crederem aptandam fore protruſam ultrò nimis ab inepto marmorario particulam SA, quam SAC. hoc eſt SA cerdos hìc ſignificare, ſubjecta materia omnino poſtulat; & ſi poſtremam ſiglam C conſuetae particulae SA. nedum abſtulerit (illius ad inſtar Inſcriptionis, quae, Grutero teſte, habetur in Aequicolis, ubi SA. R. SA cerdotem R omanum CCCIV. 4. valere vult Scaliger) ſed idem SA. ſequenti literae L. quae ad FVLLONIAM ſpectat, ferè junxerit, tranſcurſuque diſſentaneo ultra ſedem locaverit. Non adeò tamen, ut ad credendum τò SA. ad FVLLONIAM pertinere potiùs quàm ad CORNELIVM me inducere quiverit; quippe optimè noverim, talem SA cerdotii notam nequaquam nomini & cognomini intermediam, ſed in fine tantùm cognominis immutabiliter collocari; quamobrem CORNELIO veriùs, non FVLLONIAE annectenda venerit.

SA cerdotem ergo hunc Togatum pariter mihi pronunciare fas eſto; immo vel ipſorum SA cerdotum eum nuncupare Archiereum aliquem, Directorem, Magiſtrum quempiam è tot aliis, qui, retento extinctorum Etruſcorum more, noſtros non tantùm populares dictos Sacrificandi ritus docere, ſed exteros ad Metropolim Felſinam, ut haec & alia pleniùs ediſcerent, confluentes, erudire perexerant, ut ab initio ſatis monuimus.

Favet mirificè praeſumpto ac aſſerto CORNELII Magiſterio Involutus, quem ipſe ſiniſtrâ ſtringit, Codex, ritus haud inveriſimiliter, ſeu leges continens, quae in Sacrificiorum caeremoniis requirebantur; ſeu ſcriptam, dicamus quoque, praecationis formulam, pro quâ ad unguem ſervandâ in Sacrificiis peragendis, *ne quid verborum prae-*

 *teri-*

Roſin. lib. 3. cap. 33. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17. *teriretur, aut præpoſtere recitaretur de ſcripto præire aliquem, rurſuſque alium cuſtodem, qui attenderet ſedulo dari ſolebat.* In his verò cunctis praeſtitiſſe haerentem ei FVLLONIAM, quae ideo, uti jam in numerum cooptatam, ſeu ſaltem ſuccedaneam, velo jure donata fuit, cognomentoque OFFICIOSAE, ejus forſan ſedulitati conſentaneo, decorata; quòd ſecus in ſequenti alumnâ alterâ CORNELIA PRISCA, cui mors acerba nimis, paris in eodem exercitio profectionis laudem importunè abſtulit.

At quid ultra laboramus? Nonne hanc Scholam, haec praecepta in eâ tradita ob oculos ponunt, è ſublimi Lapidis Apice, Inſtrumenta Sacra ad libandum adhibenda? quemadmodum ſunt, Ara, Cultri, Ceſeſpita, nec non Patera ipſa medium tenens parietis ſuperioris, cui affixa fingitur? Quaeque ſingula tali pacto inibi otioſa, clariùs inſinuant, Sacrificium nullum ibi tunc peragi, ſed adornari dumtaxat, atque doceri? Nonne tandem Binae Icunculae hinc inde appoſitae, quarum altera (OFFICIOSA haec iſta forſan, ni potiùs fuerit Magiſter ipſe, CORNELIVS inquam) non ſtat ad Aram Sacrificantis in modum, ſed immo Sedet, non abſimili hypoſtaſi, quâ videas mulierem pag. 81. VII. velatam ita ſedentem in *Marmoribus Oxon.* & ſi noſtra nullatenus velato capite, quid aliud, praeter oblationem hoſtiae, quae ibi nulla apparet, inſtituere contendat? Altera ſtans verò, atque Luſtralem Faſciculum ſiniſtrâ ſtringens, & agitans, eandem Aram aſpergere videtur, quam Sedens mundare forſan ac tergere geſtit?

Non me fugiunt, quae, ad eliminandum ab hoc Saxo Inſtructum Sacrificium, nuperrimè circumferri audio: per dicta nimirum Inſtrumenta inibi efformata, Fullonum potiùs artem, à ſubjectis Tribus Libertis tunc profeſſam, ſignificari; id quod in haud imparibus opificiorum cultoribus vitâ ſolutis non rarò uſuveniſſe, Gruterianae docent Inſcriptiones: uti DCXXIV. 2. ubi *Tito Statilio Apro, menſori ædificiorum*, apponitur decempedae ſpecies, ſeu alterius menſu-

ſurae: DCXL. II. ubi cuidam *Q. Tiburtio Menolano, cultrario*, ſubjiciuntur cultri: CCLV. 3. ubi cuidam piſtori (quem eundem fuiſſe *C. Pupium Firminum*, qui vix inibi enunciatur *Quæſtor*, ex eleganti Marmore effigiato non ita pridem detecto egregiè docet, Vir eruditae ac elegantis induſtriae, Ab. Fabrettus, in ſuâ doctiſſimâ & nunquam ſatis celebratâ Traiani Columnâ) adduntur propriae artis inſtrumenta, modium, ſpicae, & mola verſatilis: DXVII. 7. ubi *P. Aelio Muciano Militi*, annectuntur à lateribus, hinc gladius, hinc haſta, aliaeque conſimiles Priſcorum ritu, apud vel ipſos vetuſtiſſimo, praecipuâ mortuorum ſupellectili exornatos tumulos exhibentes; quo reſpexit Vates in funere Miſeni egregii tibicinis, cujus ſepulchro, praeter remum, ita tubam appendit: pag. 338.

*At pius Aeneas ingenti mole ſepulchrum* Aenead. lib. 6.
*Imponit, ſuaque arma viro, remumque, tubamque.*

Ita pariter in dealbandis veſtibus, Fullonum arti Tres iſtos incubuiſſe, nobis innuant ſuſpenſa in ſublimi inſtrumenta praedicta, FVLLONIAE nomini, non ſecus ac operi conſonantia; quaeque ea ſit (ni CORNELIVS ipſe fuerit) quae eodem loco effigiata, non ad Aram, ſed ad Cacabum ſedens, pannos tergere ac mundare contendat.

Sed repugnat nimium tam vili opificio toga, eorum quemlibet ita dignè praecingens: repugnat velum, FVLLONIAE caput ad obtegendum promptum: repugnat denique eadem vel FVLLONIA, gentis hoc loci nomen, non artis; & ſi ab eâdem arte primis temporibus tale cognomentum, Bononiae haud exterum (ut infra ſum dicturus) derivaſſe non negaverim.

Nec quicquam officit, ad validiùs excludendum ab hoc Lapide Sacerdotium, unio illius SA. cum ſequenti L. quae, abjecto puncto intermedio, placuit ſimul jungere Alidoſio noſtro, unde conſletur & exeat τὸ SAL. SAL vii nempe, alterum fortaſſe nomen, manumiſſae FVLLONIAE olim domino additum; quia punctum inter SA. & L. medium, in pag. 80. 1.

marmoreo autographo evidens, hujuſmodi, quanquam aliter ingenioſum, commentum enervat ac deſtruit, neque ſinit conjunctim unquam, ſed vult diſiunctim legi SA. & L. SA que coherere CORNELIO, ſonareque SACerdotem, ut diximus; L. verò alteri L. praepoſitam, FVLLONIAE tribui, Luciique Libertam denotare. Ita millies, ferè dixerim, binas LL. Lucii Libertum, ſeu Lucii Libertam interpraetari apud Gruterum, nec non Reineſium, in Inſcriptionibus obſervare quiſque poterit, dum earum loco, has noviter è MS. atque aliunde per me depromptas, ſubſtituere, jucundiùs futurum humaniſſimo Lectori exiſtimo:

*Romae, in Hortis Vaticanis.*

L. ALFIO. L. L. PROTHVM
PATRONO. NOSTRO
L. L. ALFIEI. L. L. HILARVS
ET POSTVMVS
LIBERTIS DE SVO
FACIVNDVM COER *ſic*
ET LIBERTIS LIBERTAE
QVE NOSTRIS IN FR. PE
XII. IN AGR. P. XVI

*Romae, Hortis Matthaeis.*

M. AEBVTIVS. M. L
MACEDO PATER
M. AEBVTIVS M. L. EROS
CALLISTRATVS
V. M. AEBVTIVS M. L. EROS
V. IVLIA. L. L. BERENICE. VE
IVLIA. L. L. SELE N
CLODIA. Ɔ. L. ANTIOCIS E

*Romae, Vinea Pamphilia.*

L. CAECILIVS. L. L
PRIMVS

*Romae, ex Leonard. Auguſtin. Adduct. ſupra ſect. 1. cap. 2.*

L. CALPVRNIO. NICEI. F. COR. ANTIOCHO
MARGARITARIO. DE SACRA. VIA
L. CALPVRNIO. L. L. RVFO
L. CALPVRNIO. L. L. STATORI
CALPVRNIA. L. L. E GALE. PATRONO SVO
ET FRATRIBVS. SVIS. &c.

*Ext. Romam, ad D. Laurentii.*

SERVILIA. L. L
BONAE DEAE
VOTVM SOLVIT
FECIT. ET. SIBI

*Extr. Romam, Vinea Albera, ad Viam Salariam.*

L. ARISTIVS. L. L. LVCRIO
ARISTIA. L. L. DAPHNAE
M. INSTEIVS. M. L. L. EVSYCHVS
INSTEIA. M. L. ARESHVSA
L. ARISTIVS. L. L. TYRANNVS. V. A

Ro- Extr.

*Extr. Romam, Vinea Grappia.*

L. POLLIVS. L. L
HILARIO
L. POLLIVS. L. ET. Ɔ. L
ANTEROS

*Ex. Romam, Vinea Brunona.*

VOLVMNIA. L. L
ET. C. L. CALLISTI

*Florentiae, apud Gaddios.*

TVCCIA. L. L. MNEME
GRATVS. CONIVGI
SVAE. ET. SIBI
FECIT

*Florentiae, apud Guicciard.*

PESCENNIAE. L. L. AVCTAE
SEX. PESCENNIVS. PIRATA
SEX. PESCENNIVS. RHODO
SEX. PONTIVS. COMMVNIS
PESCENNIA. MILITIAE

*Ex iiſdem.*

*Liberculo Iacob. Lilii Bononien. MS. ſignat. ab ext. num. 5238.*

*Verona.*

D . M
L. SCAENINIVS. L. L. QVADRA
TVS SIBI ET AVCTAE SO
RORI SVAE

*Siracuſis, ex Gualterio.*

L. LICINIVS
L. L. DAPHNVS
VIX. A. XXXV

*Spoleti.*

L. PIPEDIVS L. L
TYRANNVS
ALIA. SP. F. SABINA

*In Agro Nepeſino.*

AVRELIAE. L. L. ZOSIMEN. COIVGI *ſic*
OPTIMAE ET BENE. MERENTI CVM Q
VIXIT ANN. XL. MESES. II. L. AV- *ſic*
RELIVS. L. L
PHILVMENVS. ET. AVRELIAE PHI-
LVMENE
FILIAE DVLCISSIMAE ET LIBERTIS
LIBER
TABVSQVE POSTERISQVE. H. MO-
NVMENTVM
HEREDEM NON PERTIN

*E ſched. Vatican.*
*Lib. ſignato. nu. 5253. pag. 44.*

IIII. TIBVR V. L. CALENVS. C. L
ALSILO
CALENA L. L. AVCTAE VXOR
L. CALENVS II. L. FELIX
T. ANTONIVS T. L. CHRESTVS
T. ANTONIVS T. L. CORISCVS
T. CALENVS LL. HERILCVS.....
ANTONIA CORISCI L. ANATOLIA....

*Ex eiiſdem pag. 96.*

Scalpellino ſotto la Trinità de' Monti, belle lettere &c. tavola longa.

L. POMPONIVS. L. L
SEXTIO
POMPONIA. L. L
CLEOPATRA
PHIDIA. L. L. LEROTIS *ſic*

*Ex*

*Ex iiſdem.*

*Liberculo extra ſignato nu. 5326. Valerii Probi &c. pag. 6.*

*Veronæ in Hortulo S. Zenonis.*

L. ECINIVS. L. L. PALDASIVS
SEXVIR VIVOS FECIT SIBI ET
AVGE L.

*Ex iiſdem.*

*Meranci, in ſummo templo, ad uſum Aquæ Luſtralis.*

D. M
L. AVIDIVS
L. L. PHILOGENES
MERC. ET. AVG. VIX. AN. LXV.
FILI. PIISS. PATRI

*Ex iiſdem*

C. PLIMINIO. L. L. EVTYCHIO
LETIC. LEG. X. FRETENSIS
QVI VIX. ANN. XXVI. M. X. D...
Q. PLIMINIVS L. L. NESTOR
FR. PIIS. POSVIT

*Ex iiſdem.*

IN FR      IN AGR
PED      PED
XVI      XVIII
L. SALLVSTIO. L. L. TESEO. ET
SALLVSTIAE ALIMETAE PATRON
PIIS. S. SALLVSTIVS. TRYPHOSVS.
SER. POS

*Ex. Antiquario P. Ferrarini. MS. Regii Lepid. In Societ. D. Auguſtini.*

V Ʒ F
L. CAELIVS. L. L
EPERASTVS
SIBI ET LIBER
TIS LIBERTAB
IN. FR. P. XII
IN. AG. P. XII

*E Sched. Gamarri.*
*Ex. Vrbem Ravennam, apud Eccleſiam S. Mammæ in Vrna marmorea ubi duæ Infantum imagines ſculptæ.*

OSSA
L. TITINI. L. L. SILLONIS

*E Sched. Cl. Fabretti.*

L. LATINIVS. L. L
APOLLONI
IN FR. P. XII. IN. AG. P. XIIX

*Ex iiſdem.*

L. MENENIVS. Ͻ. L
DEMETRIVS
VETTIA. Ͻ. L. HILARA
CALPVRNIA
M. L. SODIA
IN FR. P......
Θ. L. VETTIVS L. L.
ANTIOCHVS
IN. AGR. P. X

*Ex iiſdem.*

V . F
VERGINIVS . L. L
NVS. SIBI. ET
L. VERGINIO . L. L
NIGRO . FILIO
IN FRONTEM . P . XVI
IN AGRVM. P. L

*Ex iiſdem.*

V. MARCIA. L. L. APTA
MATRI SVAE ET SVIS
V. SEX. RACILIVS SEX. F. COL
RVFVS. ET SVIS
V. L. MARCIVS Ɔ. L. THEOPHILVS
V. Q. PETRONIVS. Q. L. TENAX
V. L. MARCIVS. Ɔ. L. NICEPHOR

*Ex iiſdem.*

L. CORNELI. L. L. GISIAE
MAG. VICI. VIRIDARII
MONVMENTVM
CORNELIA . L. L. CALETHICHE
CORNELIA L. L. AMMIA
PATRONIS. SVIS, FECIT
DIGNIS. ET. MERITIS
PRO. EORVM. PIETATI
ET. SIBI. ET. SVIS

*Ex iiſdem.*

REGEIA . L. L. SOPHE. SIBI. ET
L. REGEIO. M. F. PVP. RVFO. PA
TRON
EX TESTAMENTO FIERI IVSSIT
PER HEREDES
L. LEVCANORVM. NASONEM
T. VELLIVM. TERTIVM. MILITES. ET
L. RVRIVM. VITALEM. L. REGIVM
FORTVNATVM

*Ex iiſdem.*

OSSA
L. VALERI. L. L. GRATI
LESBIA. L. POSVIT

*Ex iiſdem.*

ANIA L. L. FORTV
NATA. V. A. XXXV
H. S

*Ex iiſdem.*
*Add. ſupra ſect. 1. cap. 2.*

CALPVRNIA. L. L. FLORA

*Ex iiſdem.*

L. VTTEDIVS. L. L
ALEXANDER

*Ex iiſdem.*

APOLLINI AVGVSTO
SACRVM
MAGISTER ET MINISTER
ANNI III DD
L. LABERIVS. L. L. FELIX
TERTIVS. Q. Q. NVNNIORVM
LVNENSIS. ET MONTANI

*Ex iiſdem.*

C. CERTIO
HERONIANO
L. CALPVRNIVS
L. L. ANTHVS
AMICO FECIT

Add. ſup. pag. 23.

Ex

*Ex iiſdem.*

NIMPHIDIA. L. L
EROTIS
VIX. ANN. XXIX

*Ex iiſdem.*

PLOTIA. L. L. HILARA
SI. ET. L. PLOTIO. L. L
DASIO. PATRONO. SVO. FECIT

*Ex iiſdem.*

L. SAVFEIVS. L. L. SCVRRA. FE
CIT
SIBI ET SVIS. IN. FR. P. XVII. IN
AGR. P. XX.

Et haec adeò frequens, adeòque communis omnibus, geminae hujus notae expoſitio, alteri, ſpecificae ac peculiari Latio tantùm, praeſtare omnino debet, quàm repetitae huic literae tribuit quandoque Scaliger ad Gruterum, pag. cccc-LXXXIIII. 3. & pag. MCI. 8. per duplicem nimirum L. L. Laurentes Lavinates illos indicari, à quibus mendicare SAcerdotes minimè decuit Felſinam, quae à priſcis uſque Etruſcis ſuis ſacros ritus ac caeremonias edocta, caeteroſque edocere aſſueta, tantum abeſt ut aliunde SAcerdotes advenas ad ſe accerſere indiguerit, ut etiam nativos exteris abundè ſuppeditare valuerit.

Quoad horum Libertorum nomina, ſeu mavis cognomina, occurrit primò C. CORNELIVS HERMIA. Cornelius à Cornelio domino, à quo manumiſſus, nomen induere debuiſſe, neminem latet: quod idem de CORNELIA PRISCA, ultimo loco poſitâ, dicendum venit. CORNELIAM verò gentem Bononiae tunc temporis floruiſſe, divitiiſque ac dignitatibus claruiſſe, nedum praeſens probat Lapis, neque antea adducta evincit Baſis, nomine inſcripta P. CORNELII *Saturnini* cujuſdam Scholae, ſeu COLLEGii aequè MAGISTri, ſed docere poterit Tabella Marmorea M. CORNELIO Helio poſita, de quà infra. HERMIA quidem, non HERMIANVS, ut legere ſuadebat amicus meus, ita producens, atque integrans cognomen illud CORNELIO tributum, quod ſucciſum ac abbreuiatum putabat:

Sect. 1. cap. 5.
Sect. 7. cap. 6.

Per-

Perperam ſanè, quum ne ullum adinvenire potuerit monumentum tali cognomine inſignitum, toto opere Gruteriano; vixque unum ei indicaverim ego, mutuandum à Reineſiano Supplemento, Claſs. decimaquartâ CLXXXIIX.

Et quare non potiùs HERMA, ſcatens toties è dicto Opere? ut è LXXXVI. 6: CCCLXXII. 2: CCCXXIII. 4: DCXIX. 3: DCCCCXXXVII. 1: DCCCCLXIX. 11: DCCLXXVI. 2: DCCCCXIII. 10: DCCCLXIX. 4: CCLII. 6: DCCCXLVI. 12: DCCCCICI. 9: DCCCXXX. 4: CCCCLXXIIII. 1: DCCCICI. 15: CCCXVIII. 9: MCLIII. 4. Seu quare non potiùs HERMES? quum ferè centies apud eundem Gruterum HERMES ſit cognomen additum gentibus; quodque magis urget, iiſdem, quas Bononiae pariter, noſtri qui remanſere Lapides tunc floruiſse oſtendunt, ut ſunt AVRELIA, CAECILIA, CLAVDIA, praeſens CORNELIA, FLAVIA, IVLIA, POMPONIA, VALERIA, VECTIA ſeu VETTIA, VIBIA? Eodemque propterea cognomine vel ipſae nos apud non inveriſimiliter dotatae? praeſertim ex quo bis quidem habemus τὸ HERMES noſtris praedictis infra recenſendis Inſcriptionibus, additum cuidam M. LATINIO, necnon inclyto & ſemper venerando Martyri noſtro, nunquam verò nec uſpiam τὸ HERMA? Sect.5.cap.1. & cap.3.

Sed ne ulteriori contumeliâ afficiamus, obſecro, marmorarium noſtrum, in confusâ atque indiligenti illâ trium nominum oeconomiâ ſeu diſtributione ſatis ſupra damnatum, quum praeſertim cuicunque aliunde occurrere poſſit HERMIA noſter, duabus inquam hiſce Inſcriptionibus: alterâ pag: DCLXXXIX. 4.

*Romę, retro Stabulum Vicecancellarię Apoſtolicę.*

C. IVLIVS. HERMIA<br>
EPHEBO. DVLCISSIMO<br>
FILIO. SVO. VIXIT. AN. III<br>
ORCVS. ERIPVIT. MIHI. IN<br>
QVO SPES.

K Cui

Cui miror quomodo tam aptè concinat, quae legitur Neapoli penes Spataphorum, referente Capaccio; ni tamen ephebi huius haec ſit mater, Iuliique uxor:

Hiſt. Neap. lib. 1. c. 21. f. 351.

HEV . VOTA . HEV . PRECES
ORCVS . TANDEM . ERIPVIT
EPHEBO . FILIO . DVLCISSIMO
HERMIA . MAT . INFELICISS . F

Alterâ DCCCCLXI. 14.

ATIMIO . ALEXANDRI
MAIORIS. LIBERTI
HERMIAE . ISIO
LIBERTVS
ET
ALEXANDRO. F. SVO
ET. SIBI. POSTERISQVE
SVIS

Secundum hîc tenet locum FVLLONIA, ab aliquo *Fullonio* libertatem adepta, quem civem extitiſſe noſtrum, eumque non vulgaris, ſed conſpicuae conditionis, ſatis evincunt, & Inſcripta Saxa, & rerum geſtarum monimenta. Inſcripta Saxa, nam praeter hoc praeſens quod eſt prae manibus, tempeſtivè accedit inſigne fragmentum, quod adhuc ad poſtes presbyterii principis ſacelli D. Mariae Majoris ita jacet:

....................

☞ .....L O N I A E

....................

quod non aliter nec alteri quàm FVLLONIAE adjudicandum cenſeo, fretus exemplo Patavini Oedipi Sertorii Urſati, qui in declarandis egregiè, more ſuo, patriis Epigrammatibus, tenuit, truncam ac dimidiatam ei obviam vo-

vocem ONIA, ad quaſdam gentes referri potuiſſe, quarum Epitaphia eâ in urbe conſpiciebantur, & erant AntONIA, PetrONIA, PompONIA, SemprONIA, & ScribONIA; quibuſq; ob eandem cauſſam addere alias potuiſſet, quae ſunt AfrONIA, AcONIA, AſcONIA CeſONIA, ElONIA, LepONIA, SemprONIA, per totum illud elegantiſſimum opus diſſeminatae. Sic inquam ego, in non diſpari nos apud mutilae vocis reliquo LONIA, ſingulas Inſcriptiones noſtras perluſtrandas ſuſcepi, nullamque inter eas aliam gentem mihi offendere licuit, cui propiùs accederet hujus nominis terminatio, praeter ApolLONIAM, & FulLONIAM, quae ſunt quae ſolùm hac deſinentiâ complentur: Quum autem ApolLONIA, ut ſuo loco viſuri ſumus, unâ tantùm vice ſe ſe nobis offerat, & quod pejus eſt, in cognomen tranſiens cujuſdam liberti, T. inquam VISVLANII T. L. APOLLONII; ubi ex oppoſitò bis habemus in Inſcriptionibus noſtris FulLONIAE, ut conſtat, mentionem, magis placuit huic quàm illi adhaerere; praeſertim quòd praeſens fragmentum literis tam grandibus, tam mirè quadratis, tam aequè ductis, atque candidiſſimo ſelectiſſimoque marmore inciſis, non alteri aequiùs poni decuit, quàm alicui perſonae ingenuae, graduataeque, nec non haud exiguâ nobilitate dotatae. pag. 207. De quo inf. ſect. 8. cap. 5.

Et quidem nimium ſemper decoris ac ornamenti huic genti noſtrae effluxiſſe, tripliciter effigiatum hoc Sacerdotale Marmor evincit: quandoquidem ſi in eo FVLLONIA OFFICIOSA, alios inter conlibertos ſtolâ praecinctam, ſacerdotalique dignitate coruſcam, velato quaſi capite ſe oſtendit, quantò magis quocunque munere conſpicuos non ſe jactare debuerant FVLLONII, Domini, ingenui, hanc urbem noſtram decorantes, ac quoſcunque in ſui admirationem quandoque trahentes?

Quis enim Hiſtoricorum longaevam T. FVLLONII Bononienſis illius non eſt admiratus aetatem, qui *in Claudij principis cenſuram, dinumeratis ab eo diligenter annis, ne* Plin. cap. 48. Fleg. Tralian. de mir. & longev. Fulgoſ. lib. 4. cap. 14.

*qua ineſſet fraus, inuentus eſt annos centum ac quinquaginta ſuperaſſe?* Quanquam id nullius admirationis eſſe decebat iis, qui optimè noverant, conſimiles protractas atque ad miraculum ferè productas aetates, adeò fuiſſe frequentes ac domeſticas octavae regionis in Italiâ, aequè nos continen-
Id. Plin. ibid. cap. 49. tis, vt ejuſdem paucae ſint urbes, quae, teſte Plinio, cives non jactent FVLLONIO noſtro ſaltem proximos, ſi non eum quandoque aequantes.

Et ſi enim praedictum apud Autorem, Parmenſes praeſertim ac Placentini, caeteros in Longaevorum numerum
De Mirab. & Longev. ſuperaſſe videantur, his tamen praeſtare Bononienſes liquet, Phlegonte Tralliano eos, ut ſequitur, recitante:

Sub Titulo:

pag. 98. *Itali, qui centum annos vixerunt: quos ex ipſis Cenſuum commentarÿs conquiſitos, non obiter deprehendimus.*

☞ C. PORTENSIVS FRONTO SEX. F. BONONIA.

☞ M. ACCELLIVS M. F. BONONIA.

☞ T. VETERANIVS P. F. BONONIA.

☞ T. SERVIVS SECVNDVS T. F. BONONIA.

☞ T. ERVSIVS POLLIO C. F. BONONIA

☞ TVRELLA FORENSIS C. L. BONONIA

Sub Titulo:

*Qui ab Annis C. & IV. vſque ad C X. protraxiſſe vitam annotati ſunt.*

☞ C. LELEDIVS PRIMVS Annos CI.

pag. 100. ☞ CLODIA POTESTA C. L. totidem BONONIENSES.

P. QVI-

P. QVISENTIVS SPHYRIO P. L. BONONIENSIS Pag. 101. ☞

L. AELIVS DOROTHEVS L. LIBERTVS BONONIENSIS. Annos CVI. ☞

POLLA DONATA SEXT. FILIA BONONIENSIS Annos CX. ☞

Sub Titulo:

*Qui ab CXX. annis uſque ad CXXX. vixiſſe annotati ſunt.*

L. TERTIVS BONONIA. Annos CXXXV. ☞ ead. pag. 101. Sive Terentius, vt ap. Pliniũ lib. 7. cap. 19.

Quibus nonullos addere liceat, & qui è diariis Patriis quandoque emergunt, & quos meâ aetate vitam viventes ego ipſe videre ſtudui, eos non ſemel alloqui, eorundemque auditâ geneſi, eidem è libris Baptiſmalibus omnem fidem addere.

*Quos ergo memorant obiter diarii Patrii:*
*quoſque frequentiùs à Proavis meis nominari audierim,*
*hi ſunt:*

*D. Bononius Abbas*, cujus feſtum celebratur ſub ritu duplici 30. Auguſti, annorum 100. Co. de Zanis in ſua *Bologna Sacra* pag. 74. Abb. Caſal. Maſin. & alij &c.

*Gratiolus Accariſius* legum Doctor, annorum 100.
*Iacobus Maragninus*, annorum 100.
*Lazarus Cardinus*, annorum 100.
*Iacobus Gargazanus*, annorum 100.
*Paulus Manzolinus*, annorum 100.
*Anna Bargellina*, Monaſtria, annorum 104.
*Ambroſius Vignatus*, annorum 105.
*Pater Gabriellis Ferrantini*, Pictoris, annorum 106. *Felſina Pittr.* par. 2. p. 266.
*Antonius Maria Nouarra*, annorum 107.
*Gozzadinus de Gozzadinis*, annorum 108.
*S. Guarinus Cardinalis* & Epiſcopus, annorum 110. Id. Co. de Zanis ibid. pag. 32.

*B. Co-*

Maſin. *Bologna Perluſtr.* pag. 573. *B. Cedonius Florentius* Seruita, annorum 112.

*Matthaeus à Portâ*, annorum 113.

Id. Co: de Zanis pag. 59 *S. Pariſius* Monach. Camaldul. annorum 116.

*Qui mea aetate vixerunt, adhucve vivunt.*

*Margarita Foldghiera*, adhuc viuens, uxor olim Io: Baptiſtæ Baldi, nunc paupercula ad D. Petri, cui propterea eleemoſynam petenti eam denegare ut plurimùm nequeo, annorum 98.

*Laura Pina*, ſeu *Rivâ* de *Stiaticis* in hâc vel poſtremâ ſenectâ tantâ vi animi praedita, ut commiſsos ſibi pueros ac puellas prima elementa docere non deſiſtat, annorum 98.

*Antonius de Nadalinis*, nulli non plenè notus, annorum 100.

*Fr. Innocentius Cantoſolus*, nemini noſtrum, quum viveret, non manifeſtus, annorum 100.

*Iacobus Caſarolus*, quoad vixit, domus noſtrae familiaris, annorum 100.

*Iacoba de Menghinis*, adhuc vivens, in viâ Angelorum, annorum 100.

*Margarita de Baptiſtis*, adhuc degens in domo DD. de Lindris, annorum 100.

*Ioannes Baptiſta Maſettus*, è Valle Lavini, Mortuus & Sepultus in Eccleſiâ Plumatii, annorum 101.

*Sabatina de Ambroſiis*, nata extra Portam Saragozzae ad Divi Ioſeph, & ſi in Civitate Sacro Fonte abluta: Virgo adeò memoriâ & ſenſibus valida, ut diebus elapſis mihi indicaverit natalis ſui, nedum annum & menſem, ſed ipſam diem, ut ita id omne in Libris Baptiſmalibus eſſe reperii, annorum 102.

*Perottus dalla Cà*, bajulus in hanc uſque diem D. Iſidori Fa-

Fabri Mercatoris; qui hoc annorum pondere non adeo premitur, quin aſportare pondus librarum 250. pro nihilo reputet: comẽdo magnificus, bibulus incomparabilis, ac quarumcunque ſuae aetatis tempore infirmitatum expers, annorum 103.

*Coſtantia Moreda de Pizzolis*, è vivis erepta ultimâ Iulii 1649. ac ſepulta in D. Michaelis Bagni de Plano, annorum 103.

*Caeſar de Taruffis*, amicus & inquilinus meus: vir probus, pius, & adeò ex parſimoniâ dives factus, ut nepotes innumeros, teſtamento heredes nominatos, mirificè ditaverit: E vivis ereptus annorum 103, anno elapſo.

*Sabatinus de Raſis*, meâ aetate vitâ functus, annorum 104.

*Andreas Mainardus*, ruſticus, è Caſtro Brittorum, & cujus pater centum decem annos attigiſſe fertur, annorum 104.

*Ioannes Paulus Onofrius*, ſenex venerandus, quem pluries aſpexi in plateâ majori, veſte tertiarii Ordinis amictum, optimè de cunctis quae in ſermonem caderent, diſſerentem, annorum 104.

*R. D. Ioannes Baptiſta Zagonus*, cui oportuit Eccleſiam ſuri à ſe rectam, ob aetatem nimiam dimittere, & ſi ſenſibus externis vigeret, ſine baculo ambularet, &, mequandoque audiente, aptè congruenterque confabularetur, annorum 104.

*Michael Ballarinus*, ruſticus, natus extra portam S. Felicis, loco vulgò *la Cavalleria*; vivens adhuc, & ſtipem petens ſub Cathedralis Eccleſiae porticu, annorum 104.

*Paulus Mazza*, *Melaranzino* agnominatus: mortuus & ſepultus elapſis menſibus in Parochiali Eccleſiâ D. Chriſtinae de Petrâ Latâ, annorum 104.

*Cornelia Orta*, uxor Petri olim de Nigris, nata die 7. Maii 1583. & adhuc vivens, ſibi & aliis plenè inutilis; quò fit ut ſit moleſta nimis, & ſi optimè edat ac bibat, nunquam

quam è cubili ſurgens, annorum 105.

*Ioannes Baptiſta Spinellus*, qui poſtremum clauſit diem tribus & viginti ab hinc annis, annorum 106.

*Iulia de Vaccariis*, eâdem operâ quâ haec ſcriptito, poſtremum claudens diem ſub Parochiâ D. Petri, annorum 106.

*Iulius de Sartis*, viginti ab hinc annis in Eccleſiâ D. Damiani ſepultus, annorum 112.

Cauſſam porrò hujus adeò prorogati apud nos ſpiritus in hoſce viventes, praeter ſupradictam Plinii, eam tribuentis regionum ſitui, aërisve ſalubritati (& ſi eam Aſtronomos Coeleſtium corporum influxibus, Medicos verò moderati victus rationi, nec non corporis exercitamento, animique tranquillitati adſcribere conſueviſſe non ignorem) eandem hanc eſſe poſſe dicerem, quâ gloriabatur olim Livia, uxor Auguſti, ſe ad octogeſimum pervenire potuiſſe annum, nimirum levis Panvini vini, quo paſſim utebatur, potum. Sic inquam, vinum noſtrum, in ſui confectione tertiâ ad minus aquae parte paſſim conditum, ſic ſui calidum cum illius lymphae humido adeò efficaciter atque ſalubriter miſceat ac temperet, ut, non ſecus ac in ſitis remedium, in longioris vitae pharmacum tranſeat quotidiana haec potio noſtra. Sanè hanc aliis inauditam, mihi imaginariam prorſus rationem, eâ ſaltem potiorem judico, quam Gammarus elapsâ aetate Antiquarius Bononienſis, è priſcâ, quae hîc ſequitur, Inſcriptione quâdam ſe deducere poſſe credidit; & quam poſtmodum traditam ſimul ac irriſam à doctiſſimo Reineſio invenio:

Plin. lib. 14. cap. 6.

In ſuis Inſcript. MS. mihi dono datis ab Exc. Doct. Laurētio, pag. 350. 87.

Claſſ. prima CXIIX.

*Romae*

AESCVLAPIO. ET. SA
NITATI
L. CLODIVS HERMIPPVS
QVI VIXIT ANN. CXV. D. V
PVELLARVM ANHELITV
QVOD ETIAM POST MORTEM EIVS

NON

NON PARVM MIRANTVR PHYSICI
IAM POSTERI SIC VITAM
DVCITE

At miſſis jocis, ut tandem unde diſceſſerat revertatur oratio, à tam laeto communique voto diu vivendi allecta, nimis atque diſtracta, ad omiſſam FVLLONIAM noſtram revertamur, cui non ex vacuo OFFICIOSAE additur cognomen, cùm ei proprium tum rei conſonum, ſicque nomen & omen referens: quod ſcilicet in hoc apprehenſo à CORNELIO Sacerdotali munere quidem, ſed potiſſimùm in peculiari hoc vel onere ſibi aſſumpto mundandi atque tergendi inſtrumenta ad immolandum neceſſaria, caeteris praecellere non indignaretur. Ut enim ſupra id indicare hariolabar binas Icunculas, in apice hujus Lapidis effigiatas, nunc pleniùs idem importare ſtatuo Pateram in medio ac ſupra haerentem, Seceſpitam, Cultroſque perpolitè hinc inde paratos atque diſpoſitos, ut aliàs dictum.

De CORNELIA ultimo loco ſitâ, non eſt quòd jam dictis addam aliud, quandoquidem de CORNELIO ſuperiùs notata, huic pariter adſcribi poterunt. De PRISCA ſolùm adjiciam, hoc cognomen adeò frequens, praeſertim Bononiae, me non ſemel in ſuſpicionem adegiſſe, quod in Aenygmatico *Aeliae Laeliae Criſpidis* Epitaphio, aliàs expoſito, & infra ſuo loco regerendo, *Lucius* ille *Agatho* *Priſcius*, non *Priſcius*, ſed *Priſcus* fuerit inibi appellandus; quum nos apud nunquam, immo nullibi in toto Grutero reperiatur *Priſcius*, pluries verò *Priſcus*: atque duos *Priſcos* & unam *Priſcam* Bononienſes detegerit nobis noviter Cl. Reineſius, tribus Inſcriptionibus, inter alias à nobis infrà recenſendis, nempe Claſ. duodecimâ LIV, Decimaoctavâ IX, ac decimanonâ XLI. Sect. 10. cap. 1.

De Lapidis aetate, hoc eſt, quonam tempore ictibus mallei ſe ſummitti ſenſerit, dubius haereo, non ſecus ac de ſimilibus aliis, pari inſcitiâ ſculptis ſive inſcriptis, fluctuare ſo-

ſoleo. Nam ſi dixerim, & Sculptorum inibi Libertorum ruditatem, & Superimpoſitam ibidem Characterum inelegantiam, tempus arguere ab Auguſteo deciduum, quid obſtat, quin vel optimo ejuſdem Imperatoris ſeculo, à quopiam lapicidâ inexperto ac inſciò ſcalpi & inſcribi potuerint? quo caſu quomodo conſtare poterit, an eorum debilitas & inertia marmorario potiùs, an potiùs aetati vitio verti debeat?

Non ſic de Marmoreo FulLONIAE Fruſto, quod extra D. Mariae Majoris Aream Maximam, in Sacelli introitu, cunctos in ſui admirationem trahere diximus. Ipſius enim Literarum elegantia, aequalitas, ac magnificentia, ſeculum, ſi non Auguſteo proximum, ab eo ſaltem parùm diſtans in ſe refert ac aperit, uti Claudii, ſub cujus Imperio floruiſſe FVLLONIOS, ut latè demonſtratum, non eſt haeſitationi locus.

SECTIO

# SECTIO TERTIA

## Fiſtularum ſeu Aquaeductuum, communiumque Thermarum ſeu Balneorum, ab Imperatoribus quandoque excitatorum, quandoque refectorum.

### *CAPUT I.*

### *Plumbeae Fiſtulae, repertae ſub Aedibus Ghiſileriis.*

MElioris notae Civitates omnes, quae Romano obſequebantur Imperio, in publicis excitandis operibus, ipſius Urbis magnificentiam aemulari ſaltem, ſi non aequare, ſtudebant. In haec uſque tempora id nos docent, Veronae, permanens adhuc Coloſſaeum: Patavii, non pauca Amphiteatri veſtigia: Ravennae, integrum Pantheonis marmorei lacunar: Arimini, Anconae, & alibi, Imperiales Arcus, aliaque conſimilia, cum quibus pari conſtructionum amplitudine Bononiam certaſſe, non eſt ambigendum. Quanquam enim aliqua communium id genus aedificiorum deſiderentur penes nos hodie veſtigia, nonnullae tamen adhuc ſuperſtites remanſere Imperiales Marmoreae Inſcriptiones, quas, tum Praetorii, tum Theatri: quà Arcuum, quà Thermarum frontem exornaſſe decuit; & in qua-

rum ideo fortuito quondam incendio conſumtarum reſtaurationem, *centies ſeſtertij largitionem* à Claudio Imperatore Bonnonienſes impetraſſe quandoque, autor eſt Tacitus.

Tacit. ab exceſſ. Auguſt. lib.12.n.51.


Adſtipulantur vel ipſa publicis ejuſcemodi inaedificationibus impoſita ab initio nomina, quae vulgari, quo nunc utimur, idiotiſmo alterata ſeu corrupta, primaevam nihilominus nomenclaturam reſonant, priſcamque dictorum aedificiorum identitatem olim atque exiſtentiam referunt. Sic exempli cauſsâ, oppidana Communitas, quam binis tantùm hiſce notis CAST NAS appellamus, quod verè quondam fuerint, & ubi verè tum fuerint CASTra NASicae nobis indicat. Via, quae Imperialis prius dicta, poſt expulſos ab hac Galliâ Ciſalpinâ Gallos, GALLERIAE ſibi nomen aſſumpſit, ab duabus illis vocibus ubique inciſis, GALLI ERAnt, hanc novam ſuimet etymologiam deductam nobis detegunt. Per eadem vicinia, Triumphalem ARCVM VETEREM, poſtrema cujus rudera millies conſpeximus, regioni huic ruſticanae dell' ARCOVEGIO nomen indidiſse colligimus. A praedictorum hinc ejectorum BOIorum CAMPO, ſeu Arenâ, ubi fictis certaminibus ſe exercebat bellicoſa haec natio, quem il CAMPO DE BVOI etiamnum dicimus, denominationem duxiſſe intelligimus. Binos vicos, quorum alter MALPERTVSO, alter BAGNO MARINO vocitantur, ad MARII PERTVSVM, adque ejuſdem MARII BALNEVM viam rectam ſtraviſſe aliquando, comprehendimus; ac denique ſtatuimus, jucundum Collem, cui di STIFONTE durat adhuc depravata agnominatio, decantatorum SEPTEM FONTIVM fuiſſe priſcis temporibus receptaculum, quò ad publicas non tantùm lavationes gratuitas, ſed pro quorundam morborum medelâ, Cives omnes certatim confluebant.

Publicis enim praecipuè Fontibus, communibuſque Balneis eò priſcam abundaſſe Bononiam, quò iiſdem haec nupera caret, nemo conjectare detrectaverit, qui ſcaturientium copiam aquarum à conterminis montibus, ad quorum

rum radices ipſa jacet, mentis aciem direxerit. Qui tot arcuata ſubtus eam opera, tot tubos, tot Aquaeductus, ſed praeſertim tot Fiſtulas Plumbeas expenderit, quarum frequentem, ne quotidianam dicam, manifeſtationem, ac inde occultam expilationem non paucos ditaſſe foſſores ſeu furicarios, non deſunt qui optimè norint.

Harum ergo nonnullas recenſurus ego, quae aetate noſtrâ detectae ſunt, quas oculis inquam videre propriis, quas manibus hiſce meis ego quondam contrectare potui, primas illis deferre decernimus, quae primae omnium repertae, atque conſpectioribus locis bis expoſitae, ab duobus itidem clarioribus Popularibus noſtris, Doct. Montalbano atque Canonico de Nigris, quà eleganti elogio celebrari, quà pleniori commentario illuſtrari meruerunt. Sic igitur Montalbanus in Fruſto plumbeo in Pontificiis aedibus Ghiſileriis aſſervato:

HAS PLVMBI FISTVLAS HAEC MARMORA ANTIQVÆ ARCIS MONVMENTA E SVBTERRANEIS HVIVS DOMVS RVDERIBVS CASVS IN LVCEM EXTVLIT ANNO DNI MDCLVI




*Reperta eodem Situ fuere tria Maxentij Imp. numiſmata, & unum Gratiani Imperatoris, à latere Capitis inſcript:* D. N. GRATIANVS PI. F. AVG.

In parte poſticâ:

REIPVBLICAE S. CON. REPARATIO

Sic

Sic idem in Studio Aldrouandeo, relat. in Bibliothecâ Aproſianâ pag. *69*.

D. O. M.
PLVMBEI AQVÆDVCTVS SVB
FLAMINIA, ÆMILIAQVE
IN VNVM BONONIÆ COEVNTIBVS
VIIS,
ET INGENTI QVADRATORVM
MARMORVM ATTRITO
SVB STRATO PROTENSI
PARTICVLA HÆC EST
INSCRIPTA

L. PVBLIC. ASCLEPIO. VILICO

QVAM
PHILIPPVS CAROLVS GHISILERIVS
PATRICIVS, ET SENATOR
PRÆCL.
EX IISDEM PER TOTAM EIVS
ÆDIVM VMBILICO CIVITATIS
PROXIMARVM
LONGITVDINEM AB AVSTRO
IN SEPT.
E PROFVNDA XXIII PEDVM
TELLVRE
CRASSISSIMVMQ. SECVS
SPECVLARIS LAPIDIS MVRVM
EXTRACTIS
A. D. M. DC. LVI.
HIC ASSERVANDVM PERENNE
ALDROVANDEO PVB. MVSEO
D. X. KAL. IVLII. M. DC. LVII.

*Ouidius Montalb. Suprad. Muſ. Cuſtos, & Bibliothecarius.*

Sic de Nigris in hucuſque ineditâ ſuâ paraphraſi, quam à cunctis avidè quidem, ſed inaniter expetitam, meis millies repetitis precibus, ſeu veriùs honeſto numeratorum aureorum pretio exoratam tandem, omnibus fideliter, ut ſequitur, communem facio.

AD

A D

PRÆSIDIARIVM AQVÆDVCTVM

# LVCII PVBLICII ASCLEPII VILICI

*INVESTIGATIO*

## ALEXANDRI DE NIGRIS IO. FRAN. F

## I. V. D

*PERINS. COLL. ECCL. D. PETRONII CANONICI*

*PROTON. APOSTOL.*

„ QVo tempore in militarem Coloniam (quæ Ciuilis
„ erat) fuit deducta Bononia; licet Feſtus diuer-
„ ſimode ſcribat, aſſeuerando, Bononienſes tunc
„ iuri municipali obſtrictos, eodem Quirites, qui huic præ-
„ erant Populo, nil magis ſtudebant, quam meliori ipſius
„ commoditati, magnificas ſtruendo Aedes, amplas ſter-
„ nendo vias, e quibus vna tunc Marcus Aimilius Lepidus
„ ſenior in Aquilienſes, & Caius Flaminius C. fil. C. nep.
„ in Conſulatu conſors, alteram ad Ceſenatum terminos (de-
„ uictis Liguribus Apuanis, ne in otio milites tenerent) de-
„ duxere, ab Auſtro in Septentrionem, earum principijs iun-
„ ctis in huius Ciuitatis centro, quo ſitu nuperrimè effoſſa in
„ vigeſimum pedem tellure, ſub quadratorum ſilicum attrito
„ plano detectus eſt præſidiarius Aquæductus, expandens
„ plumbi fiſtulas trium vnciarum diametrales ſignatas chara-
„ cteribus, quibus repetito ſępius nobiliſſimo nomine LVCII
„ PVBLICII ASCLEPII VILICI, ſui Conditoris adhuc clara
„ viget memoria. Extenditur hic Aquęductus per longam
Aedium

Dion. Hiſt. Rom. lib. 9. V. apud VVilhelmũ Godelecneũ Coment. t. Liu. in annot. ad lib. 8. Strab. in 5.

„ Aedium ſeriem pręſertim Philippi Caroli Ghiſilerii Senato-
„ ris prudentia ac merito Illuſtriſſimi, qui ad perennandum
„ hoc inſigne vetuſtatis monumentum, particulam hujuſmodi
„ Fiſtulę in porticu anteriori Palatij , cum portione coin-
„ uenti Lapidis, vt ſupra lineatum exponi mandauit.
„ Et hęc ſatis quoad locum, ſeu ſitum vbi reperta, & nu-
„ perrimè affixa fuit Fiſtula. Modo quoad perſonam, quę
„ eam antiquitus extrui iuſſit, & qua ratione id actum fue-
„ rit plenius vagetur oratio: LVCIVS PVBLICIVS AS-
„ CLEPIVS ab Aug. Flau. Gratiano, ſenioris Valentinia-
„ ni ex Seuera filio, Vmbrię Conſularis datus, abalienatam
„ Bononienſium deuotionem Romanis reſtituit. Imminuta
„ tunc temporis Cæſarum potentia, prius vbique formida-
„ bili, ob remotiorem iam Bizantium deductam Sedem, in-
„ ſtar enim Solis occumbentis, quem ſemper ſequitur vm-
„ bra, recedente ab Italia Imperatoria Maieſtate, tunc etiam
„ ipſius iuſſu bellis ciuilibus, vel externis cogentibus, duces
„ cum exercitu aliorſum retracti fuerant.
„ Tunc cum Vrbes plurimę in ſtudium Libertatis erige-
„ rentur, prior fertur Bononia; ſiue quod cęteris potentia
„ pręcellebat, ſiue Ciuium animi magnitudine: Hęc iugum,
„ ſed non mores Romanos reiciens, multos in Patres legit,
„ binos Conſules, totidemque Tribunos, qui publica iura
„ tum belli, tum pacis artibus tuerentur. Belli prior iniecta
„ neceſſitas; nam, cum regiminis vniformem, & fortunę
„ formam Claterna Ciuitas ſtatuiſſet, iacebat ſiquidem deci-
„ mo a mœnibus noſtris lapide, mox confinium breuitatem
„ odiſſent, vtręque nitebantur ea protendere: Tanta extitit
„ ſemper mortalibus inſita dominandi libido.
„ Anno igitur V. C. MCXV orta eſt diſceptatio, quę in
„ bellum poſtea ingenti ſanguine erupit, ſub initium Impe-
„ rij Gratiani. Bononienſes enim a Mutinentibus, Parmen-
„ ſibus, & Regienſibus percuſſo fędere auxilia collegerunt,
„ ac peditum tribus millibus, equitumque ferè totidem re-
„ pentina vaſtatione hoſtium inuaſerunt agros. Claternates

Ra-

» Rauennatum, ac Forocornelienſium ope ſuffulti nulla in-
» terie&a mora, ſtrenuè ad ſui tutamen egreſſi ſunt. Hinc
» acres inſigneſque pugnæ, Statilij Bononienſis Coſ. mors,
» atque Tribunorum non pauca vulnera. Sextus pariter
» Hoſtium Coſ. interemptus, Philippus Draco ei Colle-
» ga in exceſſu aciei ſauciatus: Sors quæ cuncta verſare
» ſolet aliquantiſper varia, tandem victoriam ad Bono-
» nienſes inclinauit. Claternates enim aperto marte vlte-
» rius diffiſi mœnibus includuntur, propugnaculis hoſti-
» les impetus adacti repellere. Illico pergit Baſſus Coſ.
» (in quo, poſt Statilij vulnus tota belli ſumma niteba-
» tur) muros caſtris circumambit, cuncta itinera cuſtodijs
» obſepit, non prius ab armis receſſurus quàm hoſtes, vel
» longa obſidione deficerent, vel cogerentur ad deditionem.
» Claternates ergo, militię rebus arcti, alij non ſine in-
» genio; periculum metuendum iam putant, alij aſpernan-
» tur. Iſti inulti minimè cedendum, illi, longo vſu noſtro-
» rum clementiam edocti, arma ponenda, pacem obſecran-
» dam in ſalutis remedium clamant. Hęc viſa eſt potior
» ſententia, &, non reluctante Coſ. pacem petitum Bono-
» niam Legati mittuntur; ſed legatione nequaquam beni-
» gnè audita, quinſpe omni pacis, & fęderis adempta. A-
» troci reſponſione tanta Claternatum animis incuſſa eſt
» trepidatio, vt ancipitibus diu curis fluctuauerint, an ho-
» ſtium ſe permitterent arbitrio? an illatis ſibi manibus eo-
» rum ſęuitiem anteuerterent. Tandem Gauia, ingentis ani-
» mi matrona, munia virorum induit, tentatura, ſi quam
» ſalutem tueri nequibant telis muniti homines, inermis
» fœmina lacrumis precibuſque ſeruaret. Lectis eapropter
» ex procerum Familijs tercentum pueris queis ſtipata ad
» noſtri Coſ. Caſtra properat. Horror ſanè obſeſſoribus,
» & obſeſſis, fœminam talem inter ſigna, & erectas acies
» ingredi. Perrexit tamen (quippè amor Patriæ vel imbel-
» les ad ardua quæque vrget) Baſſi genibus aduoluta, ſic
» alloquitur:

„ *Periculum mulier, & mulierem oblita, Dux inuicte,*
„ *acceſſi tuam virtutem deprecaturus, vt in nos iracundiæ*
„ *modum ponas. En proles Claternatum innocua, non ad in-*
„ *uidiam, ſed ad conciliandam miſericordiam huc adducta.*
„ *Quicquid peruicacia deliquere parentes, hi corrigent obſequio.*
„ *Delictum, ſi quod eſt, illis impune, & clementiæ ſimul in*
„ *nos apud te ſit & lenitatis locus, habebis ſemper hoſtes, in*
„ *quos gladium ſtringas, non ſupplices in quos exemplum mi-*
„ *ſerationis exerceas, & modeſtiæ, quæ nec a ſummis mor-*
„ *talium ſpernenda eſt. Si æternitatem famæ præſumis, erit*
„ *profecto tibi illuſtrior ſi ſtabit Claterna. Tu pariter mulcta-*
„ *beris ea excidio ſubuerſa: noſtris enim per iura belli deletis,*
„ *præteribit fama tua ſimul cum armorum ſonitu: Nonne ſa-*
„ *tis ad gloriam ſuperque profectum? Calamitates circumſpice.*
„ *Agri omnes depopulati, foci omnes preſſi, flumina, & viæ*
„ *obſtructæ. Nunquam magis afflicta res Claternatum, qui*
„ *ſeu dedi placet, dedere parati, ſi affici ſupplicio, pœnas ſunt*
„ *daturi. Heu quæſo, generoſe Imperator, ſtatue poſteris do-*
„ *cumentum, Bononienſes non ſecus vincendo, quàm victis*
„ *parcendo nomen quæſiuiſſe.*

„ Efficaci virilis fœminæ prece commota Coſ. maieſtas,
„ curaturum reſpondit a Patribus & Populo in Claternates
„ clementiam, ſtatim ac nouis internuncijs ſupplices pro ea
„ perpetuæ fidei ſacramentum exhiberent. Iugum omni ſe-
„ poſita mora eo magis ſuaue, quo minus ſperatum ſubiue-
„ re victi. Lutium Vettianum in Prætorem excipiunt, qui
„ tanta morum ſuauitate erga ipſos vſus eſt, vt breui o-
„ dium bello partum in exardeſcentem pacis amorem mu-
„ taretur, & varijs ſanguinum affinitatibus inter ſe ſe, ac
„ noſtros initis, huc multi domicilia tranſtulerint. Bono-
„ nienſes igitur fama & numero aucti, pacatiſſimo Gratia-
„ ni genio nimis fidentes, ad nuper deguſtatam libertatis
„ dulcedinem ſeruandam noua moliri excogitabant. Cum
„ ipſe Gratianus de geſtis certior factus, tanquam Roma-
„ næ clementiæ ingratos (tributorum quippe immunitatem,

&mi-

„ & militiæ vacationem nuperrimè a iuniore Valentiniano
„ obtinuerant) vehementer obiurgat, quod non modò
„ Cæſareum Præſidem, hoſtili oppugnatione, omnibus
„ eius detentis fortunis abieciſſent, verum etiam ad id fla-
„ gitij Mutinenſes, Regienſes, Parmenſes, alioſque è finiti-
„ mis ſollicitaſſent. Admonet pares tanto ſceleri pœnas
„ daturos, ni opportunum illicò pœnitentiæ argumentum
„ exhibeant. Minis minimè territi, Baſſum Coſ. compoſi-
„ tis ſignis ad Claternam firmiori præſidio communiendam
„ dirigunt. LVCIVS PVBLICIVS ASCLEPIVS apud Spo-
„ letum Vilumbrorum ciuitatem Imperialis Conſularis il-
„ luc aduolans, caſtra vix metatus prælium aggreditur, &
„ licet ſub primo conflictu brachium tragula confixum ſibi
„ grauiter patiatur, Claternam oppugnat. Mox atrocior
„ pugna ad Bononiam inita Baſſus obtruncatus, exercitus
„ noſter profligatus eſt. Vrbs dira obſidione deuicta Aſ-
„ clepianos excipit. PVBLICIVS ad priorem tributi ac
„ militiæ iugum ciues obſtringit, vtque duriori compede
„ vincirentur, Arcem ſtruit Romano milite cuſtodiendam
„ propè Soterij Portam, vbi modernæ vrbis vmbilicus,
„ quo ſitu inter eiuſdem Propugnaculi fragmenta, nec
„ procul a memorato Aquæductu effoſum eſt æreum nu-
„ miſma ipſius Gratiani caput in antica perhibens cum cir-
„ cumſcriptione: D. N. GRATIANVS. P. F. AVG. in
„ poſtica militarem figuram ſtantem, atque dextera ſibi
„ flexam ſubleuantem, cum notis: REIPVBLICAE RE-
„ PARATIO, ſubtus vero characteris: S.N.R.T. meo iu-
„ dicio extendendi: SVB. NOMINE. ROMANO. TVTA
„ vel melius: SOCIA. NOMINIS. ROMANI. TVTA-
„ BERIS.

„ Modo reuertar oportet ad Plumbeam Fiſtulam L. PV-
„ BLICII ASCLEPII, cuius lympha confuſo nunc oblo-
„ quentium murmure magis fremit, quàm olim proprio
„ labens ſonitu murmuraret (ob inibi adiectum VILICI ti-
„ tulum, vt perperam cenſetur vnico L. ex errato ſculptum,

 quid

„ quid ſi duriori metallo?) ad ſuadendum pro homine
„ ruſticanæ conditionis virum nobiliſſimum; quem in ſum-
„ mos pro Cæſare vtriuſque politicæ gradus vera virtus
„ prouexit. Conſtat ſiquidem eius ſanguinis clariſſima ori-
„ go. Conſtat inter Auguſtæ Domus miniſteria Vilicatum
„ non vltimum, & frequentius vnico L, quam geminato,
„ fuiſſe ſcriptum, prout in Arcis noſtræ fragmentis, vt in
„ paria baſi apud Neapolitanos, quæ prior hanc viciſſim
„ aſſeuerationem patefaciet ſuo palmari ferè cæcis legibili
„ Titulo:

GENIO CAESARVM
DIOGNETVS VILICVS

„ Vilici, forſitan, in priſcorum Cæſarum Curijs ij nuncupa-
„ bantur, qui per modernos Imperatores Fœudis cum
„ gladij arbitrio decorati dicuntur *Villani*. Ipſos tunc au-
„ tem temporis in Vrbe ipſa, & in Romanis Colonijs Pu-
„ blico Ornatui & Aquarum commodo præſediſſe indicatu-
„ rum arbitror ex ijs, quæ de optima Aedilitatis diſpoſi-
„ tione obſeruare breuiſſimo ſtudio potui.

„ Reuocabo ergo memoriæ, quod ab initio Vrbis, vſ-
„ que ad ſubſequentem Annum CCCCXLI. contenti fuerunt
„ Ciues eo aquarum vſu, quem Tibris, putei, ac fontes,
„ natura potius quam arte magiſtra, impendebant: In dies
„ aucto Vrbis ambitu, ob creſcentem Populi multitudi-
„ nem tum ex deuictis, cum ex deuotis ab Orbe vniuerſo
„ gentibus, aquarum penuria laborare cęperunt. Hinc pro-
„ uida magnanimitas immenſis impendijs opportunum
„ haud neglexit argumentum. Hinc deriuatis aliundè aquis
„ tanta redundauit Ciuitas copia, vt ſingulæ ferè domus
„ fontes ſuos habere potuerint. Ex remotis itaque & va-
„ rijs locis vehebantur aquarum fluxus, & alius ductus,
„ qui per arcus fiebat, ſublimior altero conſpiciebatur.
„ Appius Claudius C. f. Ap. n. agnomento Cœcus (qui
„ Cenſura conſtituta, & exercita ſibi Collegam adſciuit C.
Plau-

„ Plautium, Caium inquam illum, qui in ipſo Honore di-
„ ctus eſt Venox & luſtrum fecit vigeſimum ſextum (. pri-
„ mus aquam in Vrbem produxiſſe dicitur An. V.C. CDLI.
„ A Claudio eodem Cenſore ſtratam conſtat Viam cogno-
„ mento Appiam; Conſulare dominium bis rectum cum
„ Volumnio Flamma Violente An: ſcilicet CDXLVI., & ſe-
„ quenti, geſtam & Dictaturam, etiam ſi incertum ſit tem-
„ pus, quod aliqui diuinando in An. DLXVI. retulerunt. In
„ veteri ſiquidem Titulo in Aedibus olim Petri Victorij V.
„ Cl. aſſeruato, hæc enunciata cernuntur:

APPIVS CLAVDIVS
C. F. CAECVS
CENSOR. COS. BIS. DIC. INTERREX. III
PR. II. AED. CVR. II. Q. TR. MIL. III.
COMPLVRA OPPIDA DE SAMNITIBVS
CEPIT. SABINORVM. ET. TVSCORVM
EXERCITVM. FVDIT. PACEM. FIERI. CVM. PYRRO
REGE. PROHIBVIT. IN. CENSVRA. VIAM
APPIAM STRAVIT. ET. AQVAM. IN. VRBEM
ADDVXIT. AEDEM. BELLONAE FECIT

„ Aquæductus in Legibus Auguſtorum vocabulo For-
„ mæ appellabantur, cum re vera Forma ſit ea pars, qua
„ ſcaturigine decurrit vnda; nec attendet eruditus illos,
„ qui ridiculè Forinas pro Formis ſcribunt, Ioanni Moen-
„ næ Cordubenſi Vati non impares, qui Cadini filios pro
„ Cadmi ſcribere auſus.

„ Confluebant vndæ ad Caſtella primo, moxque ab his
„ per miniſtrum Caſtellarium dictum, menſura erogabatur
„ in commoda præordinata. Caſtellum itaque locus erat,
„ a quo aqua publica recepta varia emittebatur in loca.
„ Lege tunc temporis cautum, ne quis priuatus aliam du-
„ ceret quam quæ de lacu efflueret, noſtra tempeſtate ca-
„ ducam nuncupamus, nec ipſa, extra commodum, Bal-
„ neorum, vt omnibus gratuita foret lauationis commodi-
„ tas, aut Fullonicorum permittebatur, Vectigali ſeu Porti-

toris

„ toris aſſignata erat merces; quæ in publicum pendeba-
„ tur, & concedentibus reliquis aliquid in Aedibus Prin-
„ cipum dabatur.
„ Ius diſpertiendæ aquæ, ſeu verius vendendi Cenſori-
„ bus competebat, ſi in Reipublicæ Ordine extabant, alio-
„ quin Aedilibus Currulibus, qui ſingularum aquarum tu-
„ tamen ſuſtinebant. Talium operum quandoque probatio
„ apud Coſs. erat, aliquando Aediles, nec infrequenter
„ apud Cenſores. Tandem in curatores munus independens
„ collatum, vt primò Curator ab Auguſto creatus eſt, iſ-
„ que Meſſalla Coruinus.
„ Aquarum ius ſemel obtentum, neque emptorem neque
„ nouum dominum ſequebatur. Excipiebantur tamen Pu-
„ blica Balnea, quibus ob ſingulare priuilegium ſemel con-
„ ceſſa aqua, ius erat perpetuò manendi, vt & poſtmo-
„ dum cæteris. De balneis acurata hiſtorographia Orbi
„ vniuerſo grata effunditur, quam collegit egregius vir
„ Villelmus Choul Lugdonenſis.
„ Grauiſſimis denique pœnis ſubijcebantur qui Aquædu-
„ ctus violaſſent, vel aquas alior ſum, quàm leges, ſeu Iuſſa
„ Cenſorum Aedilium, & Vilicorum indulſiſſent, deriuaſſe
„ conarentur, vel vltra permiſſa ſumpſiſſe probarentur.
„ Qui circa Aquas fuſiorem indaginem exoptat, accedat ad
„ Sex. Iulium Frontinum, ad Plinium, Georgium Agrico-
„ lam, Roſinum Bartholomęi fil. Auguſtinum Stanchium,
„ Ludouicum Comeſium, Aldum Pauli fil. Aldi nep. Ma-
„ nucium ac ad alios, qui a fluctibus opinionum ignaros
„ retrahunt.
„ At Vilicorum interim firmemus originem de ventre
„ vnici Lapidis gemello partu deducto ex Muſeo Cl. Viri
„ Io. Baptiſtæ Caſalij, nob. Rom. qui antequam fatis vlti-
„ mis ſuccumberet, illud adnotandum putauit in libro,
„ quem conficiebat de Profanis & ſacris Veterum ritibus.

D M

D M
VILICVS . AQVAE CLAVDIAE
FECIT SIBI . ET FABIAE
VERECVNDIAE CONIVGI
SVAE. CVM. QVA. VIXIT
ANN. XXIV . SANCTISSIMAE
ET LIBERTIS. LIBERTABVSQ
EIVS. ET. VIKARIS. SVIS. POS
TERISQ. EORVM. OMNIVM
IN. PARTE. DIMIDIA. SVA

„ A ſiniſtris

D M
SPORVS CAES. N. S
VILICVS AQVAE. CLAVDIAE
HERMIONAE CONIVGI
SVAE SANCTISSIMAE
ET LIBERTIS LIBERTA
BVSQ. EIVS ET VIKARIS
SVIS POSTERISQ.
EORVM OMNIVM
IN PARTE. DIMIDIA SVA

„ Nec prætereamus Vrbem ipſam cęterorum huius mu-
„ neris ommiſſis recordationibus, e Domo namque Del-
„ phiniorum:

D. M
FELICI CAES. SER
VILLICO . HORTORVM
MAIANORVM
IVLIA . MELETINA
CONIVGI
B M

Smet. pag. 106. verſa nu. 37.

„ In Aedibus Rufinorum.

GENIO
COETI HERODIAN
PRAEGVSTATOR
DIVI AVGVSTI
IDEM POSTEA VILIICVS
IN HORTIS SALVSTIANIS

Lipſ. in Auct. pag. 40.

DE-

DECESSIT NON AVGVSTIS
M. COCCEIO NERVA
C. VIBIO RVFINO COS
IVLIA PRIMA PATRONO SVO

Caſalius pag. 261. „ De Vilico autem Publicæ vt puto Familiæ, in prędicto „Caſaliorum Muſeo inter lapides erutos ab eorum vinea „prope Appiam Viam habetur:

G A A
VILICVS

„ Romæ pariter honorariam Baſem cum infraſcriptis notis „ aſpexiſſe referebat Manuius,

Ald. Man. pag. 659.

C. VALIO
POLYCARPO
ORNAMENTA DECV
RIONATVS INLVSTRATVS
A SPLENDIDISSIMO OR
DINE. ARIMIN. PVTRON
VILI VICORVM. ITEM COL
LEGIOR FABR CENT
PENDR COLON ARIM
ITEM. ORNAMENTA DECVRIO
NATVS INLVSTRATVS A
SPLENDIDISSIMO ORDINE PI
SAVRENS PATRONO COLLEGI
ORVM FABR. CENT. DENDR. NAVIC.
ET VICIMAG. COLON. PISAVR
PLEBS PISAVR. OB MERITA EIVS
DEDICAT SPORTVLAS DECVR. XV.
ITEMQ. COLLEGIIS PLEBI I
DEDIT
L. D. D. D. P.

„ Ex quò titulo liquet nobilitatem Vilicatus, dum pri- „ mò poſt Decurionatum, hoc eſt Coloniarum, Senato- „ riam dignitatem, immediatè enunciatur, tanquam di- „ gnior Collegijs Fabrorum, Centurijs Dendrophororum „ &c.

Dapnę

„ Capuę pariter de Villicatu Aldus ipſe ponderabat or-
„ tographiam ex fragmento Saxi ad ædes D. Benedicti:

EVTYCHVS VILIC
A PLVMBO
EVAGOGVS A. F
FECERVNT SIBI. ET. SVIS

Ald. pag. 779.

„ Et quidem a plumbo aurea mihi Vilicatus ſe ſe offert ſpectanda dignitas, dum etiam Vilicos a plumbo cerno tunc temporis illos nuncupatos, quorum intererat, ob publica & neceſſaria Vrbium, voluntaria ſeu Principum commoda, Aquarum gubernio ſtare, menſuraſque è plumbo dare earumdem. Quam verò nobilis foret huiuſmodi auctoritas, ſi ex iam adductis minime ſatiſque pateret, & Antiquarum Legum ſanctione, & Reipublicæ noſtræ inde ſumpta conſuetudine, qua Præſidentem Aedilitiæ Aquarum ſpectamus Senatum, VI uiros ex Patribus Conſcriptis ad I. D. ſcelectos: Quid ni? ſi arguerem Eccleſiaſticam Rempublicam plurimos vetuſtatis Romanæ inſtitutos immitatam, Pontificij Plumbi Præfecturam inſignioribus Prȩlatis ſemper demandare conſueuiſſe. Nec eſt ambigendum, num ipſiſmet formis, quibus Ciues Romani & Coloni regerentur; dum pleriſque Scriptorum teſtimonijs habemus, Colonias quaſi de Populo prædicto propagatas, & legibus eiuſdem adſtrictas fuiſſe.

Cod. Theod. lib. 15. tit. 2. Cod. Iuſtin. lib. ij. tit. 41.

„ His itaque præhabitis, ad dignoſcenda munera, quę LVCIVS PVBLICIVS ASCLEPIVS prȩſtantiora ſubierat, quaſi per gradus eius euectę Familiæ ex antiquioribus Atauis componamus trophęa, memorando prius glorioſum Publicię Sobolis nomen. Exordium feciſſe clariſſimę Tribui, de qua inter alia fulgent memorię noſtrę Epigraphes ab Auctoribus relatæ. Ab Apiano pag. 352. A. Smetio pag. 63. nu. 3. pag. 75. nu. 8. & nu. 9. pag. 80. nu. 8. pag. 81. nu. 1. & nu. 2. pag. 87. nu. 18. ab Aldo pag. 59. pag. 73 &c.

N Sed

„ Sed nullibi copioſius quàm apud Veronenſes de præ-„ ſtantiſſima Tribu Publicia (quæ pariter Poblicia, & Pu-„ plicia, ex vſu frequenti P. pro B, ſcribebatur) durat „ memoria, vt ex Inſcriptionibus Saraynæ, pag. 46. 46. „ 47. 49. 49. & eadem verſa. & pag. 50. verſa.

„ Inſuper Smetius ipſam in Veronenſium Agrum dedu-„ ctam Tribunitiam gentem ab Vrbe Roma indicare vide-„ tur ex Cippo reperto è regione Templi Teutonicorum „ ad Agonem:

Smet. pag. 87. nu. 2.

M. APICIVS
M. F. PVB
PVDENS
VERONA
MIL. COH. XII. PR
MIL. ANN. XVI
VIXIT. ANN. XXXII
H. S. E

„ Magis autem plumbeo pede proceſſiſſe videbimur ſi „ præclaros ſtirpis heroas enumerando, Aſclepij noſtri Vi-„ lici nobilitatem a nimium villanis ignorantiæ tenebris „ vindicabimus. Enimuerò ex ordine Malleorum ſpectare „ par erit Marcum Lucij fil. Lucij nep. An. V. C. DXXI. ab „ Aedilitia auctoritate ad Conſularem promotum cum Marco „ Aimilio M. fil. M. nep. atque a Sardis denuò tumul-„ tus in Rempublicam excitantibus opimę predæ latorem.

Vrſin. in Gent. Publicia.

„ Caium enim Dollabellæ in Aſia Quæſtorem, de quo „ Fuluius triplex numiſma exhibet, Tulliuſque verba; nec „ non & C: eiuſdem filium de quo pariter argenteum nu-„ miſma inſcriptum: C. MALLI. C. F. ex quo metallo „ patet, eos equiuocaſſe, qui Lucij nomine ipſum paginis „ tradiderunt.

Cic. lib. 3. in Ver.

„ Publicium, qui interempta matre, primus omnium „ culeo inſutus in mare proiectus eſt.

Liu. lib. 68.

„ Ex Bibulis Lucium Plebis Tribunum An. V. C. „ DXXXV. Coſ. Publicio Cornelio L. fil L. nep. Scipione

ob

„ ob egregiam Pacis & Belli prudentiam virum vtriuſque „ temporis dictum: hoc ſiquidem anno Punica Acies ſecunda, magnitudine periculi, cladibus & apparatu adeo inſignis, vt nunquam magis laborioſè, ac variè in exteros „ hoſtes Romana ſe geſſerit potentia; quippe quę licet „ triumphum duxerit, victo ſimilis viſa eſt. Ita referunt „ Polibius, Appianus, Plutarchus, Liuius & alij, Lucium „ ipſum memorantes Tribunum militum Legionis ſecundę „ ex pugna Cannenſi An. ĐXXXIX incolumen.

Cic. lib. 2. de Orat.

„ Caium eius genitum Aedilitatis iura An. V. C. DXLV. „ commendabili zelo ſuſtinentem, deque Republica adeo „ meritum, vt S. C. ſancitum ſit, de ſepulchrali loco intra Vrbem, quod ſolis dabatur Imperatoribus, ei donando, vt modo etiam perhibet Titulus inter Capitolium, & „ Forum Traiani ſitus.

C. POBLICIO. L. F. BIBVLO. AB. PL
HONORIS VIRTVTISQVE CAVSSA
SENATVS. CONSVLTO POPVLIQ. IVSSV
LOCVS MONVMENTI. QVO. IPSE
POSTERIQVE. EIVS. INFERRERENTVR
PVBLICE DATVS. EST

Smet. pag. 65. nu. 12.

„ Lucium & Marcum Publicij filios, qui dum ipſo munere fungerentur Aedem Florę, deque mulctaria pecunia „ ludos ſtatui, & etiam Cliuium conſtrui voluerunt.

Tacit. in 2. Annal. Ouid. Faſt. in 5.

„ Quintum Marco Tullio Ciceroni extraneum Vrbana „ Prætura fulgentem.

Cic. pro Cluentio.

„ Caium Q. fil. de quo Gorleus argenteum indicat, cui „ ſculptus Hercules Leonem allidens, ac in poſtica Romę „ caput cum galea binis Spicis inſignita.

Abraham. Gorl. Theſ. num. Rom. pag. 64.

„ Publium & Vibium Magno Pompeo adeo vultibus ſimiles, vt, Valerio teſte, permutata fortuna, & Pompeius in illis, & illi in Pompeio ſalutari potuiſſent.

Val. Max. in 9. cap. 15.

„ Lucium Italicum, de quo in vrbe Rauennæ Inſcriptio „ quam refert Spretus de amplitudine illius vrbis.

„ Flauiam Veſtalem Maximam, vt puto, eorumdem „ Flauiæ Salutaris & L. Publicij filiam, duplici elogio in „ vrbe Roma celebrem.

Macrob. Saturnal. in 1. „ Publicium Trib. Pl. qui tulit, vt in Saturnalium Feſtis Cerei non niſi a ditioribus miniſtrarentur, ne tenues „ clientes ambitione grauarentur ditiorum.

Eutrop. in 4. „ Caium Legatum C. Caſij Coſ. An. V. C. DCXLVII. „ in exilium pulſum a Cęlio Tribuno, eo quod obſides Tigurinis Heluetijs tradidiſſet.

Plin. 9. Epiſt. ad Quadratũ „ Publicium Ceſtum Heluidij accuſatorem a Conſulari „ dignitate per Plinium dejectum.

Liu. in 48. „ Publiciam Poſtumij Conſulis mariti ſui homicidam.

Valer. Max. in 6. c. 3. „ Publiciam Lentuli Flaminis vxorem.

Mart. in 3. c. 13. „ Publiciam Antullam è ſaxo Muſei Carpenſium de qua „ Ald. pag. 201.

„ Publiciam Elpidem ex æde Tranſtiberina Mariæ, & de „ qua Bemb. pag. 25.

„ Decimum Publicium Antiochum, & Publicium Muſam, quorum Lapis recenſetur ab Aldo. pag. 645.

„ His omnibus tandem hi addantur. Ex Appiano pag. „ 132. Q. Poblicius Q. Fil. pag. 344. T. Publicius „ Phornimus. pag. 352 Q. Publicius Tergeſt, E Smetio „ pag. 27. M. Publicius Hilarus. pag. 80. nu. 2. Publicia. M. F. Ex Aldo. pag. 54. Publicia Veneria. pag. „ 201. Publicia Antulla. pag. 645. D. Publicius Antiochus. pag. 646. Publicius. eadem. M. Publicius Sab. „ Sextius. pag. 648. Publicia Tranſteberina. pag. 681. „ M. Cæcilius Publicius Fabianus. E bembo pag. 25. „ Publicia Elpis. pag. 120. Publicia Florentia. pag. 119. „ Q. Publ. Pontifex. pag. 131. verſa. C. Publicius Ampliatus: C. Publicius Proculeianus, & Publicius Dionyſius. E Mazzellio de Puteolanis Antiq. pag. 133. Publicia Albana, & pag. 134. Publicia Braſillea. E Zabarella. pag. 10. Publicia Felicitas: pag. 116. T. Publicius Creſcens. Ex Sarayna pag. M. Publicius Linus, & Pu-

„ Publicia Attica. Ex Adamo de rebus Firmanis pag. 12. „ verſa. Publicius Optatus. In pago Oliua in Ruinis Car- „ penſibus:

L. PVBLICIVS. L. F
PAP. THIAMVS B
MERIT. AN. XXVII
H. S. E. S. T. T. L
CAECILIVS VETTO
SODALI. CIPPVM
D. S. D

„ A præmemorata igitur Vilici noſtri nobiliſſima origine „ Fabio Ambuſto, & Caio Plautio Proculo Coſs. An. V. „ C. cccxciii poſt ſubactos Hernicos cum Pomptina Tribu „ deriuatam cernimus Publiciam, de qua ſupra; nec non „ & legem, ne quis in pecuniam luderet, ſponſionemue in „ ludo, niſi virtutis gratia ſuſcepto faceret, vt in diſco, ha- „ ſta, piloue iaciendo, currendo, ſaltando, atque pugnan- „ do.

Liu. in 7.

Roſin. in 5. Marc. in l. 3. ff. de Aleat.

„ Circa tandem ſecundum L. PVBLICII cognomen ſat eſſe „ putabo, quod memorem illud inter Statios etiam, Pom- „ ponios, Teios, Calpurnios, prætermiſſis ceteris, quorum „ nimis longa progrederetur ſeries (a numinibus etenim „ frequenter cognomina trahebant Familiæ, vt Iouij, Her- „ culei, Herculani, Mercurini, Apollinei &c.) apponam „ monumenta, primo deſumpto ex Romanis Caſiorum Pa- „ latijs.

D. M
L. STATIO. L. ASCLEPIADE
OPTIMO PIENTISSIMO
CL. M. F. INGENTA CONIVGI
KARISSIMO. FECIT. QVI. VIXIT
ANNOS XXV. M. XI. D. XI
L. STATIVS. NORBANVS
CL. INGENVAM. MATREM. SVAM
HIC. CONDIDIT

Habet Grut.

„ Ex eadem Vrbe:

P. POM.

P. POMPONIVS. ASCLEPIVS
PETRONIAE. VENARIAE. FIL. FIL. B. M

„ Ibidem è Regione Columna.

Habet Grut.

TEIAE ASCLEPIO DOTAE
TEIAE. RVFINAE. V. V. LIB
CONIVGI. CARISSIMAE ITEM
P. TEIO RVFO. FIL. DVLCISS.
P. TEIVS. ASCLEPIVS. ET
TEIA. ZOE. PARENTES. B. M
FECERVNT. ET. SIBI LIB. LIBER
TABVSQVE. EORVM. H. M. EXT. N. REC

„ A Valentia Hiſpanię Citerioris.

Habet Grut. & legit. ALIPION.

ASCLEPIO
Q. CALPVRNIVS
ASCLEPION
V. L. S

„ Marcum Aurelium Aſclepiodotem An. Chriſti ccxcII. „ Flauium Aſclepiodotum ccccxxIII, & Flauium Aſcle- „ pium ccccxcIx Conſules legimus ex Panuino.

„ Carpe igitur, Candide Lector, hos, non quidem in- „ culti ingenij mei, ſed cultiſſimæ Hiſtoriæ Flores quos „ poſt vernantem Bononienſis gloriæ hilaritatem æſtuanti- „ bus olim bellis, & hiemante temporis frigiditate, cum „ abeunte memoria LVCII PVBLICII ASCLEPII inter ſe- „ pulchra dirutæ Arcis reperire adhuc languentes potui. „ Gratus tibi potius quàm obſcuri ſtili mei veniat candidæ „ veritatis odor. Felix viue, & Vale.

CA-

## CAPVT II.

### *Plumbeae Fiſtulae repertae ſubtus aedes DD. de Carbonesijs. Anno Domini 1673.*

„ le faceſſe abborrire il lauarſi nelle Terme publiche, potendoſi giudicare, che in Colonia tanto illuſtre priuati „ Bagni per le femmine non mancaſſono. Ma forſe cadendo il pagare addoſſo à quelle Plebee, e pouere, che luogo alcun'altro da lauarſi non aueuono, non volle T. Seruando, ch'elleno godeſſono delle ſue franchigie per tor „ loro ogni occaſione di proſtituir ſe medeſime, come facilmente doueua auuenire in tutti que'luoghi, oue ſimile „ meſcolanza ſi coſtumaua. Aggiungaſi, che eſſendo i Ginnasij congiunti alle Terme, ed eſſendo quelli di tanta „ importanza, tanto al comune, quanto à ciaſcun priuato, „ come è ben noto, inteſe T. Auiaſio d'animarui, e d'allettarui con tale eſſenzione gli huomini, e d'allontanarne le femmine, la cui verecondia quindi le doueua „ rimuouere, come diceua loro ſeriamente benche ſempre „ licenzioſo *Marziale*. 1.3. epigr.36.

*Gymnaſium, Thermæ, Stadium eſt hac parte: recede:*
*Exuimur: nudos parce videre viros.*

„ E con queſto porremo giù il peſo della noſtra Pietra, Perorazione. „ che ci è riuſcito, per ver dire, aſſai più graue, che dapprima non credemmo. Lo ſpazio è ſtato più lungo, e la „ via più intrigata, che non voleuamo, e talora con qualche trauuiamento di più. Ma ſe non vi penſaua io, che „ aueua addoſſo carica sì peſante, ragion vorrebbe, che „ nè anche verun Leggitore ſe ne offendeſſe, non auendo „ egli da porui pure vna mano, e baſtar douendogli d'auer auuto ſolamente à paſſo lento, per ſuo profitto, d'accompagnarmi.

Iam verò ſuppoſitarum an ſiglarum P. M. TR. P. IMP. capacem ſe praebeat altera è duabus jam viſis Abraſionibus, anceps haereo; praeſertim quòd in ipſo Archetypo à me fideliùs, prout ſupra illud retuli, exſcripto, vox GERMANICVS non ita ſe retrahit, ut lacuna remanens cunctas ſingulas, quibus Uir cautus eam replere ſtuduit, admittere valeat. Audiatur interim ejus Aemu- De quibus ſup. pag. 116. pag. 111.

Vt ei objicit Capon. ſupra pag. 112. ad med.

lus Niger, majori quidem audaciâ verborum contextum alterans, ſed Inſcriptionis argumentum ingenioſio ita ſupplemento illuſtrans, ut eruditiſſimo Competitori ſuo hîc anneƈti depoſcat.

# EPISTOLA
## DE
## VETVSTISSIMA
## Lapideae cuiuſdam Inſcriptionis Eraſione.

IOANNI BAPTISTÆ CAPPONIO IO. F.

FILOSOPHO ET MEDICO

In Patrio Bonon. Archigym. Profeſs. pract. ord. & Anatom. Præſtantiſs.

S. D.

*ALEXANDER DE NIGRIS IO. FRANCISCI F. I. V. D.*

*Perinſ. Coll. Eccleſiæ Diui Petronij Canon. Prot. Apoſt.*

„ PEruigil vehementi æſtu elapſæ noƈtis effeƈtus, colloquium ſub inclinatam diem inter nos habitum de antiquo Balneo, quaſi inopportunè mente reuoluebam. Hinc, vt olim diffluente vnda membrorum ſordes abſtergi conſueuere, itá in eius cogitatu mens ipſa ab omni dubietatis labe purgari mihi videbatur; præſertim circa Principis eraſum à lapide nomen, quod non Claudio (vt tamen ingenioſiſſimè ſcrutaris) ſed Caligulæ adiudico reſtituendum: imò magis atque magis delendum, ſtatimac priſcorum Bononienſium obedienti obſequio perennatam ad rerum ſtatum nouerimus prudentiam.

Cum

,, Cum itaq; intentioni valdè fauere queat, ſatis perpen-
,, diſſe quo verborum ſenſu Auguſti Cæſaris erga eos muni-
,, ficentia celebraretur, hanc dabo notionem, paginæ vetu-
,, ſtum Lapidem referens, prout aſſeruatur in Ædibus Patri-
,, ciæ familiæ de Albergatis, videlicet.

DIVVS AVG. PARENS
DEDIT
• [redacted] AVGVSTVS — Sic reſtituerem • C. CAES.
GERMANICVS
REFECIT

IN. HVIVS. BALINEI. LAVATION. H S. CCCC.
NOMIN. C. AVIASI. T. F. SENECÆ. F. SVI. T. AVIASIVS SERVANDVS
PATER. TESTAMENT. LEGAVIT. VT. EX. REDITV. EIVS. SVMM.
IN. PERPETVVM. VIRI, ET. IMPVBERES. VTRIVSQ. SEXVS
GRATIS. LAVENTVR.

,, Liceat ergo ab hoc Titulo decerpſiſſe ex vi vocabuli PA-
,, RENTIS aliquid argumenti in Romani herois honorem,
,, iuxta Venuſini ſenſum.
,, *Hic ames dici Pater, atq; Princeps.*
,, Enimuero clareſcit, ipſum Caium Cæſarem Octauianum V.
,, Coſ. collega Sexto Apuleio Sex. f. Sex. n. à S. P. Q. An. V. C. DCCXXIV.
,, R. Auguſtum, ac Patrem Patriæ appellatum, ob Rempu-
,, blicam auctam, ob reſtitutum Orbi, & Vrbi decorem. Hinc
,, teſtatum cernimus ex Dione tum idcirco temporis, quaſi Dion. Nic. in Auguſto.
,, humanam exceſſiſſet naturam, à Græcis DIVVM præno-
,, minatum, & cultu digniſſimum exiſtimatum; necnon ex Cornel Tac. Annal. R. lib. 1.
,, Tacito conclamante, Lepidi, ac Antonij arma in eum ceſ-

„ ſiſſe, qui cuncta diſcordijs ciuilibus feſſa, nomine Principis,
„ ac Patris in Summum Imperium ſuſcepit. Id ſimul firmant,
„ vt benè noueris, eruditiſſime Vir, & Lapides, & Numiſ-
„ mata. Quo ad iſta; è Domeſtico Muſæo aureum exhibebo
„ ipſius Auguſti caput in antica, & nomen perhibens IMP.
„ CÆSARI DIVI F. COS. V̄. IMP. V̄I. S. P. Q. R. in
„ poſtica Equeſtrem Statuam Pacificatoris habitu inſignitam
Patri Patriæ. „ cum notis P. P. Tunc enim, & ei Equeſtris aurea in Vr-
„ be decreta.

„ Vt verò ſtabiliori argumento innitamur, ſuper petras,
„ præſertim extra Vrbem, progredi quæſo libeat ad huiuſce
„ venerationis modum è Colonijs recognoſcendum: Polæ
Plin. lib. 3. cap. 19. „ namq; (tunc Iulia Pietas eo quod ſub Iulio Cæſare fuiſſet
„ traducta) patet Sacellum eiuſdem Auguſti cum Epigraphe.

Smetius pag. 179. nu. 16.

ROMÆ
ET. AVG. CÆS. DIVI. F.
PAT. PAT.

„ In Iadra Illyrici pariter Oppido, moderno vulgo Zara,
„ eodem tempore à Romanis exculta, prope Portam ad a-
„ grum vertens alter allegitur.

Smetius pag. 144. num. 6.

IMP. CÆSAR. DIVI. F. AVG.
PARENS. COLONIÆ
MVRVM. ET. TVRRES. DEDIT
L. IVLIVS. OPTATVS
TVRRES. VETVSTATE. CONSVMPTAS
IMPENSA. SVA. RESTITVIT

„ Apud Sedunos in Sabaudia.

Lipſius in Auct. pag. 17.

IMP. CÆSARI. DIVI. IVLI. F
AAGVSTO. COS. XI. IMP. XIIII
TRIBVNICIA. POTESTATE. XVI
PATRI. PATRIÆ
PONTIFICI. MAXIMO
CIVITAS. SEDVNORVM
PATRONO

Tem-

„ Tempus enunciatæ Tribunitiæ Poteſtatis fuit in An.
„ DCCXLII. Monumento concors reperitur aureus Num-
„ mus, cui Auguſti imago circumſcripta AVGVSTVS.
„ PONT. MAX. TRIB. POT. XIII. COS. XI; ex ad-
„ uerſo plano Capricornus cum Globo, & Temone AVGVR.
„ IMP. XIII. P. P, vt cernere eſt à lineato per Goltz. in
„ Faſtis.

Hubertus Golt. in faſt. & triumph. Romanor.

„ In Arula nunc Ariona Hiſpaniarum Oppido.

IMP. CAES. AVG. PONT. MAX
TRIB. POT. XXI. COS. XII
P. P. VICTORI. SACR
IIVIR. D. S. P. F.

Adolph. Occo in lib. Antiq. Hiſpan. Inſcrip. pag. 3. num. 5.

Duumuir de ſua pecunia fecit.

„ Poteſtatem Tribunatus ſumpſit XXI. in An. DCCL.
„ Idem indicat æneum numiſma capite eiuſmet Principis fi-
„ guratum ab vna, & nomine IMP. CAESAR. DIVI F.
„ AVGVSTVS. PONT. MAX. TR. POT. XXI, ab al-
„ tera in medio S. C. circumq; COS. XII. PATER PA-
„ TRIAE IMPERATOR XIIII. Ipſe teneo pulcherrimum.
„ In Bleſſa inter Hiſpanicas Vrbes etiam non incelebri.

IMP. CAES. AVG
PONT. MAX. TRIB
POT. XXVIII COS. XIII
PAT. PAT. TERMI
NVS. AVGVSTAL
INTER BLETIS
SAM. ET. MIROBRI
CAM. ET. SALMAN
TICAM

Adolph. pag. 9. nu. 6.

„ Tribuni munus XXVIII. ex a. d. v. kal. Iul. An.
„ DCCLVII. ſubiuit; quo ex tempore, Senatu Conſulente,
„ aliud æneum nuper adducto omnino ſimile cum notis in
an-

„ anteriori, IMP. CAESAR DIVI F. AVG. IMP. XV. in
„ oppoſita. PONT. MAXIM. TRIB. POTEST. XXIIX.
Liuius in 37. „ Inter cætera aſſeruo. Parens autem à Bononienſibus ſcribe-
„ batur Auguſtus, eo quia hanc Vrbem An. DLXV. in
Dion. in 50. „ Rom. Coloniam deductam denuò ſub Anno DCCXXV.
Feſtus ad 4. T. Liuij lib. „ duxiſſet. Feſtus tamen Iuris proprij municipium ſub Au-
„ guſto aſſerit ipſam euaſiſse.

„ Præmiſſis conſiſtentibus illorum corruit auctoritas, qui
„ aſseuerare ſunt auſi, Octauianum nonniſi ſub An. DCC-
„ LVII Patriæ Patrem, Auguſtum, & Diuum conclamatum;
„ necnon & fragmenti Preneſtinæ Tabulæ in hæc verba de-
„ ſumpti.

Lip. in Auct. pag. 17.

NON. N. CONCORDIAE
IN. ARCE. FERIAE. EX
S. C. QVOD. EO. DIE
IMPERATOR CAESAR
AVGVSTVS. PONTIFEX
MAXIMVS. TRIB. POTES
XXI. COS. XIII. A. SENATV
POPVLOQVE. ROMANO
PATER. PATRIAE
APPELLATVS

„ Quo etenim Anno XXI. Tribunitia refulſit auctoritate,
„ à Conſulari non XIII. ſed XII. iam inde exiuerat.

„ Modo ad Balnearij Monumenti mutilationem vertatur
Suet. in Caio circa finem. „ ſermo. Innixus ipſe Tranquilli auctoritate quemlibet inter
„ antiquariæ rei ſtudioſos hortarer ad fatendum cauſam ta-
„ lem profectam à Senatus Romani Conſulto, quo iuſsum eſt:
„ omne æneum, quod Caligulæ effigiem nomenue referret
„ conflari. Aſsentientibus præterea multis inter PP. CC. vt
„ & Templa diruerentur, atq; omnino Cæſarum abolere-
„ tur memoria. Hoc igitur euulgato ſenſu; ne Romani egrè
„ ferrent, quod Bononienſes in decus confoſſi Tyranni pu-
bli-

„ blicam nimium ex frequentato Balneo ſuſtinerent memo-
„ riam, non inſipientis erit arguiſse, quod Decurionum Or-
„ do (Senatus namq; in Colonijs vices gerebat) nomen
„ exinde tolli mandarit. Aeri tamen in Vrbe collato, ne diu-
„ tius deſeruiret infamiæ, ſors parum mutata eſt. Meſsali-
„ næ ſiquidem voluptas illud in Mneſteris Hiſtrionis, in
„ Caij Salij Gladiatoris Statuas conuerſum voluit. Hinc ra- Adolphus in Caio.
„ ritas Caligulæ Numiſmatum, qui extemporanea prodigen-
„ tia, nondum elapſo anno, Imperij theſauros prodegit vſ-
„ que ad H-S. vicies, atq; ſepties millies. Ita Suetonius De huius ſūmæ va ore, multa & Hērico Glareano in Adonot.
„ deſcribens illius nouos Balneorum vſus, portentoſiſſima
„ ciborum, ac cœnarum genera, calidorum, frigidorumq;
„ vnguentorum lauationes, margaritarum aceto eliquatarum
„ potiones, panem, & obſonia ex auro in conuiuijs appoſi- Suetonio appoſitis in Calig. col. mihi 1692.
„ ta; *aut frugi hominem eſſe* dictitans, *aut Cæſarem*. Quin
„ etiam non mediocri ſumma monetas aureas, argenteaſq;
„ de Baſilicæ Iuliæ faſtigio ſpargebat in Plebem, de cedris
„ Liburnicas gemmatis puppibus, verſicoloratis velis, ma-
„ gna Thermarum, Porticuum, Viridariorum, ac Pomario-
„ rum amænitate ambiebat conſtructas. Vnde nec impro-
„ prium erit Bononienſis Balnei reſtitutionem ab homine de-
„ riuatam coniectaſse, qui in ſtruendis ædificijs luxu adeò
„ tumuit, vt, omni poſthabita ratione, nihil tam efficere
„ concupiſceret, quàm quod poſse perfici negaretur. Ita-
„ que moles infeſto, ac profundo mari iecit, duriſſimi ſilicis
„ rupes non credenda celeritate complanauit; opificum tar-
„ ditatem ſubitæ capitis pœnæ ſubijciendo.

„ Præallegatas euidentius ſolidabit coniecturas altera In-
„ ſcriptio, è Vinea olim Eminentiſs. Card. Carpenſis de-
„ ſumpta per Smetium, ipſam per binas lineas ſtudioſè de-
„ letam commonentem, & Iouis Statuam ſuperimpoſitam
„ inter duos boues capite reſecatam memorantem; vt, ni
„ memoria me fallit anno nuper reuoluto 1655. in Vrbe
„ obſeruabam.

I. O. M.

I . O . M

SACR

VOTO. SVSCEPTO. PRO

SALVTE

* [redacted]

Smet. pag. 17. nu. 11.

AVG. GERMANICI

PONTIFICIS. MAXIMI. TR. POT

D. VETVRIVS ANTIGONVS

Spurii filius; D. VETVRIVS. SP. F. PHILO

D. VETVRIVS. ALBANVS

PATER. CVM. FILIS. POSVIT

„ Hoc pacto reſtituerem

IMP. C. CAESARIS. DIVI

AVGVSTI. PRONEPOTIS

» Itaque Figuræ, & Epigraphis mutilationes, ferro, non » tempore productæ pleniſſimè concludunt, pro ſalute Caij » Caligulæ Vota , & Monumenta ipſa ſoluta Ioui, quem ſi- » bi eouſque familiarem iactabat, vt quotidie ad Capitoli- » num ſimulacrum accedens, cum eo ſabulari fingeret, modo » inſuſſurrans, ſæpius aurem præbens. Immo proceſſit adeo in- » ſania, vt ex Olympia Romam transferri imperauerit ſimu- » lacrum, & capite obtruncato aliud ſibimet ſimile (ſicut per » Latium, & Græciam vniuerſam cœteris huiuſcemodi Nu- » minis Statuis) apponi mandarit. Quid vlterius? Inaudito » inceſtu Sorores in concubinas mutatas quodam infandæ » Deitatis typo cohoneſtauit. Author vt iuramenta per eas

à Ci-

„ à Ciuibus fierent: *Neq; ſe, neq; liberos chariores habere* „ *quàm Gaium, Sorores, & cætera Numina.* Sic, & Conſules „ ſcripta exordiri cæperunt in hæc verba, *Quod bonum ſit* „ *Caio ſororibuſq;*. Hæ propterea ex S. C. cuſione Numiſ- „ matis (quod licet rariſſimum, penes me duplex viſitur) „ condecoratæ ſunt ſub Diuinis figuris; expreſſa nempe per „ Iuliam Fortuna, per Druſillam Concordia, atque Conſtan- „ tia per Agripinam. Fortius tandem veritati conſonam cen- „ ſebo conſiderationem, eo quia, nec vnicum vetuſtorum „ monumentorum Collectoribus de Caligula obuenerit de- „ ſcribendum.

„ De Balneis nihil exiſtimo dicendum, tum quia in rem „ meam non facit, tum quia deſuper, ſicut in cœteris, te „ noui verſatiſſimum: nec deſunt qui non Epiſtolam, ſed vo- „ lumina implent. Non me tamen prætetit Balineum Pa- „ trium, non ex longa æui edacitate contritum, ſed celeri „ aliquo impetu demolitum ſatis lautum fuiſſe, & celebre. „ Licet enim Ceſenate, Bergomenſi, Tifernate, atq; Noua- „ rienſi vetuſtius, modernos in dies fiſtulas emiſit, & alia „ ſui veſtigia, vt proprium nomen ſtudioſius foret ſeruan- „ dum cum illo Titi Auiaſij Senecæ Seruandi, cuius munifi- „ centia decem millibus argenteis ditatum fuit. Publica, vt „ reor graſſante cùm Caio libidine mixtis hominum ſexibus, „ ac ætatibus promiſcuè difluebat aqua, vt nuperrimè co- „ niectatus eſt eruditiſſimus Vir, ex æneæ Lupæ laxatis fau- „ cibus, quæ à celebri Lupa Romana idcirco Vico fecere no- „ men *Bocca di Lupo*.

Apud Aldum Manucium. Pauli F. in Orthog. monumenta horum Balneorum pag. 99. & ſeqq.

„ Fœdo incendio Colonia Bononienſis poſt demptum Ca- „ ligulam abſorpta eſt: nec exinde conſtat Balneum reſtitu- „ tum. Quinimò ipſius qua iterum perijt iacturæ conti- „ nuatio præſumenda. Si enim Claudius ſucceſſor, exoratu „ Neronis, miſerando infortunio pecuniaria liberalitate ſuc- „ currens, refeciſſet, in primas ſaltem Barbarorum inuaſio- „ nes, vt cæteræ reſtitutarum Ædium conſiſtere potuiſſet. „ Ciuium namque, & Principum ſtudijs, ac viribus aucta

A. Bocch. in Bonon. antiq. Hiſt. manuſcripta habet de pub. ædif. ment. non autem de Balneo.

» traditur, & ſeruata Patria noſtra vſque ad Magni Maxi-
» mi ingentem cladem, cuius ſeuiſs. impetu, cum Placen-
» tia, Regio, Claterna, Mutina, Brixillo, & alijs adeò di-
» ruta fuit, vt planè reſtitutio eius deſperata penitus vide-
» retur. Sed quid in ſolis, etiamſi ſolidiſſimis, coniecturis
» moror, dum vltima mutilatæ Inſcriptionis verba quemque
» certiorem efficiunt; Seneceam Familiam, vt Caium Cæſa-
» rem merito, ac virtuti L. Annæi propenſiorem redderet
» (ſpernebat enim huius commiſſiones tanquam meras, &
» arenam ſine calce vocabat, imò, vt habet Xiphil. è Dio-
» ne, parum defuit, nullo commiſſo delicto, quin occiſum
» voluerit.) Publicorum eius operum perennitati ære pro-
» prio in decem millia argenteorum inſtuduiſſe, & genito T.
» AVIASII SENECÆ FRATRIS T. SERVANDI adſcitum
» voluiſſe CAII prænomen, vt ex adulatione de more gra-
» tiam captaret?

Baronius Annal. Eccl. Tom. 4. p. 551. diuiſ. a. ſub anno I. C. 387.

Suet. in Caio. pag. mihi 65. n. 53. Xiphil. è Dione pag. mihi 156.

» Hæc ex candido animo, tuæ præclaræ virtuti obſequen-
» tiſſimo, etiamſi primo calamo deducta, & obſcura, lubens
» accipe, vt conſueti amoris lympidum perhibeas argumen-
» tum. Vale.

» Dat. è Domeſtico Muſæo prid. Nonas VIIBRIS CIↃ.
» IC. C. LX.

SECTIO

# SECTIO QUARTA

## Inſcriptionum Conſulibus, Imperatoribus, deinde Seviris, & aliis Magiſtratibus municipalibus, ac poſtremò Longobardorum Regibus dedicatarum.

### *CAPUT I.*


*Inſcriptio Marcelli in primâ olim, nunc in poſtremâ è ſeptem dictis Eccleſiis in unam cohaerentibus, & concluſis, Divoque Stephano dicatis; vulgò* la Chieſa della Santiſsima Trinità.

QUerimoniam in antecedentibus à nobis habitam de tot deſtructis, fundituſque everſis priſcorum olim Templorum, Sacrarumque rerum Magiſtrorum, ac denique illuſtriorum Molium Epitaphiis, ob amiſſas pariter Romanis Heroibus ac Imperatoribus de nobis benè meritis poſitas olim Memorias, iterare nunc cogimur. Romanis inquam Heroibus ac Imperatoribus, ſiquidem de antecedentibus Etruſcis Regibus, deque expulſis ſucceſſivè Gallis, per tot ante ſecula huc dominatis, quis unquam ſcriptas vidit Epigraphes? quòd ſi viſae ſunt, quis unquam

Etruſcorum characterum illorum, nobis hodie monſtruoſorum, veram notionem aſſequi meruit, de quâ neſcio quo jure glorientur Bernardinus Baldus in *Tabulam aeneam Engubii*, Felix Ciattus in *Memoriis Annalibus Peruſiae*, & alii? Pag.33. & ſeqq.

De poſterioribus ergo Romanis Inſcriptionibus, quas uti nobis proximiores, ac inde captu faciliores, ſpectatuque venerabiliores, plus etiam ac ſit actum cuſtodiri decuiſſet, eſt mihi ſermo: quòd nimirum nos apud hae cunctae pariter, vel adeò exeſae appareant, ut ſaepenumero quid interciſus earum contextus contineret nanciſci nequeat; vel penitus conſumtae, ita diſperierint, ut num verè quandoque extiterint, non levis ſuboriatur dubitatio. Vide Grut. pag. CXLII. & CXLV.

Et primò ex iis, quae undique exeſae emergunt, temporum ſervatâ ſerie, primum ſibi praeripere geſtit locum quam poſuimus, quaeque jacet ut ſequitur:




Ea

Ea ſiquidem tot lituris omni ex parte deturpatam ſe prodit, ut de quo nam MARCELLO verè ſenſerit, minimè ſuppetat. Et nihilominus, ſi magnos magna decent, ingens Fragmenti moles, materiae raritas, literarumque excisarum trabalis amplitudo, non aequiùs alteri adſcribi poſſe videretur, quàm M. Claudio MARCELLO, Aedili Curuli, Auguri, quinquies Conſuli, terque Triumphatori. Qui *exercitatione*, ut refert Plutarchus, *fuit bellicoſus, robuſtus corpore, manu potens, natura vir ad dimicandum ardens, & quod illius certamina declarant, acer ac ſtrenuus: ad cæteras vitæ partes humanus atque modeſtus. Grecæ verò diſciplinæ, ac diſcendi ſtudijs eouſque affectus, vt earum rerum peritos honore & admiratione haberet: Qui ad nullum pugnæ genus, aut ſegnis, aut parum exercitatus, tum vero ad certamen ſingulare fortiſſimus; quo quidem in genere cum prouocatorem neminem fugerit, ceſis vniuerſis Victor euaſerit &c.* Qui profligato quondam Annibale, docuit Romanos inſueto timore correptos, non inſuperabilem hunc ſtrenuum ſe praeſtitiſſe Poenum, quandoque profeſſum, ſe Fabium, uti pedagogum, MARCELLVM verò, uti pugilarem formidare; quapropter gladius Populi Romani vulgò appellaretur. In Vita Marcelli. Plutar. ibid.

Et ratio quidem, ob quam VIVIR etiam AVG uſtalis iſte, immo AVG uſtalium horum PONT ifex, hoc, cujuſvis fuerit generis, nunc à nobis ignoratum opus ſeu aedificium, cui tunc haeſit Inſcriptio, FAC iundum CVRAVIT, hanc fuiſſe conjectari poterat, quòd nimirum, quum infeſtiſſimus iſte Gallorum omnium ubique inſectator, ac totiens victor, eos pluries fuderit, eorum quandoque Regulis ac Ducibus ſingulari certamine victis, à veriſimili abeſſe haud poterat, eundem juſſiſſe, in hac Civitate noſtrâ, eorundem Gallorum, Bojorum inquam Ciſpadanorum, Sede ac Metropoli, proprio vel ſumtu excitatam perpetuò extare Memoriam, non aliter ac patriam reventus, de iiſdem in Capitolio triumphum ageret. Non minus inquam

quam decere videbatur, ad hoc Iſidis Templum, per totum terrarum Orbem conſpicuum, nec non ipſi vel Urbi notiſſimum, ejus famigeratum conſpici nomen, ac ſucceſſivè Romae ad ſacros Feretrii Iovis ſui parietes, ſuſpenſa de Virdumaro, eorundem Gallorum Duce ac Rege propriis manibus obtruncato, opima ſpolia admirarentur.

Vt probant duae Inſcriptiones ſupra adduct. pag. 9.

Plutarch. Ibid. Aurel. Vict. cap. 45.

Sed ex hac eâdem Iſcriptione magnificâ, è quâ adeò validae pro ſuppoſito inibi MARCELLO conjecturae prodeunt, non impares, ad eundem ab hoc Saxo excludendum, oppoſitiones emergunt. Quomodo enim MARCELLI hujus aetate tam grandibus, tam mirè quadratis, tam elegantibus literis praeſens Marmor poterat fuiſſe inſcriptum, ſi incomparabilis haec eadem characterum Symmetria, quâ ipſum renidet, non prius agnita atque uſitata fuit quàm rerum potitus fuerit Auguſtus, quē bina & ampliùs ſecula poſt MARCELLVM imperaſſe conſtat? Quomodo MARCELLI aetate memorari poterant AVGuſtales, quos niſi ab eodem Auguſto nomen primamque originem traxiſſe liquet?

Quum ergo oporteat, inſcriptum extitiſſe hunc Lapidem juniori MARCELLO alteri, & qui juxta Auguſti tempora floruerit, & qui nobiliſſimâ, Caeſareâque hac Epigraphe decorari meruerit, non alius magis propriè occurrere videtur quàm MARCELLVS, ex Octaviâ, ſorore Auguſti, nepos, in quo cuncta reperiantur, quae in jam excluſo à nobis, ſeu deſiderabantur, ſeu non aequè benè adaptabantur: In quo inquam, munera, quae, ſive trunca, ſive in totum detrita, hoc in Fruſto Marmoreo innuuntur, adimplerentur. Hunc enim, uti primus, quem poſt futurum ſui exceſſum, in Imperium ſucceſſorem ſibi deſignaverat Octavianus, cunctis honoribus ac dignitatibus, eâ vel immaturâ aetate, cumulaverat, quae ipſum ſpectabiliorem cunctis redderent, veluti AVGuratus, PONTificatus, Curulis Aedilitatis, & ſimilium, more ſuo, ſtrictim à Tacito memoratorum.

Poſt exceſs. Aug. lib. 1. in princ.

Vt

Ut ideo jam viſis alibi liberalitatibus & gratiis, tum Balnei publici ipſis donati, tum praeſtiti conſenſus conjurandi impunè cum Antonio, impetratis, aliquâ grati animi ſignificatione reſponderent Bononienſes Auguſto; in honorem hujus abs ſe adeò dilecti nepotis, hoc, qualecunque fuerit, novum opus molitos fuiſſe, ſupponere non abſurdum eſt, quodque proinde ProcuratOR VNIVERSITATIS FACiundum CVRAVIT. PVBLICE, hoc eſt publico Decurionum Decreto, communive VNIVERSITATIS ſumtu. De quo ſup.

Haec enim conſueta fuit formula Bononienſibus non ſolùm (ut teſtatur ſequens aliud Fruſtum Marmoreum, pejus quidem ſuperiore habitum, etſi mirabili aequè ductarum atque egregiè diſpoſitarum imperialium literarum elegantiâ ita inſcriptum:

*In Tertia, olim Quarta, è ſupradictis ſeptem Ecclesiis:*

## P V B L I C E )

☞ Alidoſ. etiã pag. 64. 4.

ſed etiam caeteris nationibus quum Imperatoribus dedicarent. Id penes Gruterum obſervare eſt in AVXIMatibus, exempli cauſsâ, dedicantibus PVBLICE ſtatuas L. Aurelio, & M. Aurelio Antonino pag. CCLVIII. 2. & CCLIX. 9. In BREGaetiis PVBLICè DeDicantibus Septimio Severo CCLXII. 8. In PISAVRenſibus PVBLicè, in baſi inſertâ columnae, inſcribentibus M. IVLIO PHILIPPO CCLXXII. 8.. & ſimilibus.

Sic enim nil magè gratum & acceptum Auguſto ſe praebituros fore exiſtimavere forſan Majores tunc noſtri, quàm hac novâ (ignotâ nunc nobis) conſtructione ejus blandiri genio, publicorum aedificiorum utcunque excitandorum eouſque cupido, ut *quaedam etiam opera ſub nomine alieno,* Id. Sueton. ibid. ſub nu. 29. ad finem.

*ne-*

*nepotum ſcilicet, & uxoris ſororiſque, fecerit*: non ſolùm *ut porticum baſilicamque Lucij & Caij; item porticus Liuiæ & Octauiæ*, THEATRVMQVE MARCELLI; *ſed & cæteros principes viros ſæpe hortatus ſit, ut pro facultate quiſque monumentis vel nouis vel refectis & excultis, urbem adornarent*. Et haec in tanto Principe ampliandarum aedium nunquam ſatura libido, ab eâ minimè diſpar, quâ ab initio è propriis domibus tot Quirites exulare juſſerat, eadem fortaſſe fuit, quam lepidè carpſit Marianus noſter quum de Auguſti Foro ita cecinit:

Ruinar. Romae lib. 3. epigr. 45.

*Perdidit Auguſtus Dominos, Domibuſque pepercit;*
*Pluris quam Dominos fecerat ergo Domos.*

## CAPUT II.

### *Antiquiſſima Triumvirorum Inſcriptio, ad Lavinum noſtrum olim poſita.*

IN numerum Heroicarum Inſcriptionum, quas ſecundo loco funditus periiſſe ſupra advertebamus, haec meritò ſe infert, quam, quum aetate noſtrâ nemo ſit qui conſpexerit, utrum verè unquam fuerit in ſuſpicionem nos adigit. Verùm hanc nobis detrahit, Inſcriptionemque extitiſſe quondam, ſuadet nullo modo reticendum egregium illud Triumvirorum, quod in eâ enunciatum videmus, facinus.

Hanc aſſeruerunt centies Majores noſtri, atque hos inter non parum multi, qui ipſiſſimis oculis inſignitum eâ olim Cyppum ſe conſpexiſſe, propriiſque manibus tranſcripſiſſe, literis tradiderunt. Conſentit manuſcriptus codex, ab Excellentiſs. olim Montalbano poſſeſſus, quingentiſque ab hinc annis & eo ampliùs membranâ exaratus, quique ipſam ut infra ſequitur, ex archetypo lapideo deſcriptam, nobis obtulit:

DIVO IVLIO. C. F. OCCISO
M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS
M. ANTONIVS. M. F. M. N.
C. IVL. DIVI F. C. N. OCTAVIANVS
AD HVNC BONONIEN. AGRI AMNEM
A. D. V. K. XBR. AD PRID. IAN.
D. R. O. IIIVIRAT. SANCIVERE
C. ALBIO. C. F. CARINATE }
P. VENTIDIO P. F. BASSO } COSS.

Quam propterea recenſuit Alidoſius, & quam nuperrimè, deductam è ſchedis Langermani, improbat Reineſius, Pag. 74. 3. Claſ. II. LXVII.

 uti

uti commentitiam & futilem, ad finem Libri, ubi de ſpuriis ſeu apocryphis agetur, reſervamus, ibique doctiſſimam, de more, tanti Uiri refutationem, non abſque magno rei literariae damno praetereundam, Lectori humaniſſimo communicabimus.

Vt perperam Vidrian. ab Appian. Lib. 4. Bellorum Civil. decept. Hiſtor. di Modon. lib. 1. pag. 71.

Interim quòd audax nimiùm dictorum Triumvirorum Conventus, nec non Provinciarum omnium inter eoſdem triplex diviſio, in agro Mutinenſi contigerit, non attendendum, ſed irridendum venit. Appianus, qui unicus hujus ſententiae autor in hanc fraudem incidit, à ſolidiſſimo non minùs quàm ſinceriſſimo Marmorum teſtimonio exploditur. Marmor inquam in haec uſque tempora proſtat Romae, in ipſis Triumviratus aeneniis incidi, ac in apertum efferri juſſum; quodque hanc diviſionem in agro Bononienſi, non in Mutinenſi ita expreſſis firmat verbis:

In Aedib. Collotian. vide Panvin. Roman. Princ. pag. 18

DIVVS. AVGVSTVS. PATER &c.
III. VIR. R. P. C. CVM M. ANTONIO ET M.
LEPIDO SE IPSE CREAVIT. V. CAL. DECE
MBRIS EODEM ANNO IN AGRO BONONIENSI

Adſtipulatur Dion libro 46. in fin. quum expreſſis ait verbis: *Congreſſi ſunt autem ad colloquium in inſula quadam eius Fluuij, qui præter* BONONIAM *labitur*.

In Vita Auguſt. nu. 96.

Sic in Bononienſi, non in Mutinenſi, ſublime illud accepit omen de hoc diviſo Orbis dominatu, in unum tandem Auguſti Imperium collimaturo, Svetonius, quum *contractis ad* BONONIAM *Triumuirorum copijs, aquila tentorio ſuperſedens, duos coruos hinc & inde infeſtantes afflixit, & ad terram dedit, notante omni exercitu*.

Lib. 4. cap. 5.

Sic denique Civitatem noſtram, non Mutinam memorat Florus, quum *apud Confluentes inter Peruſiam &* BONONIAM *Triumuiros iunxiſſe manus, & exercitus conſalutaſſe*, refert. Quae *Peruſia* tamen nil penitus habet cum Bononiâ, ab eâque diſſidet quantùm ab Heſperiis Gadibus Eridanus. Peruſiam corruptus textus obtruſit pro PETRVSIA,

vulgò

vulgò *la Pietroſa*, ruſticorumque illorum dicturitione *Zola Prdoſa*, LAVINI fluminis Ponti conterminâ; neque minùs hodie trium Marchionum Albergatorum, atque hos inter, Marci Antonii, praecipuo dominatu, nec non immani aedificio, Auguſtorum Heroum capaci, conſpicuâ, ac olim Triumvirorum praedictorum ſtatione memorabili; id quod eleganter ac lepidiſſimè, more ſuo, hoc clauſit diſticho Martialis noſter Rubeus:

R.D. Bonaventura de Rubeis Cur. Paroch. Eccl. S. Agathae Bono. in ſuis Epigrammat. Pag. 4. prim.

*Hic Auguſta Domus; procul hinc diuiſus & Orbis:*
*Quæ capiat digna eſt Tres Domus vna Duces.*

## *CAPVT III.*

### *In Quintà olim, nunc Quartà è dictis ſeptem Eccleſiis, vulgò* la Chieſa di S. Pietro.

Nunc eſt hyperthyron januae ejuſd. Eccleſ. ☞

..........................

.....CAESARI........

.........INCHOAV....

..........................

INſcriptio quam vidimus in antecedenti Capite Octaviano, uti Triumviro tantùm, ad Lavinum noſtrum quondam erectam, aliam modò ſuccedere, ſibique annecti poſtularet, quae eidem ſucceſſivè, uti integro & abſoluto totius Orbis domino, aequiùs ac digniùs ſibi poni promeruerat: eam ſaltem, quam huic Heroi Bononienſes tum ſacraſſe agnovimus, cùm ab eo Balneo publico donati, incidi juſſiſſe conſpeximus. At quia ſatis ſupra Sectione III. Cap. Quarto propriam, & ſibi quidem dignam ſedem nactum eſt, à viro inſigni expoſitum *Auguſtale* illud *Marmor*, non eſt cur in illo denuò hoc loci deſcribendo deſudemus: praeſertim quum ab eodem Imperatore non eouſque fortè diſtet Fragmentum iſtud CAESAREVM, ut eidem ſecundo Caeſari convenire potuiſſe jure aliquo non reputetur, quoties tamen Claudio itidem illud adſcribi nequeat.

Quandoquidem, ſi in memoriam revocare lubet hanc vel illam è duabus Imperatorum munificentiis, quibus eorum

rum uterque priſcos noſtros ſibi arctè devinxerat: alteram, quâ praefatus Auguſtus *Balnea publica* praedicta ad Gratuitam omnium Lavationem prae moenibus hujus Civitatis aedificari juſſiſſe jam conſtitit: Alteram, quâ dictus Claudius huic eidem Urbi, fortuito incendio ex parte conſumtae, *centies ſeſtertij largitione* ſubvenit; quid prohibet quin de horum altero locutam fuiſſe Epigraphem exiſtimemus? Immo quis arbitrari etiam vetat, eam potiùs Neroni ſtatim fuiſſe à Bononienſibus decretam, ac ipſis innotuit, tantam vim auri in exuſtis tot praecipuis eorum aedibus inſtaurandis, à Senatu Romano obtentam, magis quàm ſtupido ac hebeti Claudio, diſerti ejuſdem privigni eloquentiae adſcribi debuiſſe? Supra Sect. 3. cap. 4. per tot. Ibid.

Sanè paucorum vel verborum, hoc in fracto ac detrito admodum Saxo ſuperſtitum, excedens magnitudo, aequalis diſtantia, quadrata forma, elegantes lineae, ejuſmodi opificium non aptiùs alio quàm Neronis contigiſſe tempore demonſtrant; quippe ſub ipſius praeſertim imperio eximii hujus notae floruerint Artifices, ad Trajanum poſtmodum, vixque ad pauciores alios ultrà producti, ut eorundem numiſmata, ad miraculum uſque ſcalpta & inſcripta, teſtantur.

Et haec eadem Artificum excellentia in anaglypticis vel imaginibus, in hermis, in ſtatuis pari animadverſione luſtratis eſſe ea conſuevit, quae de tempore, quo elaborata extiterint hujuſmodi artis prodigia, nos admonent, ut non inoportunè nunc uſuvenit in hujus, qui modò exit, ac in conſpectu ſe proponit, deformati prorſus Imperialis Signi Trunco, tanto ac tali artis conatu, ut hac paginâ versâ apparet, ſculpto, ut ſi non ejuſdem Neronis, ſeu Claudii, Auguſti ſaltem, & forſan veriùs, de nobis optimè meriti, imaginem retuliſſe ſpondeat. En quomodo Romano turgens faſtu, nec non eleganti ſe movens geſtu, intuentium admirationem in ſe commoveat.

Quod

Anno Domini 1513. adinventum in quadam Domo de Vallatis, emptũ ab Excellentiſſimo Doct. Iacobo de Carpo, nunc in curia aediũ DD. de Fabrettis.



Quòd enim integri quondam fuerit Marij Simulacrum, admirando illi forſan Aquaeductui additum, quem Romanà verè magnificentiâ, hunc Heroëm apud nos conſtruxiſſe ſuprà oſtendimus: quòd imaginem repraeſentaverit Triumviri ipſius Antonii, cujus ergà nos patrocinium improbare non eſt auſus Auguſtus ipſe, quum *gratiam Bononienſibus publicè fecit coniurandi cum tota Italia pro eiuſdem Antonij partibus*: Quòd denique alicujus è *Calpurnijs* noſtris formam potiùs induerit, quos eundem Antonium ſequutos fuiſſe ſuis maritimis expeditionibus, totiuſque formidandae illius Claſſis praefecturam egiſſe quondam, aliàs docuimus (ut Aquatiles Nymphae Marinis Equis inſidentes, in thoracis lateribus ad vivum inſculptae, innuere videntur) neſcio an admittant nobiliores artes, ante praedictum Auguſtum, ut mox dictum, pueraſcentium imbecillitatem nondum exutae, neque adhuc validum ac integrum virilitatis robur, quod ex humano hoc Trunco emanat, adeptae: quapropter in eodem ſemper Auguſti ſigno perſiſtere, ſit magis juri conſonum.

Sect. 3. cap. 1. in prin. & cap. 3. in prin.

Svet. in Aug. nu. 17.

Sect. 1. cap. 2. pag. 25.

CA-

## CAPUT IV.

*Inſcriptio infixa Arcui olim erecto Imperatori Commodo, ad Caſtrum Galleriae.*

L. AELIO AVRELIO
COMMODO. IMP.
ANTONINI. AVG
PII P. P. F

QUòd in rebus etiam inanimis, ſenſuſque omnino expertibus, Sors dominetur ac imperet, oſtendit praeſens Marmor, ſceleſtiori monſtro, quod in humani generis perniciem ac obbrobrium irata Natura unquam ediderit, inſcriptum. Is eſt COMMODVS, cujus famoſum nomen, abraſionis ignominiâ à Senatu Romano damnatum, ac proindè à non nemine, neque ubique locorum certatim non obliteratum, in hoc Saxo eminenti ſitu iterum elato, ſervatum egregiè atque illaeſum audet ſe nobis ſiſtere; ubi ex oppoſito Epigrammata CAESaribus, quandoque nullâ unquam periturâ laude dignis, conſecrata, vel ſunditus conſumta, vel foedè nimis corroſa, non aſſequi poſſe, pridem querebamur.

Aurel.Vict. in eius Vit.

Eſt hoc Marmor, non parum ingens, nec contemnenda

portio

portio integri quondam illius Arcus, quem ad GALLorum olim CASTRVM, hodie vulgò *il Caſtello di Galliera*, poſuiſſe Bononienſes huic Principi, teſtantur adhuc in aſſuetam Triumphi ſpeciem effigiata, quae videri poſſunt, inſpicienda fruſtula, per exteriora illius Eccleſiae moenia inordinatim diſpoſita, nec non inversè quandoque infixa; quum grandiora & ſpectabiliora tantae molis reliqua quotidianae ac familiari quoruncunque inibi circumſtantium, marmorum neceſſitate actorum, impiae depraedationi impunè ceſſerint.

Sed quae cauſſa ad dedicandum COMMODO tam nobile Aedificium antiquiſſimos Majores tunc noſtros impulit? Quodnam munus ab eo ſuſceptum, à quo nemo ſe fuiſſe unquam beneficio affectum gloriari potuit? Num fortaſſe tum extantes etiam, neque ex integro extinctae falſae religionis reliquiae erga nimiùm ab ipſis dilectam Iſidem, ab hoc Imperatore eouſque renovatae & auctae, ut in majus ejus obſequium ipſe ſibi *caput raderet, atque Anubim portaret?* immo ut ipſos vel *Iſiacos pineis uſque ad perniciem tundere cogeret, quumque dum Anubim portaret, capita Iſiacorum obtunderet ore ſimulacri?* Ael. Lamprid. in Com.

Interim binas, quas hîc deſcriptas ſubteximus, ejuſdem Arcus quiſquilias, illinc caſu ad nos profectas, humaniſſimum Lectorem noſtrum aſpicere ne pigeat.



V CA-

## CAPUT V.

### Inſcriptus Lapis olim Bononiae, Ap. Claudio Cenſorino poſitus.

INſcripta Marmora inconſtantis Fortunae viciſſitudines & ipſa quandoque ſubire, ſicuti agnovimus in antea-cto Lapide Commodiano, per tot ſecula in hanc uſque diem adeo religiosè cuſtodito, ita, oppoſitâ prorſus cataſtrophe, idem experiri nunc cogimur in eo, quod AP. CLAVDIO CENSORINO, in agro Bononienſi fuiſſe olim evectum creditur, quum tamen à nemine unquam conſpectum fuerit, & ſi ab omnibus aſſertum. Idem Trebellius Pollio, dum ejus exiſtentiam aperit, tenorem his verbis operit:

In Trigin. Tyrann.

*Extat eius Sepulchrum, in quo grandibus litteris circa* BONONIAM *inciſi ſunt omnes eius honores, ultimo tamen verſu adſcripto:*


FELIX AD OMNIA INFELICISSIMVS IMPERATOR

Quo circa, quum in pleniori ejus inveſtigatione omnis mihi labor in irritum hucuſque reciderit, ne ad eundem ſcopulum navem offendam, ad quam Montalbanum ſuam afflixiſſe comperio, dum hoc Sepulchrum ad Arcum Veterem, vulgò l' *Arco-vegio*, ſtetiſſe quondam ſomniavit, ac ejus Inſcriptionem ſibi effinxit, id neceſſario obvolutum ſilentio in medio relinquam.

CA-

## CAPUT VI.

*Columna Inſcripta, Conſtantio poſita, primo ab urbe lapide, ad quoddam trivium in Communi dicto* Bertalia.



Nunc Reſtaurata à Io. Maria Callegario, cohaerentis praedii, ac ejuſdẽ Oratorii, ubi clauſa aſſervatur, domino.

Reuocata in rectum, & integ character ſic legitur.

D·N·FΓVALERIOCO
NSTANFHOPIOFELL
CTΓNVICΓO AVG
F LVALERICONSIANΓI,I
IVIAGVSIIPIIΓIEIQ
BONORET·PNATO

A Deplorato ſuperioris amiſſae Inſcriptionis damno vix ea ſe ſubtrahit, quam praeſens Columna in ſe detegit, nedum inverſè poſitam, ſed etiam peſſimo ita charactere, foeculentâque ſequioris ſeculi barbarie infuſcatam, ut cui nam verè è duobus Imperatoribus, an Conſtantio an Conſtanti adſcribi debeat, diſtingui haud poſſe videatur. Alidoſius noſter, qui ad nativam ac germanam lectionem eam reſtituere contendit, in quatuor tantùm verſus eandem diſcriminans, vocemque AVG. e tertiâ lineâ ſibi excidere non animadvertens, CONSTANTIO quidem ab initio eam tribuere monſtrat, ſed ſucceſſivè à CONSTANTE pariter eandem non declinare ſic oſtendit:

*Inſtr. delle coſe notab. di Bolog. pag. 67. 3.*

D. N. FL. VALERIO. CONSTANTIO
PIO. FELICI. INVICTO. FL. VALERIO
CONSTANTI. DIVI. AVGVSTI. PII
FILIO. BONO. R. P. NATO

Et ſanè ſi volumus, ut omnis ratio poſtulat, eam fuiſſe CONSTANTIO dicatam, turbat non parùm adjunctus eidem illicò CONSTANS, tot annis ante è vivis ereptus, quàm CONSTANTIVS, Gallo interfecto, Tiranniſque caeteris undique ſubactis, ad Romam iter adornaturus, Bononiam Mediolano venerit, hocque ſuo adventu aequiùs Inſcriptae huic Columnae cauſſam dederit.

Pomp. Laet. Io. Bapt. Egnat. in ejus vit.

Si

Si verò Ciccarellum attendere velimus, exiſtimantem, eam potiùs erectam CONSTANTI, *che dopo*, ſcribit ipſe, *hauer vinto i Goti, guereggiato co gli Alemanni, e rimeſſi nella Germania, ne ritornò in Italia, & in queſto ritorno fece alcuni fauori a Bologneſi, ond'eglino, per moſtrarſene grati, gli drizzarono vna colonna con queſte parole*: D. N. FL. Valerio Conſtantino Pio Felici invicto FL. Valerio Conſtanti Divi Auguſti Pij Filio bono R. P. *la quale colonna*, ſubdit, *quando noi quindici anni ſono, ſeguiuamo i noſtri ſtudij in quella Città, poco meno di vn miglio lungi da eſſa ſi vedeua ancora*: quare non ergo in Iſcriptione praetulit, ſicuti aetate illum anteibat, CONSTANTIO CONSTANTEM, cui primas deferre hìc vellet is Autor? Vit. Imperat. pag. 290.

Vel inde colligamus ergo, utrique eorum Columnam fuiſſe inſcriptam, & CONSTANTIO prius, uti adhuc vivo, & ſucceſſivè CONSTANTI mortuo quidem, ſed adeò huic ſuperſtiti fratri conciliato, ut ad ejus vindicandam necem, praeter tot egregia alia facinora, Magnentium bis vicerit, adque ſpontaneum interitum adegerit. Vel ſcrutemur inde, num lapicida in ipsâ literarum inciſione, pugilare non aſſequutus, pro CONSTANTINO patre, CONSTANTEM incautè invexerit, quod indicare non inopportunè videtur deſiderata ibi omnino inter fratres copula ET, poſtremòque appoſitum τῷ FILIO, quod relativum eſſe patri nemo non negaverit. Quapropter ſuppoſitum à nobis autographum, verè ſic ſe habere forſan debuerit. D. N. FL. VALERIO. CONSTANTIO. PIO. FELICI. INVICTO. FL. VALERII. CONSTANTINI. DIVI. AVGVSTI. PII. FILIO. BONO. R. P. NATO. Pomp. Laet. in vit. Magnen. Io. Bapt. Egnat. in vit. Conſtātin. Conſtantis, & Conſtantij.

Sic aliàs & alibi, quum inſcriberetur Criſpo, alio ex primâ ejuſdem Conſtantini Magni uxore infeliciſſimo filio, additum ei videmus patris nomen, immo & avi, hoc modo:

Ro-

CCLXXXIV . 7.

*Romæ, in atrio, hortove domus Card. Cęſij. in baſi.*

FLAVIO . VALERIO . CRISPO
NOBILISSIMO . CAES . FILIO
CONSTANTINI . MAXIMI
ADQVE . INVICTI . SEMPER . AVG
ET . NEPOTI . DIVI . CONSTANTI
OVINIVS . GALLICANVS . V . C .
PRAEF . VRB . ET . IVDEX . SACRARVM
COGNITIONVM . DEVOTVS
N . M . Q . EIVS


Et hinc conjicere liceat, cur CONSTANTIVS iſte, non IVLIVS, (ut frequentiùs habent priſca numiſmata & Lapides,) ſed VALERIVS potiùs in praeſenti hac Columnâ noſtrâ appelletur; quia ſcilicet, ſi Bononienſibus juſtiùs ac laudabiliùs viſum tum fuit, more Imperialium verè Inſcriptionum dignioris ſeculi, tanti patris nomen notum facere eidemque adjicere, quum communiter VALERIVS CONSTANTINVS nominetur pater, cur non VALERIVS CONSTANTIVS, ſed IVLIVS CONSTANTIVS appellabitur filius? Secus verò ubi iſtius tam MAGNI, immo MAXIMI Patris non adjiciatur nomen, ſed ſolus ſibi haereat filius, quo caſu IVLIVM ad omne ſui libitum ſe dicat, prout opportunè appellatum eum legimus in columnâ, huic noſtrae non abſimili, extra Forumlivii, in viâ Ravennate, loco, vulgò *la Pieve dell' Acquedotto*, ita:

IMP. DN
FL. IVLIO. CONSTANTIO
NOBILISSIMO. CAES.

CA-

## CAPUT VII.

*Columnae marmoreae Magnentio poſitae, ejuſque nomine circum ſcriptae Fruſtum, in Atrio ornatiſſimarum aedium DD. de Bologninis, ad Plateam D. Stephani.*




Su-

SUpradictae *Conſtantii* Columnae haec altera jure ſubnectitur, ſi non eodem diſtorto ac inaequali charactere monſtruosè deturpata, parùm quadratis tamen, neque admodum elegantibus ſiglis, quibus & ipſa ſcatet, inſcripta. Elogium oſtentat MAGNENTII, novem verſibus diſcretum, quorum medietas à poſteriori parte ſuimet peripheriae occultata, anteriori quam cernimus adjecta, ſic junctim ac integrè legitur:

LIBERATORI ORBIS
ROMANI·RESTITVTORI
LIBERTATIS.ET·R·P·CON
SERVATORI·MILI
TVM·ET·PROVINCI
ALIVM·D·N·
MAGNENTIO
INVICTO·PRIN
PI VICTORI R?
V I I I.

Poſt

Poſt Gruterum ergo, à Welſeri ſchedis fraudatum, fallitur quoque Alidoſius noſter, quinque tantùm lineis Epigraphem nedum deſcribens, ſed etiam in earum primâ ſuo marte addens VRBIS, quâ certè voce Marmoreum iſtud Idiographum carere cernimus, ut Excellentiſs. Spon, à Domino meo Co: Valerio de Zanis admonitus, alicubi animadvertit. CCLXXXI. 10. Pag. 70. Voyage d'Ital. &c. tom. 3. pag. 60.

Ob immoderatam propenſionem, ac inde praecox nimis ſtudium, quo ſpectabiliores Romanorum Coloniae ſeu praeſtantiora municipia exceſſere quandoque in plaudendo ſtatim Imperatoribus, ab aliquo exercitu tumultuariè acclamatis, non rarò fiebat, ut antequam Romae probaretur militaris electio, dictis in municipiis erecta conſpiceretur Inſcriptio; quod tali ut plurimùm inſtruebatur ſollertiâ ac ardore à Veteribus noſtris, ut paullò ante viderimus quid ſimile actum in hoc agro noſtro *Cenſorino*, triginta Tyrannis annumerato, vixque poſt ſeptimum Imperii ſui diem ab iiſdem militibus interempto. In hac ergo MAGNENTII id uſuveniſſe ſuſpicor; dum praeter Senatores ipſos ab eo tam malè habitos, *Conſtantis* ejus dolo interfecti alterâ Imperii parte ingratè non ſecus ac injuſtè occupatâ, alteri, quam haereditario jure poſſidebat *Conſtantius*, avidè inhiabat, donec bis fractus, ac denique, tot tantiſque *Romani Imperii viribus conſumptis, ad quælibet bella externa idoneis, quæ multum triumphorum potuiſſent ſecuritatiſque conferre*, victus ac fugatus, voluntariâ ac deſperatâ ſui ipſius caede occubuit. Ciccarell. Vit. Imp. Pomp. Laet. in Magnent. Eutrop. lib. x. idemq; Aurel. Victor. CONSTANTIVS GALLVS.

Qum igitur Tyranni aequiùs quàm Imperatoris nomen ſibi comparaverit, neſcio an ejus nomen ullâ Inſcriptione inſigniri meruerit: video ſiquidem Gruterum, ut aliquâ ſaltem hujus Principis Epigraphe ſuum augeret volumen, hanc eandem à nobis Bononienſibus mendicaſſe, cui vix ea conſentiat, ſi Diis placet, quam modò extra Forum Livii *Conſtantio* praedicto erectam oſtendebamus. Tantam enim ſimilitatem cum hac noſtrâ praetendit, ut ambas gemel- Pomp. Laet. ibid. CCLXXXII. 10.

mellas potiùs quàm germanas dixeris; hoc eſt cùm ab eodem thematis autore, tum ab eodem Lapidis inciſore ſcalptas. Sic & ipſa ſe habet:

LIBERATORI
ORBIS·ROMANI
RESTITVTORI·LIBERTATIS
ET·REI·PVBLICAE
CONSERVATORI·MILITVM
ET·PROVINCIALIVM
DOMINO NOSTRO

VICTORI·ET·TRIVMPHATORI
SEMPER·AVGVSTO

NOBILISSIMO·CAES.
FL. IVLIO CONSTANTIO
IMP. D. N

Non contenti Foroliuienſes abraſionis ignominiâ ab ſe MAGNENTII eliminaſſe nomen, reliquum Inſcriptionis

nis invertere ac terrâ figere ſtatuerunt, ut in alterâ quae ſuperextaret Columnae parte ſucceſſoris legitimi ac dignioris, *Conſtantii* inquam, ſcriberent nomen, ut actum cernimus. Debet ergo ſupponi humo fixum abraſum MAGNENTII nomen cum reliquâ Inſcriptione, ut illud *Conſtantii*, nunc indebitè inverſum, ſuo loco redeat, ac ita dirigatur ut legi valeat. Et tunc ſtupor evaneſcet doctiſſimi unà ac piiſſimi Praeſulis Boldonii, qui hujus caſus ignarus, Principis eiuſdem nomen inverſum intuens, eleganti ſſimè more ſuo ſcripſit, quod quiſque *primo aſpectu mirabundus facilè hæſerit, ni corruptela ſeculi inſpecta, materiam protinus ſubtrahat admirationis*. In ſua Epigraph. pag. 626.

## CAPUT VIII.

*Eadem Columna, de quâ ſupra actum Capite VI. ſed iterum inſcripta Magno Maximo &c.*



Haec

DD NNAN ASN
FT ELVICTORLII...
CECPVS PERI FT...
SEMPFRAVC...
...BOIIRPNII VI...

Haec eſt tertia Columna apud nos Imperiali nomine ſuperbiens, & quae pariter creditur tertia ex iis Inſcriptionibus, quas totaliter periiſſe ab initio diximus. Hodie ſiquidem primo ab urbe lapide, ubi eam prius ſtetiſſe ajunt, eandem fruſtra quaeri blaterant; non ſecus atque binae illae verè deſiderentur, quarum primam *Triumviris* ad Lavinum noſtrum, alteram circa Bononiam *Claudio Cenſorino* fuiſſe collocatas advertimus.

Remanſiſſe idcirco ejus fidem apud Autores aſſerunt, De Occidental. Imper. quorum primus Sigonius de *Occidentali Imperio*, alter lib.9. Ciccarellus in *Imperat*. *Vit*. tertius denique eruditiſs. Rei- Pag. 326. & neſius in *Syntagmate Inſcript*. *Antiquar*. ubi tacitè ap- ſeqq. Claſſ. tertia. plaudens huic Inſcriptioni noſtrae, uti omnibus aliis dili- LXIII. gentiori, immo ipſis antiquis numiſmatibus abſolutiori, quorum nullum hucuſque id habet, legit τὸ C, CLEMENTI, dum ſic ſcribit:

*Bononia ad primum ab Vrbe Lapidem*

D. D. N. N. MAG. C. MAXIMO
ET. FLAV. VICTORI
PIIS. FELICIBVS
SEMPER. AVGVSTIS

*Magnus Clemens Maximus is qui interfecto Gratiano AVG. Imperium invaſit, & FL. Victorem filium Cæſarem fecit, vinctus à ſuis ad Theodoſium A. in campis Aquileiæ du-*

*ductus carnifici plectendus traditus eſt. In numo apud ſtradam Flavius Magnus Maximus; in libris ſolùm vel Maximus vel Clemens Maximus. V. Epon. V. Clemens & Maximus.*


Sed revera reperitur hodie, & eodem loco ſupra enunciato collocata, & foediſſimo charactere, quo ſcalpta cernitur, deformata, & eo ſemper modo, quo aliàs viſum, inversè nunc poſita. Eſt inquam eadem prorſus Columna paullò ante Cap. VI. relata, quae nimirum, ſicuti in anteriori ſuae peripheriae parte, intuentibus ſtatim obviae, exhibet jam dictum *Conſtantii* elogium, ita in alterâ mediâ ſui rotunditate, prædictae oppoſitâ, tot Autoribus ea ignorantibus latentia, continet hujus MAGNI MAXIMI ET FLAVII VICTORIS ejus Filii nomina.

At quum ipſius hodie pars olim ima, nunc ſuperior effecta, ut Redemptionis noſtrae Signum in ſe poſitum nobis ritè adorandum praebeat, hanc nuperam Inſcriptionem, literis quas perperam vocant Goticis ita exaratam, praetendat:




Et

Et quae integra ſic aegrè legitur:



eam propterea, (ne, contra ſancitum inter nos foedus, manum in alienam meſſem conferam) Excellentiſs. in docendis Legibus collegae olim meo Franciſco Mariae Bordocchio, recentium Inſcriptionum noſtrarum in dies edendarum ſolertiſſimo Collectori, relinquo.

Pro colophone potiùs addere juvat mutuum ſtudium, quo poſteriores etiam Imperatores iſtos & Bononienſes inter ſe quandoque certaſſe animadvertimus: nam ſicuti ſupra habuimus in *Conſtantio* che *nel ſuo ritorno in Italia fece alcuni fauori a' Bologneſi, ond' eglino per moſtrarſegli grati, li* Ciccarell. ibid. pag. 290
*drizzarono vna Colonna &c.* ſic in praeſentiâ de hoc ſubditur: che *quelli che più honori fecero à Maſſimo furono i Bologneſi, i quali oltre il reſto, gli drizzarono vna Colonna, che* Id. ibid. pag. 328.
*vn miglio lontano dalla Città ancor ſi troua & à Vittore ſuo figliuolo poſero queſto titolo* DD. NN. Mag. C. Maximo & Fl. Vittori pijs felicibus ſemper Augustis Bono R. P.

CA-

## CAPUT IX.

### *Inſcriptiones poſitae Magiſtratibus, ſeu Officialibus Municipalibus jus dicentibus, ut fuerunt Decuriones, Seviri, & ſimiles.*

CAeſarum ſeu Imperatorum, de quorum nonnullis ea quae licuit eſt habita mentio, ſuprema majeſtas ac plenum dominium, inferiorem Magiſtratuum in ſingulis Civitatibus dominationem, temporaneumve imperium nunc ad ſe vocat & attrahit. Quo enim pacto Romae Conſulibus, Tribunis plebis, Praetori, atque ſimilibus primae deferebantur, eodem in Coloniis ſeu Municipiis II Viri. IIII Viri, vel VI Viri primatum obtinebant. At quoniam iſti è numero Decurionum ſeligebantur, ut his paucis a-ſtruit Panvinius: *Ex Decurionibus ſingulis annis duo vel quatuor viri omnium ſuffragiis creabantur, iuxta Coloniae magnitudinem ſeu parvitatem, qui II viri, vel IIII viri I. D. ideſt juridicundo vocabantur. Hi Conſulum & Prætorum ſpeciem repræſentabant;* propterea duo in praeſenti Capite indaganda ſe nobis offerunt: Utrum ſcilicet apud nos verè exiſteret hujuſmodi Decurionum Collegium: & num ex dicto Collegio ad juſdicendum deſumti, Duumviri eſſent, an verò Quatuor, an tandem Seviri.

Antiq. Veronen. lib. 2. cap. 12.

Et quoad primum, an Decuriones habuerit Bononia, nullus eſt dubitationi locus, quum cunctae Coloniae, Latinae praecipue, immo omnia Municipia, inter quae praeſertim connumerabatur Bononia, jus haberent hos creandi ſibi Decuriones, qui idem erant quod Romae Patres ſeu Senatores. Et quidem horum apud nos exiſtentiam, ut in pauca rem conferam, evincit Marmoreus Cyppus, cujus deſcriptum ad fidem ectypum, poſt Gruterianas nec non Alidoüanas Inſcriptiones, mihi detegere ac adinvenire da-

ut docet Feſtus de Verb. Signif. verbo Municipium

MLXV. 4.

tum

tum eſt nuperrimè in Bibliothecâ Vaticanâ, beneficio Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Domini mei Praeſulis à Schceleſtrate, in quodam liberculo Inſcriptionum in unùm coactarum à nobili populari meo, ducentis ab hinc ferè annis conſcripto, hoc pacto:

*Inſtrutt. delle coſe di Bologn. pag. 77.*

In 4. extra ſignat. num. 5238. pag. 3.

*Haec reperta juxta torrentem Rauoni: & empta à me Iacobo Lilio. Poſui in Suburbano mei, cuì Lilii nomen impoſui.*

I . R
C. VIBIVS
VERECVN
DINVS
V . S
L. D. D. D

Quum enim Iunoni Reginae C. VIBIVS VERECVNDINVS Votum Solviſſet, Locum ubi Cyppum id manifeſtantem poſuit, ſibi conceſſum ſeu Datum fuiſſe Decreto Decurionum accuſans, prout conſuetae hae quatuor contractae literae ſeu notae, in calce Lapidum de more inciſae,

 in-

innuunt, tacitè ſimul nos docet, Decuriones ergo nos apud extaſſe.

Quoad ſecundum verò, num inquam ex iſtis penes nos Decurionibus, Duumviri eſſent, an verò Quatuor, an tandem Seviri, qui ad jus reddendum ſeligebantur, videtur mihi aequè facilè dijudicandum. Quandoquidem ſi è vario ejuſdem Patriae noſtrae ſtatu, non unquam tamen non ſpectabili, ſemperque admirando, id metiri liceat, quòd Seviris potiùs quàm Duumviris ipſa paruerit, argumenta non deeſſent.

Primum eſſet, religiosè ſervanda nativa Majeſtas priſca, quâ ſe praeſtiterat olim Bononia Etruriae Regiam, totiuſque Galliae Ciſalpinae, ſeu togatae cis Padum, Metropolim, à quâ exinde, ne funditus hoc vel poſtremo annuorum Dominantium fluxu decederet, pleniori calculo conſpectiores hos ſibi Magiſtratus decerneret.

Eſſet alterum, ampla Comitatus Felſinei dimenſio, cui major aequè tranſmiſſorum Româ Colonorum reſponderet numerus, grandiorque diviſi inter ipſos agri concordaret portio, huic priùs quàm finitimis urbibus, in eas deducendas Colonias, attributa; ſiquidem, ubi Mutinae ac Parmae, inclytis urbibus, duo millia Colonorum, octonaque & quina iugera tantùm obtigere, Bononiae tria millia militum, eorumque plurium ex ordine equeſtri, quinquagenaque, & ſeptuagena jugera emenſa ſunt.

Liu. lib. 37. in fin.

qui in bello Parthico, ex rapinâ Signi aurei cujuſdam Numinis ſibi adſcripti ac in rem ſuam verſi, dives factus, Auguſtum ipſum domeſticâ quidem, ſed regali excaepit coenâ, quam non minùs peregrinis dapibus opiparè condidit, quàm lepidi ſermonis, per haec verba à Plinio relati, ſale conſperſerit: *Scitumque narratur dictum* VNIVS VETERANORVM BONONIAE *hoſpitali Diui Auguſti cæna cum interrogaretur, eſſet ne verum, eum qui primus violaſſet hoc Numen, oculis, membriſque captum expiraſſe. Reſpondit enim tum maximè Auguſtum de crure eius cænare, ſeque illum eſſe, totumque ſibi cenſum ex ea rapina eſſe.*

Quis autem eſſe potuerit, quomodove appellari iſte Miles, quis eſt qui divinare valeat? Dominus meus, multis nominibus de me optimè meritus, D. Valerius Co: de Zanis, qui, tum Eccleſiaſticâ, tum profanâ eruditione conſpicuus, primus & ipſe omnium hunc Plinii locum, unà cum aliis non paucis, à noſtris annalium Conditoribus hucuſ-

que non libatis, adnotavit, de hoc per otium à me quandoque requiſitus, nihil certi definire eſt auſus. Si in re tam obſcurâ conjecturis uti licet, quid prohibet quin credamus, hunc quempiam cenſendum fore è Militibus Felſineis, quos ſecutos fuiſſe M. Antonium Triumvirum ſuis in militaribus expeditionibus, per Aſiam praecipuè, eſt credendum? Hos inter autem, praeter à me aliàs demonſtratos noſtrates *Calpurnios*, quamplurimos alios extitiſſe Bononienſes, quis inficias eat, dum hanc Civitatem ſub clientelâ Antoniorum degiſſe dictum eſt alibi, referente Svetonio hiſce verbis: *Bononienſibus quoque publicè, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus ſuis?* Quod ignorans, ſeu ignorare ſimulans Vidrianus, perperam tradidit, Bononienſes fuiſſe coactos ad recipiendum intra moenia M. Antonium, Mutinae obſeſſurum Brutum, dum immo ad eoſdem Mutinenſes apertos hoſtes comprimendos, eidem tanquam patrono ultrò occurrerunt, eique pluſquam libenter ſe junxerunt.

Per totum cap. 11. Sect. primae.

In Auguſt. cap. 17.


*Hiſtor. di Modon. lib. 1.*

Caeterum nulla me tenet admiratio, quòd non tantùm iſtius VNIVS, quem ob epularum magnificentiam, ſermoniſque urbanitatem, hîc à Plinio commendatum cernimus, ſed quod caeterorum itidem VETERANORVM BONONIAE ab eodem, etſi innominatè, memoratorum, nullum retinuerimus ſignatum nomine Saxum, duobus hiſce vix exceptis, caſuque ſervatis. Alrerum, quod ante populares noſtros, Gammarum ſuis Schedis, pag. 103. verſâ in fin. & Alidoſium, pag. 71. in fin. illud enunciantem *in domo Dominorum de Achillinis*, ac ibidem illud ſtatuentem Grut. pag. DLXIII. 9. viderat, & à vero longè alienum effigiaverat P. Ferrarinus hoc praepoſito titulo:

In ſuo Antiquario M.S. pag. LX.

*Ex.*

*Ex. Bononiam, in loco dicto* a Caſecchio. *Caſalecchio.*




Alterum, quod ita refert idem Gruterus:

MCII. in fin.
*Ravennæ Apud S. Mariæ in Portu.*

Lucius *nelle Memorie di Traù*, ponit Salonæ, pag. 25.12.

T. CVRTIACVS. T. F. LEM
BON. VET. LEG. VIII. C. P. F
H. S. EI. F. L

nam ſic illud integrè lego:

Titus CVRTIACVS Titi Filius LEMonia
BONonia. VETeranus. LEGionis Octavae Claſſicae Piae,
Felicis, ſeu Fidelis.
Haeres Suus EI Fecit. Libentiſſimè

Etſi poſtremas has notas, loco diſertiſſimi Scaligeri, qui eas inexplicatas reliquit, ita interpretetur acutiſſimus Eques Urſatus: In indicib. ad Gruter. De Not. Romanor. pag. 214. col. 1. in fin.

Hoc Sumptu EIus Fieri Legavit.

 CA-

## *CAPUT VI.*

### *Duae Inſcriptiones Militares apud nos adhuc exiſtentes, ſed quovis nomine vacuae: Et Fragmentum ſimile penes Grut.*

NAtivi lapidis, è Felſineis cryptis, ad priſcorum olim Epigrammatum opus effoſſi, teneritudo ac fragilitas: Extraneorum marmorum, ingenti vix ſumtu ad eundem uſum non ſemel huc advectorum, raritas, ac in dies urgens neceſſitas: Atavorum denique noſtrorum has erga venerandae Antiquitatis reliquias ſocordia & contemtus, in deplorabile Vetuſtarum Epigraphum excidium unanimi foedere conjurarunt. Quòd ſi nonnullae, ob propriae molis exiguitatem, quam antedictae Veteranorum binae referunt, ad aliquem recentem uſum, ſeu & veriùs abuſum ineptae, inſcias nec non impias marmorariorum, ſeu murariorum manus effugerunt, aut muniendis viis, Aedilium juſſu, ſtratorum malleo ſe ſubtraxerunt, adeò ut plurimùm corroſae, adeò mutilae ſe ſe offerunt, ut quid antiquitus loquerentur, ſaepe aſſequi ſit arduum. Id liqueat ex infraſcriptis duabus ab Alidoſio noſtro collectis, quae pauca fortuitò ſervantes indicia Militarium munerum, quibus ibi quondam nominatos claruiſſe deſignatur, in earundem declarandarum deſperationem me penitus inducunt:

*Vicino alla Muraglia della porta Santa della Chieſa di S. Stefano.*

........................ .. ........................................
.......... NONIS ........................................
.......... RNAT . TRIBVN ....................
.......... CONIVX . MOX ....................
.......... M . VIXIT ................................

XX

......XX............

......FLAVIA. LV............

......MVNIC ...... TANDO............

...... PRENVN. DE. PRO............

... VITA .. EDES.......

*Eadem quae ſupra adducta Sect. Quarta. Cap. IX.*

............

ENTICO. L. Q. F. C. B
PRIM. PIL. PRAEF. EQ
VIR. I. D
PIL. III. TRIB. MIL. PRAEF
AEF. FABRVM
QVINQ. POTEST
ICVS. DE. P. S. D

Quid enim prodeſt, harum primam in ſecundo verſu RNAT. TRIBVN...... Equo publico exornato TRIB uno militum, ſeu cohortis integrè habuiſſe, ut in ccccxv. 3 ccccLIV. 10 DLIII. 6. apud Reineſ. Claſſe Sexta LXVII. & ſimilibus?

Quid in alterâ (cujus primas illas quatuor notas Q. F. C. B. ſeu poſtremas binas, autoritate Scaligeri fultus, ſic legit Urſatus: Quinti Filius Colonia Bononia) PRIM. PIL arem ibi nobis indicari, qui fuerit pariter PRAEF ectus Equitum, IIIIVIR ſeu VIVIR Iuri Dicundo: iterum PRIMi PILaris Tertiùm, TRIBunus MILitum, PRAEF ectus FABR orum, QVINQuenalis POTEST atis, quotiens nomen, gens, familia eorundem ignoretur? De Not. Roman. pag. 66. col. 2. in fin.

Hoc eodem injuſto detriti nominis damno carptum noſtratem alium Militem moleſtè ferimus, inter eos connumeratum, qui aere proprio tribunal quondam excitari, ibique ſedem locari juſſerunt; dum diſciſſo à latere Marmore, ubi deſcripti leguntur caeteri, vix remanſit Comilito-

nis

nis hujus poſtrema cognominis litera, ejuſque patria, nobis ita eum innuens:

CLXX. I.

SERGIO. PAVLO. II. COS
RIB V. SEDEM. EXTRVCTO. TRIBVNALI
RIO. MILITES. INFRA. SCRIPTI FECERVNT

| | |
|---|---|
| ITE. COS ... | SEX. BOLANIVS. QVINTIANVS. TAR |
| TVS. PATAV | M. TINTORIVS. KALENDINVS. CAPVS |
| A. BONON | P. FABIVS. SATVRNALIVS. PATAVIO |
| NE. COS | Q. ROMANIVS. CHARITO. MEDIOL |
| FIDENT | M. BRITTIVS. SECVNDVS. NEPE |
| | STRATO. BERVA |

CA-

## CAPVT VII.

### *Tres alii Milites Bononienſes, quorum primi duo mutili, tertius integer: Ex Inſcriptione Gruterianâ quae habetur ſub Pag.* CCCI.

Elapſo Gruteri Fragmento affinem quodammodo ſe oſtendit ingens ejuſdem Collectoris praecipui enunciata Inſcriptio, quae vel ipſa à parte dexterâ mutila, inter alios Armigeros homines, quorum publica oſtenſio contigit Romae ſub Imperio Claudii Tiberii, vix nobis contemplandos reliquit . . .

ICIVM BONONIA

&

SOSSIVM BONONIA

ex unà parte, ex alterâ verò

SP. L. ATILIVM TERENTIANVM BONON.

ut è dicto grandi Marmore, extra Romam quondam reperto, deſumitur. De duobus ergo hiſce primis Militum nominibus, ſucciſis, ut patet, ac è Lapide in totum ferè obliteratis, irrita prorſus quaelibet indagatio. Quid enim animadverſione dignum è puris putis cognominibus deduci poteſt. Praeſertim quum ICIVS non ſit cognomen integrum, ſed medietas tantùm, pluriumque pro arbitrio cognominum terminatio? SOSSIVS verò, hoc loci cognomen integrum, inter cognomina minimè reperiatur poſitum, ut è Gruteri Epigrammatibus, queis, ad validiùs probandum *Soſsium* dumtaxat ſonare nomen, nunquam autem cognomen, ſequentia bina, à me nuperrimè Romae exſcripta, adduntur?

*Villa.*

*Villa Pamphilia.*

D. M
Q. SOSI
EVANGELI

D. M
SOSIAE
Q. L
IRENE

*Villa Cinquinia,*
*In Via Numentana*

D . M . S
Q. SOSIO HELIODORO
FILIO DVLCISSIMO
KARISSIMOQVE
AC PIISSIMO IN
FANTI KARISSI
MO. Q. V. A. VI. M. XI

Quod ſi nomen hîc eſſet τὸ SOSSIVS, quantâ ego pleniori fiduciâ argumentari auderem, eundem ab illis SOSIIS proceſſiſſe, quos conterminae nobis Mutinae habuiſſe domicilium, in praeſens adhuc hae binae teſtantur Epigraphes:

*In Turri Geminiana.*

V
SOSIA. Ɔ. L
AMARYLIS

*Ad portam*
*D. Barnabae.*

SOSIAE Q. F. HE
RENIAE MATRI ET
SOSIO FELICIANO
ALVMNO EIVS
SOSIVS PTOLOMAEVS
FIL

Tutiùſque ac audaciùs SOSIVM illum huc advocarem, quem

quem inter caeteros Bononienſes laudati modò M. Antonii aſſeclas, claſſis maritimae ad Actium à tanto Triumviro inſtructae, praefecturam geſſiſſe notat Paterculus. Hiſtoriar. lib. 2.

His itaque dimiſſis, in tertio tantùm & completo Militis nomine non pauca lubentiùs veſtigemus: Scrutemur inquam eorundem ATILIORVM militare decus, idem è Marmoribus expiſcando, quae infraſcripta ſunt:

DXXIII. 5.

L. ATILIO. L. F. CRESCENTI. VET.
AVG. MISSO. HONESTA MISSION
EX. COH. VI. PRAET.
L. ATILIVS, PROPHIMVS. ET
L. ATILIVS. EVTYCHES. LIB
EL. HEREDES. PATRONO. OPTIMO
ET. BENE. MERENTI. DE. SE. FECE
RVNT ET. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE
EORVM
HOC. MONVMENTVM. EXT. HERED
NON. SEQVITVR. NEC. HEREDES
MONVMENTVM

DXXIII. 7.

IN AG. P. V. IN. FR. P. VI
Q. ATILIO. FES
TINO. MIL. COH
X. VRB. 7. VINDICIS
VIX. AN. XXI. M. VIII
D. IIII. MIL. III. ATILIVS. FES
TVS. ATILIA. VRBICA
PARENTES. INFELICIS
SIMI. FILIO. PIENTISSI
MO. FECERVNT. SIBI. SV
IS. LIB. LIB. Q. P. E

LIB ertis
LIB ertabus
Que P oſteriſque E orũ.

DXXIII. 8.

L. ATEILIVS. C. F
STELLATINA
MILES. PRAET
ORIANVS
C...ORTE. III

DXXIII. 6.

C. ATILIVS
C. F. POM
CRESCENS
MILITAVIT. LEG. IX
ANNIS. VIIII
TRAIECTVS. IN PRAETORIVM
COH. V. PR
MILITAVIT. ANN. III

COH ortis. V. PR aetoriae.

Verùm ne aſſeclam Marmorum praetereamus hiſtoriam, juvat addere quaedam egregia ATILIORVM facinora, ab Autoribus certatim celebrata; ejus ſcilicet Sex. ATILII Serrani, qui à Senatu Romano Veronam miſſus, exitioſam litem Ateſtinos inter & Vejcentinos, de finibus implacabiliter contendentes, componere potuit; quò reſpexit hoc Saxum: Vrſat. Monu. Patav. pag. 102.30.

CXCVIII. 6.
SEX. ATILIVS. M. F. SERRANVS
PRO, COS. EX. S. C
INTER. ATESTINOS. ET VEICENTINOS
FINIS. TERMINOSQVE. STATVI ſe
IVSSIT

Ejus C. ATILII, qui aegrè ferens victorem quendam gallum ei barbam permulcentem, vehementi ſcipionis ictu eodem percuſſo atque irritato, trucidari ab ipſo maluit, quàm talem Romuleae ſoboli indebitam pati injuriam: Ejus C. ATILII, qui navali ad Maſſiliam praelio, hoſtium navim dextrâ corripiens, hâc truncatâ, eandem iterum levâ apprehendit, nec antequam occuparet, victor dimiſit: Ejus M. ATILII Glabrionis Cos. qui è praelio refugientibus in caſtra militibus aciem ſuorum oppoſuit, affirmans, ſecum & cum bonis civibus dimicaturos eos, niſi cum hoſtibus maluiſſent: Ejus M. ATILII Reguli, qui ab inimicis, à quibus captus fuerat, ad Senatum Romanum de pace ſtatuendâ ac impetrandâ miſſus, eam potiùs diſſuaſit, reverſuſque Chartaginenſium iniquiſſimis torturis ſe ſe offerre, quàm decus patriae contaminare maluit, quare Horatius:

Valer. Max. lib. 3.

Id. eod. lib. Sveton. in Vit. Cęſar. Frontin. lib. 2 ſtratagem.

Lib. 3. Od. 5. Vide Sil. lib. 6.

*Fertur pudicæ coniugis oſculum,*
*Paruoſque natos, vt capitis minor,*
*A ſe remouiſſe, & virilem*
*Toruus humi poſuiſſe vultum,*

*Donec labanteis conſilio patres*
*Firmaret autor nunquam alias dato,*
*Interque merenteis animos*
*Egregius properaret exul.*

*Atqui ſciebat quæ ſibi barbarus*
*Tortor pararet, non aliter tamen*
*Dimouit obſtanteis propinquos,*
*Et populus reditus morantem &c.*

Vir-

Virtutis ergo tot atavorum fortaſſe ſuorum nequaquam immemor ATILIVS noſter, Militiae & ipſe nomen dare voluit, Armigerique praeconio ea illuſtrare Caenotaphia, quae per Galliam Ciſalpinam noſtram adeo afluenter diſſeminata, Bellatoris titulo alioqui viduata verecundè ſe ſe conſpiciebant. Ita propè obſervare eſt in ejuſdem Provinciae praecipuâ urbe Mediolano, nullo magis alio, quàm Atiliorum nomine feraci, dum in eâdem grandi Civitate haec dat nobis ſpectanda Gruterus: LVIII. 2. & iterum XCVIII. 3. L. ATILIVS PVPINIVS. CCCLXVII. 3. M. ATILIVS PRISCVS. DCXLIX 1. C. ATILIVS IVSTVS DCCXX. 4. & Pucinellus pag. 31. ATILIVS MACRINVS SECVNDVS. MACRINVS PATER. MACRINVS PRIMVS. MACRINA SECVNDIN. DCCLIX 7. & Pucinel. pag. 20. T. ATILIVS TVTILIVS. DCCLXVIII. 2. & Pucinel. pag. 12. & iterum 31. 34. ATILIÆ MANDVILLÆ. DCCCLIX. 3. P. ATILIVS... CRISPVS. DCCCLIX. 6. & Pucinel. pag. 34. C. ATILIVS MARCVS. M. ATILIVS ADIVTOR DCCCLIX. 7. & Pucinel. pag. 39. P. ATILIVS MASCLVS DCCCCXXXIII. & Pucinel. pag. 39. C. ATILIVS SECVNDVS. CIↃXLIX. 7. & Pucinel. pag. 55. in princ. ATILIVS CRESCENS; *Memor. antiche di Milan.*

Quibus, ex dicto Pucinello, in eadem Civitate ſequentia addi poſſunt: *Nelle ſoprad.*

Già nella Collegiata di Galliata.

L. ATILIVS. L. L. PHILENVS
MEDI. SIBI. ET. FABVLEIAE
OPTIMAE VXORI. L. ATILIO
H. M. H. N. S

*pag.* 14
Già nellà Torre di S. Agata.

POLLAE. ATILIAE. SORORIBVS
C. ATILIVS. PO. MILES. PRAE
T. F. I. S
ARBITR. C. ATILI. L. EX

*pag.* 22.
Nella Contrada del Naviglio.

M. ATILIO. SABINO. CONIVGI L;
AEBVTIO. CARPO. AEBVTIAE. CRISPAE
ACILIAE. HELIADI. SODALI. NO-
DECVMO. HILINO. EROTI. T. F. I — Teſtamento, ſeu Titulum Fieri Iuſſit.
Q. NOVELLIVS. DECVMVS
CN. VIRGINIVS. AQVILO
L. AEBVTIVS. CARPVS
PRO. EA. PARTE. QVA. HEREDES
SVNT
F. C. I — Faciendum Curarūt Ipſi ſeu Ibi.

*pag. 27.*
*Refert Norig. lib. 3. c. 8. f. 140.*
Della Nobiltà.

V. F
L. AEBVTIVS. L. F. OVF. KARTO
SIBI. ET. ATILIAE. M. F. LACTILLAE
VXORI
L. AEBVTIO. PLOTO. F. M. AEBVTIO
LVCVMONIS. F. PATRI. NIGIDIAE
M. F. COBRVNAE MATRI

*pag. 24.*
*Refert. Bonar. Caſtill. pag. 27. 28. in Daverio.*

V. F
SEX. ATILIVS. SILENVS
C. ATILIVS. L. F. POLLIO

Quae denique Inſubrum Metropoli concinunt, hae ſunt courbes, ATILIORVM monumentis ſic aequè illuſtres: Ex eodem Gruter. CCCLXVII. 5. *Comi*. P. ATILII SEPTICIANI. CCCCXXXII. 9. *Comi*. ATILIAE PVPAE. CCCCLXXIX. 4. *Novariae*. C. ATILIO. PROSDOCIMO CIↃXVIII. 1. *Novariae*. T. ATILII. VIBIANI. MLXIV. 3. *Coregi agri Novarienſ*. ATILIA POLLA. MCVI. 6. & MCVII. 5. *Parmae*. Q. ATILIVS. RVFVS. DCCXXXVI. 14. *Bergomi*. ATILIA HERMIONE. ATILIVS GALLICANVS. DCCCLIX. 5. & Urſat. Monum. Patav. *Patavij*. Pag. 65. 30. C. ATILIVS LACNES. ATILIA PHOEBAS. *In vico Aponi prope Patauium*. C. ATILIA. PRIMA. DCCLIX. 2. *Veronae* ATILIA MAXIMINA.

*C A-*

## CAPVT VIII.

### *Duo alii Milites Bononienſes, ex hoc Fragmento Baſis, Romae nuperrimè detecto, erumpentes.*

*Littera A. hic toties occurrens, lineâ intermediâ ſemper vacua, V. inverſam refert.*



DVobus Militaribus ſupra deductis è Grutero Catalogis, ubi Noſtratium micare pariter vidimus bello virtutem vividam, haud diſſonum hoc addimus egregium Militaris Baſis Fragmentum, humaniſſimâ communicatione eruditiſſimi Abbatis Fabretti à me itidem conſpectum, neque abſque pingui Felſineae virtutis acceſſione avidè à me perluſtratum. Praeter enim indicatum mihi Militem, qui eſt ut patet,

M. TERENTIVS LEO BONON

ipſe etiam alterum detexi, ita dictum:

C. SERVILIVS VITALIS BO......

qui tanquam in calce Lapidis, obque detritam integram ferè BONON vocem, ſe nobis ſubduxerat, noſtrumque viſum effugerat.

De utroque igitur nomine, quae ſuggerat Romana Hiſtoria, Inſcriptorum praeſertim Lapidum praeſidio ſuffulta, velitum more, leviter percurramus. Et quoad TERENTIAM Gentem, eam fuiſſe plebeiam, monent quidem ſcribentes, ſed ob egregia facinora, ob eximiam pietatem, ob publica munera perſpicuam ſe praeſtitiſſe, non fateri nequeunt.

Egregia facinora, ſi laudabiliora non exaequant, audacioribus ſaltem comparari poſſunt. En C. TERENTIVS ille, qui Trib. Pl. Anno ab V. C. CCXCI. vagantem, ac pro arbitrio liberam in judicando Conſulum licentiam compeſcere nequaquam timuit, lege latâ de VViris creandis, qui illorum decreta ſemel ſancita perpetuò ſervari curarent. En C. TERENTII Varronis vecors audacia, qui ſpretâ toties collegae P. Aemilii, in callidum ſemper Annibalem prudenti, atque unicâ ad eum debellandum, morâ, Cunctatori Fabio adeo proficuâ, foediſſimâ, omnique aevo deplorabili ad Cannas affectus clade, *dubium fecit*, ait Florus, *quin ultimum diem habitura fuerit Roma;* ut tanquam à primis

Liu. lib. 3. Dio. lib. 10.

mis temporibus iiſdem plus juſto diſtantem, ingentem animum TERENTII illius reticeam, qui non dubitavit ſtricto pugione, in totius Orbis Dominum Galbam crudeliter ſaevire. Tacit. ab exceſſ. Neron. lib. I.

Eximia in Numina pietas, quâ hujus Gentis nimius ardor, nec non immodica ad immaniora quaecunque intentanda propenſio temperari videtur, etiamnum durat Inſcriptis Lapidibus per Gruterum recenſitis; praeſertim cccx. 2. et cccxii. 1. 2. 3. è quibus colligitur, ad ſervandum illibatum Virginitatis florem, à terreis ſeculi ſordibus non ſemel ſe abdicaſſe plures Virgines Veſtales ex hoc germine derivatas. Neque abſimilem ſuperſtitioſam religionem ad extremum uſque vitae ſpiritum oſtentaſſe TERENTIAM QVANDAM PVELLAM IVNONI TESTAMENTO PONI IVBENS opificium EX ARGENTI LIBRIS. L. Sic TERENTIA NICE CVM TERENTIO DAMARIONE FILIO SACERDOTE ET TERENTIO DAMARIONE IVN. SIGNVM ET BASIM GENIO FORINARVM ET CVLTORIBVS LOCI POSVIT. Sic TERENTIA RVFINA GRATIAS AGENS AESCVLAPIO SANCTO, eidem D. D. Sic, ut taedium brevitate interpellem, FORTVNAE SANCTAE, ſeu alibi BONAE DEAE SANCTAE VOTVM ſolvit TERENTIA TALVSA. XXXIV. 9. IX. 5. LXX. 4 MLXXII. 8. & antea LXXXII. 1.

Publica denique munera ſeu officia, in Hiſpaniam potiſſimùm geſta, jugiter oſtendunt Gruterianae Epigraphes, quarum alteram tantùm, ſic integratam ad pleniorem captum, repetiiſſe ſufficiat.

MCI. 3

L. TERENTIO

Marci Filio Quintum Viro RVFO
PRAEF ecto CHO ortis VI. BRITTON um
Ɔ enturioni LEG ionis primae M inerviae P iae F idelis D onis
D onato AB IMP eratore TRAIANO BEL lo DAC ico.

P ri-

Primi Pilo LEGionis XV APOLinaris
TRIBuno CHOortis ſecundae VIGilum
DeDicatum.

Nam quis poſſet omnes & ſingulas eiuſdem cenſus, per regionem illam ubique conſertas, numerare hìcque deſcribere? Et quà ratione non debuerant TERENTIORVM nomine tot Saxa clareſcere eâ in Provinciâ, quae M. TERENTIVM Varronem Conſulem ac Propraetorem pro Cn. Pompeo, vicariam operam ibi impendentem conſpexerat? Eundem inquam, qui Praefectus Claſſis Maritimae eiuſdem Magni, adverſus Piratas ſtrenuè eouſque dimicaverat, ut ab eodem coronâ roſtrali decorari meruerit?

Si nos apud tot nequaquam periiſſent Inſcripti Lapides; huius inclytae Stirpis non pauca in dies offenderemus hîc quoque nomina, hanc gentem Bononiae nativam non ſecus aſſerentia, ac talem eam nominet Plinius Cap. 49. Libri ſeptimi, inter cives tunc noſtros memorans *Bononiae* L. TERENTIVM, centeſimum aetatis ſuae annum excedentem, & (quod caput eſt) Marci filium, ac proinde praeſentis M. TERENTII LEONIS fortaſſe filium: Eoque caſu non opus eſſet ad ſacram anchoram confugere priſcorum trium millium Quiritum ad nos tramſmiſſorum, quum *Bononiam Latinam Coloniam* (priuſquàm in Municipium evaderet) *ex S. C. L. Valerius Flaccus, M.* ATILIVS *Serranus, & L. Valerius Tappus Triumviri deduxerunt*; è quorum ſtipite, ſi non M. TERENTIVM LEONEM, emerſiſſe ſaltem conjectari poſſet C. SERVILIVM VITALEM, quem modò non aliâ quàm praedictâ viâ Bononiam attigiſſe, mihi, omni quovis alio deſtituto praeſidio, ſpeculari haud interdicitur.

Liv. lib. 37. in fin. Feſt. in verb. Municipium

Interim, quod ſaltem Gens utraque per has degerit regiones, proximiſque nobis Urbibus ſedem locaverit, è quibus facili negotio ad nos pervenire nobiſcumque commiſceri potuerit, objicit obtutui noſtro per totum illud ſuum grande opus ſparſim idem Gruterus, memorans *Bri-*

*xelli*

*xelli Mutinæ* P. TERENTIVM SYNTROPHVM. DCCCCX-CVII. 5. *Concordiæ Venetorum*. P. TERENTIVM AEDIL. IIVIR. *Murani Venetorum*. M. TERENTIVM VARIANVM. MXXXXII. 15. *Patauij*. L. TERENTIVM ACVTVM. L. TERENTIVM OPTATVM & TERENTIAM SATVRNINAM. CCCCLXXII. 6. C. TERENTIVM CETRONIANVM. IIII.VIR. I.D. CCCCLXXII. 7. TERENTIAM SEVERAM. DCCCXCI. 1. Quibus addi poſſunt ex Urſat. pag. 6. 139. 301. TERENTIA P. FILIA. C. TERENTIVS PREPO. TERENTIVS LAPIDARIVS. TERENTIA L. FILIA. TERENTIVS SEVERVS &c.

Pari modo exhibet pro SERVILIIS Gruterus *Mantuæ* Q. SERVILIVM. DCCCCXXIII. 1. *Patavij*. C. SERVILIVM MATVRVM. DCCCLXVIIII. 15. P. SERVILIAM, V. V. CCCXI. 3. *Gatzoli agri Mantuan*. M. SERVILIVM MACEDONEN. DCCCCXXIII. 2. *Cremonæ*. M. SERVILIVM GETAM. DLXXIIII. 3. *Brixiæ*. SERVILIVM PVPILIAN. EQ. PVB. DECVR. & SERVILIVM VERVM. CCCCLXVIII. 4. &c.

Placuit autem nobis, hujus Marmoreae Baſis exemplo, TERENTIVM ac SERVILIVM conterraneos, commilitoneſque Felſineos hac rudi commemoratione noſtrâ unà jungere, non ſecus atque plurimùm inter ſe concordaſſe videantur in nativâ temeritate, nimiâque ad effundendum ſanguinem haereditariâ proclivitate. Nam quo pacto laudatum ſupra C. TERENTIVM Tr. Pl. ad libertatem Conſulum compeſcendam, lege latâ V̄ Viros ſupra induxiſſe vidimus; eodem P. SERVILIVS *Rufus Rullus* legem Agrariam èdixit, quâ res Italiae pleniſſimè dirigerentur: Et ſicuti C. TERENTIVS, ut dictum eſt, Galbae ſanguine proprias manus inficere non exhorruit, ita C. SERVILIVS *Ahala Sp. Melium* Principatum appetentem neci dedit: ſic P. & C. SERVILII fratres in Caeſarem cum aliis conſpiravere; ut à Bruto, execrandae illius conjurationis capite, me ſubtraham, quem è matre SERVILIA ortum traxiſſe, neminem latet. Dio. lib. 43. Cic. lib. 1. in Catil. & Alib. Plutarch. in Brut. & omn.

Si quid eos diſcrepare volumus, in propriâ cujuſque ſtirpis propagatione, ſeu nominis dilatatione id evenire dicamus: ſiquidem in id longè inter ſe diſtare oſtendunt Gruteriana atque Reineſiana volumina, quód ubi paucis ſe inſinuat Inſcriptionibus SERVILIA, ex adverſo quamplurimis effertur TERENTIA. Ego ipſe, è meis peculiaribus collectaneis, de primâ vix duas ſequentes dare poſſem:

*Romae,*
*Villa Iuſtiniana.*

D . M
P. SERVILIO
FELICI FECERVNT
P. SERVILIVS HELIODO
RVS. ET. P. SERVILIVS IVNT
ANVS. ET. P. SERVILIVS. A
PRILIS. LIBER. OPT. B. M

*Romae,*
*E Sched. Vatican.*

P. SERVILIO
P. F. CAPITON
VIX. AN. XIIII

ubi de TERENTIA uberiorem penum ſic educerem:

*Romae,*
*Ad bivium Viae Latin. & Aſinar.*

C. TERENTI
PHILOMVSI

*Romae,*
*Penes Magninos. Fragmentum.*

.......ITEM
CINERIBVS
TERENTIAE
MELITINAE
...... ISSAVE

*Florentiae.*
*Apud Guicciardinos.*

L. TERENTIO. L. F. CRESCEN
MARIAE AMMIAE
L. TERENTIO. L. F. GAL. FIRMO.
L. TERENTIO L. F. GAL. FIRMANO.
AN. XXII
VALERIA. SEVERA. SOCRVIS. VI-
RO. ET FILIO

*Papiae,*
*Apud Montem Baſignanum.*

LOCVS
L. M. CATIORVM. SEX. F. ET
TERENTIAE. M. F. SECVND. ET
TITIAE. L. F. POSTVMAE. ET. M
CATTI. L. F. IN. FRONT. P. XIV
IN AGR. P. XXXV

*Flo-* *E ſched.*

*E ſched. Vatican.*

DVOBVS. TERENTIIS
BACCHO. ET. TERENTIANO
FECERVNT. SATVR. ET
TERENTIA PRIMA PARENTES
FILIS CARISSIMIS. LIB
LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EOR

*Ex iiſdem.*

C. TERENTIVS. C. L
CAPELLA

*Ex iiſdem.*

TERENTIAE VALENTINIANAE
CONIVGI. INCOMP
A. CVLLIVS. TERTIVS. ANIMAE
MERENTISSIMAE. CVM. QVA
VIXIT. AN. XXV. SINE. QVERELA

*Ex iiſdem.*

TERENTIA PRIM
A FECIT. C. TERE
NTIO EPIGO
NO CONLIBER
TO SVO BENEM
ERENTI DIS. MA

*E MS. Domini mei Abb. Gradi, primi Vatican. Cuſtodis, ab eodem relict. eid. Vaticanae.*

D. M
TERENTIAE.
CAPITOLINAE
VXOR. PIISSIM
M. MVTIVS SECVNDINVS
V. F

*E ſched. Abb. Fabretti.*

T. TERENTIVS. SECVNDVS
FECIT SIBI ET TERENTIÆ *ſic*
AMPLIATÆ LIB. SVÆ *ſic*
ET VLPIÆ FAVSTINÆ CON *ſic*
IVGI CARISSI
ET TERENTIAE F. DVLCISS
ET LIBERT. LIBERTAB. QVE SVIS
POSTERISQ. EORVM

*Ex iiſdem.*

IN
VIRIDARIO
PARTIS
TERTIAE
C. TERENTI
ACTI. ET
C. TERENTI
CERINTHI
EX HOC LOCO
VSQVE AD SCALARIA
OLLAE NVMERO
LXVIII

*Ex iiſdem.*

L. TERENTIVS
IVVENIS
AN. XXV. H. S. E — Hic Situs Eſt.

*Ex iiſdem.*

A. TERENTIVS A. L
A. FECIT. C. TERE
NTIO EPIGO
NO SVO. BENEM
ERENTI. DIS. MA

*Ex iiſdem.*

A. TERENTIVS. A. L.
THEOPHILVS
LODIA. P. F. VXOR

*Ex iiſdem.*

TERENTIA
IANVARIA
VIX. AN. XIIX. M. I. D. VI


*E Lamina aenea Palotolae,*
*Tertia Columna.*

C. TERENTIVS PRISCINVS

(A-

## CAPVT IX.

*Columna Marmorea non ita pridem in agro Romano reperta, nunc in meo Suburbano exiſtens; ac inter alios Milites, Bononienſem memorans.*



Viſae jam Baſi Columna jure ſuccedit; non integra quidem, ſed reliqua; pars dumtaxat inferior, ut patet; nam ſuperior, quae adhuc deſideratur, quàm maximè conquiſita, quovis ſtudio quâviſve diligentiâ caſsâ ac irritâ, nequaquam inveniri potuit. Totius mei cenſus dimidium in eam pariter adipiſcendam profudiſſem, ut eam me poſſidere perfectam gloriari potuiſſem. Me, ſi quem alium, id praecipuè decebat, qui primus omnium Romae apud virum probum Lucam Corſum, priſcorum numiſmatum inquinatorum inſtauratorem mirificum, ac proinde ſummâ mihi familiaritate conjunctum, eam inveni, ſolutoque ſtatuto pretio Bononiam advexi, atque in ſuburbano Eminentiſſimi olim Cardinalis Boncompagni Archiepiſcopi noſtri, a me, poſtquam fato ceſſit, empto, quem hódie *la Torre del Malvaſia* vulgò vocant, inter id genus lautitiarum, per me honorificè ibi diſpoſitarum, ſeriem condidi. Eò magis admirandam ſum ratus, quò prae caeteris Militibus in eâ inſcriptis, nobis illicò in conſpectu ponit novum Belligerum civem noſtrum his verbis:

C. SATRIVS C. F. LEM. MAXIMVS. BON.

Sic denuò Patria hoc inſueto Milite aucta fulget; Patriosque Lares, poſt tot ſecula reſalutatos, ipſe mihi debet; quò reſpicit hujuſmodi per me appoſitum ibi diſtycon:

MAXIMVS *hic* SATRIVS *Miles poſt funera ſurgit:*
*Maxima nam Heroum nomina non pereunt.*

Eum interim non opportuniori hujus diſſertationis ſitu locandum duxi, quàm poſt adductam proximè Baſim, quae eâdem hac Gente haud vacua, nobis & ipſa exhibuit

L. SATRIVM PROCVLVM BENEVENT.

nec non

C. SATRIVM SABINVM TRVDENT.

qui noſtro C. SATRIO ambo appoſitè conſonant, & ſi aptiùs conſonaret ——————

C. ST-

C. STRIVS MAXIMVS

inter tot alios illius Baſis aequè annumeratus, ſi pro comperto haberi poſſet in STRIVS, marmorario ſeu tranſcriptori excidiſſe ſecundam nominis ſiglam A. tunc enim eâ additâ, exiret integer SATRIVS, ſicque formaretur C. SATRIVS MAXIMVS VENVSIA, ſicuti nunc gloriatur hoc C. SATRIO MAXIMO BONonia.

Hos ergo binos tantùm, praeter conterraneum noſtrum, collegiſſe ſufficiat, ad ulteriorem gloriam hujus Gentis, quam talium virorum fortium non adeò inopem nobis repraeſentant Gruterianae Inſcriptiones, quin duas alias ejuſcemodi Armorum fulgore ita praefulgentes praetendant:

D L. 2.

*In territorio Zagarolae.*

CN. LAVDIVS. CN. FIL. PAL
THALLVS
MIL. COH. X. PR. 7. IVNI
.................................. EIVSD
ITEM. TESSERARIVS
IN. LEG III. ITAL. COH. XI
PR. 7. P. SATRI. Q. MIL
ANN. IIX. VIX. AN. XXXII
H. F. S. C. A

D LX. 5.

*Romae, apud Horatium* della Valle.

D. M
CLATIA. MEGISTE
L. SATRIO. BASSO
MIL. LEG. III. CYRENAEICAE
7. CAPITONIS
CON. B. M. FECIT
ET. SIBI. POSTERISQVE. EORVM
ITV. AMBITV
CORONARE. SACRIFICARE

Alioquin enim in ſuâ Claſſe Militum Cl. Reineſius ne unum dat Satrium Armis praecinctum; quin ego tot meis perquiſitionibus hos quidem Satrios, ſed cujuſvis minimi vix Bellicae Virtutis argumenti penitus expertes, invenire potui.

*Romae, in Vinea Bardi.*

D. M
SATRIAE PREPV
SAE HELIODOR
VS CONIVGI
CARISSIMAE BEN EME-
EMERENTI FECIT
H. F. M. FILI. EIVS
SATRIA. NICE. ET
SATRIVS. PREPO
BENE. MERENTI
FECERVNT

*Mu-*

*Mutinae,*
*Fragmentum in ripa canalis prope Fojanos: Ex Antiquario P. Ferrarini.*

C. BETV
L. CEST
M. TVLLIV
MAR
M. ALFIIVS
P. SATRIVS
T. EGNATIVS

*Laude.*
*Ex eodem Antiquario P. Ferrarini, pag.* CXXXVIIII. *verſa.*

MERCVRIO SACRVM
L. SATRIVS. AMARANTI. L. AMANDVS
V. S. L. M

Votum Solvis Libens Merito. ſeu Liberatus Morbo. ſeu Voto Soluto Libero Munere.

*Interamnae, ad D. Nicolai.*

SATRIO FAVSTINO
ATINATIA
SEPTIMINA CON
IVGI. B. M. F

*E ſched. Vatican. tom. vocat.* le Aldine.


L. C. SEVERVS
PACONII
SIBI ET
L. PACONIO L. F. MEN
PATRI
SATRIAE
MATRI
PIISSIMA
H. M. H. N. S

At quoniam exemplum Conſulatuum, quibus praeſertim decoratam ſe ſe manifeſtat praeſens Columella, opportunè à Cl. Fabretto, qui eam tranſcripſerat, tranſmiſſum Reverendiſs. Patri Noris, dum Bononiae mirabilis ejus *Epiſtola Conſularis* praelo ſubdebatur, nova eidem addenda ſuggeſſit, non poſſum quin valde laeter & glorier, me primarium, etſi tunc ei ignotum, illius mirificae adiectionis extitiſſe promotorem innoxium, non ſecus ac uſquè me aliarum doctiſſimarum tanti Viri lucubrationum profitear encomiaſten praecipuum.

CA-

## CAPUT X.

### *Ara Marmorea in D. Petri exiſtens, atque Militari nomine, antequam abraderetur, Inſcripta.*



Militaris Columna, de quâ praecedenti Capite actum, memoriam in praeſenti commovet hujus ARAE, quae ſuâ baſi ſuoque capitulo, aliarum more, exculta, ſtaturâ puſillae, pumilaeque columnae & ipſa refert imaginem. Hanc igitur quoties (quod ſanè ob Canonicale munus, quo per ſeptem luſtra ſum ibi functus, millies accidit) ad lateralem januam D. Petri, quam *la porta delle campane* vulgò vocant, aſpiciebam ego, toties mihi inſidebat animo, eandem fuiſſe aliquo Militari nomine, priuſquam abraderetur, inſcriptam, aliarum inſtar, quas alibi etiam Militibus poni conſueviſſe docet Gruterus, ut in DXX. 3. DXXIII. 3. DXXXII. I. DXL. 8. DXXXXIV. 2. DLV. 3. MCVI. I. ſed praeſertim in DXXXIV. 3. atque ad noſtrae prorſus ſimilitudinem, latioris inquam epiſtilii, ſtrictioris verò ſoleae ſeu ſpirae. In DXLIX. I. & in quâ inſuper, quod operâ oſtenditur, verbis declaratur, eam ſcilicet fuiſſe ARAM POSitam C. IVNIO NICEPHORIANO MILITI COHORTis SECVNDAE; itemque omnino in DLXVIIII. temerè repetitâ in DLXX. 5. & ubi ARA CVM BASE SVA cunctis manifeſta, talis nihiloſecius enunciatur eò ipſo, quò poſita refertur C. VIRRIO IOCVNDO VEXILlifero COHortis ſecundae VIGilum.

Ita profectò de hac noſtrâ contigiſſe pronuncio, in eâ ſcilicet, nedum fuiſſe olim inciſam Militis alicujus Epigraphem, ſed (quod caput eſt) hanc itidem, ope ac beneficio elaboratiſſimi Patris Ferrarini Carmelitae Regienſis, qui eam nobis retexit, eidem Arae hodie reſtitui poſse. Quum enim in laudato aliàs à nobis ſuo *Antiquario*, prae caeteris Inſcriptionibus ſub Bononiâ poſitis, haec quae ſequitur, ſe ſe nobis in conſpectu proponat:

*In Sancto Petro ad Aquam Sanctam.*

D. M. C. ARCVSINI
GAVDENTIS

MI-

MILIT. COH. III. PR
EQVITIS
VIXIT. ANN. XXII
M. III. C. ACVRSI
AGRICOLA. L

quid obſtat, quin hanc credamus eandem fuiſse Inſcriptionem, quâ inſignitam ſe olim oſtendebat ARA noſtra? Quod nam enim *in Sancto Petro ad Aquam Sanctam*, praeter iſtud, reperitur vas aliud, ad Aquam Luſtralem cunctis Eccleſiam ingredientibus exhibendam, ita commodè appoſitum?

Utinam ita nobis retegeretur etiam ex aliquo ſaltem privato codice iſta gens ARCVSINIA, de quâ tam altum ſilentium penes cunctos Autores. In Inſcriptionibus, ſive editis, ſive ineditis, eadem hucuſque ſilet; & Gruterus ipſe è binis ejus familiae foeminis, quas in indice promittit, hanc vix unicam ita recitat:

DCCLXX. 4.

*Romae, in Foro Traiano*
*Tabella marm.*

D. M
TI. CLAVDIO
DORO
ARCVSINIA
DEMETRIA
CONIVGI. BENE
MERENT. FEC

Quòd ſi velimus è quodam ARCOSINO, quem idem alibi ita refert:

MCVI. 9.

*Tiburi.*

D. M
L. AVRELI. CORDI. MIL
COH. IIII. PR. 7. VIBI
MILITAVIT. AN. XXXVIII. M....
VIII. FECERVNT. HEREDES

MIL. itis COH ortis. IIII. PR aetoriae Centuriâ VIBI.

 Q. NA-

Centurio COHortis II. VIGilum

Q. NAEVIVS. VIRVS. 7 COH
II. VIG. ET. Q. ARCOSINVS
SVPERATVS. VET. AMICO
B. M. F

excidiſſe lapidario, ſeu tranſcriptori ſiglam I. (nam de quartâ nominis literâ, V nempe in O verſâ, parum laboro, quum eas ſaepe alternari nemo neſciat) ita ut verè fuerit hic quoque ARCVSINIVS, non potero ego quoque cum noſtro ARCVSINIO GAVDENTE non gaudere, in hac aequè noſtrâ ac ſuâ gente alium virum reperiri, ſi non EQVITIS dignitate, VETerani ſaltem titulo, à nobis, Veteranorum copiâ praeſtantibus, apprimè recolendum.

Vt paſſim, docet Reineſius, praeſertim Claſſ. XX. 148.

Vt ex Plinio cõſtitit ſupra hac ead. Sect. Cap. V. pag. 233. 235.

CA-

## CAPUT XI.

### *De alio Milite Bononienſi, cujus Inſcriptionem ita habet Gruterus,* *pag.* DLXVIII. *6.*

*Romæ in Laeti aed.*

L. VIBIVS. L. L
TEMO
MARCELLVS
BONONIA
COH. IX. PR. T. AXI — COHortis IX. PRaetoriae Turmae AXI Turmarchi.
VIXIT ANNIS
XXXV

EQueſter ordo, qui ab initio hujus Sect. poſt *D. Proculum* diu latens, in antecedenti Equite *Arcuſinio* ſe iterum aperuit, denuò nec non opportunè in praeſenti hoc alio Milite ſe tacitè inſinuare contendit. Turma enim, in quâ ſe adumbrat in quinto verſu, talem eum ex hoc declarat, quòd, ubi Cohors erat peditum, Turma dicebatur de Equitibus, ut infra. Gentem interim VIBIAM, à quâ denominationem ſtrenuus hic Civis noſter oſtentat, plebejam quidem, ſed Aedilitatis, nec non Conſulatus dignitate conſpicuam, & etymologiam, & originem traxiſse à VIBone, Lucaniae oppido, primò Hipponium, poſtmodùm Valentia dictum, autor eſt Strabo. Quomodo verò Siciliâ profecta, in Urbemque adſcita, Bononiam tandem venerit, ubi propriae ſobolis propagatione hunc novum Bellatorem emiſerit, non eſt cur miremur, quoties animum ad memoriam revocare haud pigeat C. VIBII *Panſae* unà cum A. *Hirtio* Conſulis Anno V. C. DCCX. Is enim cum Collegâ, adverſus M. *Antonium*, ad eximendum Mutinenſi

Cap. III. — Vrſ. Fam. Rom. Panv. Faſt. — Lib. 6. — Panvin. Faſt. Conſul.

ſi

ſi obſidione D. *Brutum* Bononiam miſſus, quamplurimos conſanguineos, qui in tam gravi expeditione ſibi praeſtò eſſent ac opitularentur, coegiſſe credendus eſt: Hos verò exinde (eodem, ob ſagittae vulnus Octaviani operâ veneno forſan infectum, è vivis erepto) ad ipſius ſuperſtitem rem familiarem recolligendam atque curandam apud nos remanſiſſe, allectoſque amoenitate ac fertilitate iſtius regionis, ſeu veriùs, (ut cum Tullio loquar,) iſtius *Floris Italiae*, hîc ſedem fixiſſe, à poſſibili non diſcedit.

Tacit. lib. 1. Sueton. in Octau. Aug.

In Philip. 3.

Sanè de priſco VIBIORVM, è quibus emanaverat *Panſa*, apud nos domicilio, teſtatur vetuſtiſſimum Caſtrum, in hanc uſque diem PANSANO dictum, quod temporis diuturnitate collapſum, ſoloque ferè coaequatum, à Majoribus meis inſtauratum ac pro viribus auctum, circumſtantes agros non paucos, per nos ibi ſummo Dei beneficio poſſeſſos, magnificentiùs illuſtrat.

Conſentiunt quamplurima rubigine conſumta armorum fruſtula, non pauca numiſmata, ut plurimùm Conſularia, nec non priſcarum Inſcriptionum fragmenta, ab illis villicis quotidie eruta, quibus omnibus meritò anteit Saxum ingens, quod olim Bononiam inter ac Mutinam medium, hodie in non ita pridem memorato ſuburbano meo nobiliùs exaltatum ſuperbit. VIBIOS integrè oſtendit, non ſecus atque *In agro Bononienſi* VIBIVM quendam *Verecundinum* interminatè monſtret Gruterus, de quo propterea, ſicut ſatis dictum eſt ſupra Sect. Quartâ Cap. IX. ita de hoc alio noſtro in venturâ Sect. Octavâ Cap. IV. habebitur ſermo.

MLXV. 4.

In praeſens hunc Militem VIBIVM reſpicientes, eumque fuiſſe Libertum, & ſi rarum, non tamen inſolens animadvertentes, τὸ duplex L. L. Lucii Libertum interpretari ne dubitemus, moti exemplo, nedum generalis hujus expoſitionis ſupra habitae Sect. Secunda Cap. unico, ſed peculiaris etiam ſaequentis alterius Militis, penes Reineſium LIBertum manifeſtè ſe ita accuſantis: Claſ. Octava. LXXVII.

DIS

DIS MANIBVS
L. MATRINIVS L. LIB.
SVBVRA EVERINVS
EROS. ORIVD Ɔ ſic
GAZA SYR
MIL. COH. VIIII. PRAET
MILIT. ANN. V IIII. VIX.
ANN. XXXV.
H. S. E
IN FRONTE PEDES IIII
IN AGRO P. VIII. S.
SE VIVVS COMPAR

Non enim novum eſt quandoque Romanos, neceſſitate urgente, hujuſmodi generis homines ſuccenturiaſſe, ipſiſque non minùs ac ſenibus, nec non decimoſeptimo anno minoribus, cohortes inſtauraſſe, immo ex integro, & è ſervis etiam quandoque efformaſſe; ut non uno loco nos docet Livius. (Vt videre eſt penes Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib. 1. cap. 20.) Sic Antoninum Philoſophum ſervos ſuccenturiaſſe, inſigniens eos, quod magis eſt, Voluntariorum titulo, refert Capitolinus, (In h. Imp. Vita.) cujus verba ſunt: *Servos quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, quos Voluntarios exemplo Volonum appellavit*. Vt ipſi Auguſto ſuperſedeam, quem *Libertino Milite non fuiſſe uſum, præterquam Romæ incendiorum cauſſa, & ſi tumultus in graviore annona metueretur. Semelque ad præſidium coloniarum Illyricum contingentium: item ad tutelam Rheni fluminis: eoſque ſervos adhuc &c.* ſcribit Svetonius. (In Aug. n. 25.)

Neque nos turbare debet in ſecundo verſu τὸ TEMO quod quid ſibi velit, primo intuitu non ſatis liquet; quia ſitus, cui ſemiverbum iſtud appingitur, nomen videlicet inter & cognomen, nil aliud quàm Tribum ſignificare poſſe protinus indicat. Quum autem nulli alteri Tribui, quàm Lemoniae annumeratos cerni lubeat nos Bononienſes, conſequenter ſtatuendum venit, ob inſcitiam, ſive lapicidae, ſive tranſcriptoris, commutatum ineptè fuiſſe L in T. ſcriptumque TEMO pro LEMO, ideſt LEMOniâ Tribu, ſub quâ degiſſe Bononienſes nullus eſt dubitationi locus.

Sic

Sic in celebratâ modò Baſi noſtrâ laudatus *C. Satrius c. f. LEM. Maximus Bon.* ſic reliqui inferiùs exhibendi manifeſtè id comprobant; quicquid poſt Gherardaccium, Vizanium, Dulcinum, & Montalbanum, caeteri opinati fuerint, in Stellatinam nos reponentes, unius vix Epigrammatis moti teſtimonio, ubi ex adversò quodvis aliud LEMO niae paſſim jugiterque nos adſcriptos decantat.

Quinto tandem verſu T. AXI. pro AVXI (quòd inquam marmorario ſeu deſcriptori è dicto AVXI exciderit litera V) interpretari poſſem Turmae AVXI liariae, cui nimirum unà cum aliis tumultuariis Militibus, aliquâ repentinâ neceſſitate, ſocium adſciverit & ſe ipſum Libertus iſte VIBIVS. Sed magis arridet exponere Turmae AXI, hoc eſt quòd fuerit iſte Miles è numero illorum triginta EQVITVM, quibus, tum praeeſſet, tum imperaret Turmarchus, ſeu Praefectus AXIVS, è gente AXIA ſeu AXSIA, de quâ hanc Epigraphem (quam valde miror non memoratam poſtmodum à Grutero, neque à Reineſio) olim ſe poſſediſſe gloriabatur Urſinus in hac Gente:

.................... SPRENAS
........ AXSIVS NASO TR. PL
........... CILIVS CORNVTVS
............... TIVS CATVLVS
..................... NIVS STOLO
..... TORES LOCORVM PVBLICORVM
DICANDORVM EX. S. C. EX PRIVATO
IN PVBLICVM RESTITVERVNT

Literam enim T. alteri nomini proprio, ut hîc, antepoſitam in Militibus, connotare Turmam, quae conſtabat è tribus EQVITVM decuriis, praeter tot Inſcriptiones, cùm Gruteri, tum Reineſii, obſervo ego manifeſtiùs deduci è duabus nuperrimis, id integrè monſtrantibus:

Ro-

***Romae*, *Vinea* del Caſtratino.**

M. AVRELIO BIIHO EQ. SING. D. N
EX TVRMA LONCINI. C. N. NAT
THRAC. VIX. ANN. XXXIII. MENS
III. MIL. ANN. XV. M. AVR. SVRVS
FRATER. ET. PRII
VIS

***E ſched. Vatican.***

D. M. AVRELIO
BARBE EQVITI SINGV
LARI TVR. VICTORI. M
IL. IANN. XIII. VIX. AN
XXXIII. VALE. SEVER
BENEMERENTE

Similis eſt in Grut. DXXVI. 8.

Quod ſi poſt TVR. ſeu TVRM. nullum ſequatur nomen proprium, TVRMarchum, ſeu praefectum illius Turmae indicare poſſe crederem, ſicque exponendum fore TVRM. in hac quae ſequitur:

CCCXCIII. 6
P. COELIO. P. F
SER. BALBINO
VIBVLLIO. PIO
X. VIRO. STILITB. IVDIC
VI. VIRO. EQVIT. ROMAN
TVRM. EQVIT. TR. MIL. LEG
XXII. PRIMIG. P. F. ADLECTO
INTER. PATRIC. AB. IMP. CAES
TRAIANO. HADRIANO. AVG
SALIO. COLLINO. QVEST
AVG. FLAMINI. VLPIALI. PR. DE
FIDBICOMISS. COS
DESIGNATO
DECVRIONES. SVA. PECVNIA

SERgia Tribu
Decem VIRO STILITIBus IVDICandis.
Sextũ VIRO EQVITi ROMANo.
TVRMarcho EQVITum.
TRibuno MILitum,
LEGionis XXII. PRIMIGeniae Piae Felicis, ſeu Fidelis.

## CAPUT XII.

### *Militaris Lapidis Parii Fragmentum, nuperrimè adinventum, atque in Muſeo DD. de Nigris aſſervatum.*

D. M

...... AMBLASI. C. F. M ..................
........ CN. SECVND. MIL. COH ..............
........ TR. MIL. COH. Ī TESSERA. NA
TIONIS. SIGN. COH. EIVSDEM
NEF. PRAEF. PRAET. MCC AVG
.......... Ī. VIC. 7. COH. XIIII VRB
LEG. V. MA. EXTR. M. A. C. F. STRE
........................................ HIC I
ADIVTRICIS P. F
HILARA CYRILLA VXOR
MARITO OPTIMO

Veteranorum, nec non Equitum inſpecta à nobis hactenus praecipua decora, ea fuiſſe non arbitretur quiſpiam, quibus priſcorum Bononienſium belligera virtus acquieviſſe debuerit. Majora quaerebant ipſi, eaque ulteriora expetebant munera, per quae commilitoni cuivis alteri anteirent, atque in caeteros denique, ſi ſors tuliſſet, exercuiſſent imperium. Quoniam verò id aſſequi dabatur praecipuè Tribunitiâ in caſtris poteſtate, ſeu Praefecturâ mediante, neutrâ earum caruiſſe ſtrenuos Bellatores noſtros, oſtenſurae ſunt ſequentes Epigraphes, quas inter primum haec locum obtinet, quam in ſuis ſchedis, *ex agro Bono-*

*nien-*

*nienſi repertam anno* 1659, *&* *de ſcalpro lapicidæ, qui eam vaſtare ceperat, ſubduxiſſe*; admonet piiſſimus aeque ac doctiſſimus olim Canonicus Alexander de Nigris.

Quanquam enim in eâ Tempus edax memorati hujus AMBLASII noſtri praenomen & cognomen praeroſerit, TRibuni tamen MILitis notae in quarto verſu pepercit, ut quidem tot alia munera, quibus eouſque clatuit Heros iſte, ut nemini ſpectabiliora ac cumulatiora invidendum habuerit, in totum abſumere nequit. Apparet ſiquidem adhucuſque in plures cooptatus ipſe COHortes, atque in iis, quà TESSERArii, quà SIGNiferi, quà VICarii 7, hoc eſt Centurionis ſui partes egregiè expleviſſe, quoties eundem interpretari beNEFiciarium, Officialem inquam PRAEFecti PRAETorianorum Militum, ſeu Mille CCorum AVGuſti, non reputetur audax nimiùm ac inſolens: Et quod propterea, ſicuti haec alia cuncta, alteri me peritiori implenda atque exponenda relinquo. Si enim in dictis ſchedis non parùm conqueritur ſolertiſſimus hujus inſignis Fragmenti Inventor ac poſſeſſor, non ſolùm de tantâ deperditarum in Marmore ſiglarum jacturâ, ſed de tam altâ horum AMBLASIORVM apud Autores reticentiâ, quae omnem ei adimebat (ſcripſit ipſe) ariolandi ac diſſerendi materiam; quid agerem ego purus putus Legulejus, novitiâ prorſus harum Antiquitatum notitiâ tinctus, ſoloque erga dilectam Patriam ſtudio ad haec pertractanda coactus?

Vt in Reineſ. Epiſt. ad Rup 23. pag. 81. 82. & in Oper. Mag. Claſſ. octau. xxxv.

At reparari plenè poterit ac ſuppleri haec utrique noſtrum inſueta in praeſenti caſu, pro Patriis Epigrammatibus regerendis, verborum caritas, per ea quae pleno & exundanti calamo effundet in expoſitione ſequentis *Maniliani* illius Epitaphii, quod optimorum Scriptorum oculos in ſe quandoque convertit, nec ſine opportunâ eruditionis annonâ ſaturos dimiſit. Videns inquam Vir cautus, in eorum firmandis ſententiis, non ſemel ad arcanos junctimque doctos iſtius Bononienſis Cyppi characteres ſe contuliſſe Lambinum in ſuis notis ad Horatium: Lipſium in Com-

Satyrar. lib. 1. Satyr. 8.

Annal. lib. 1. in excurſ. lit. K. cap. 31. Pag. 1091. Pag. 748. in princ.

mentariis ad eundem, nec non in ſuis parergis ad Tacitum: Alciatum in annotationibus ad eundem Tacitum: Beyerlinck in verbo Mors, errato tamen nomine dantem MANLIO pro MANILIO, dignum exiſtimavit hoc Marmor, in cujus declaratione totus incumberet, paremque cognitionis ſuae & eloquentiae lucubrationem, quam mox ſubjiciam, emmitteret. In eâ ſiquidem, quum quicquid de MANILIO CORDO excogitari poteſt, in unum congeſſerit, ac aperuerit, ab ulteriori indagatione me eximit, nec non exilibus, atque obſcuris hucuſque ſcriptitionibus meis aliquam, immo non modicam lucem conciliat.

CA-

## CAPUT XIII.




*Lineamenta Cippi marmorei An. Sal. MDI è Villa S. Benedicti Comitatus Bonon. effoſſi. In Vrbemq. tranſlati ad exteriora meridionalia Auguſtiſſ. Baſilicę Diui Petronij, ubi hodierna luce ſpectatur altus in p. ıx. latus in ııı. P. M.*

# MANILIANI

## BONONIENSIS MONVMENTI HISTORICO-MYSTICA LECTIO

*INTERPRETE*

*ALEXANDRO NIGRO IO. FRANCISCI FILIO*

*I. V. D.*

*Perinſig. Coll. Eccl. Bonon. Canonico, Protonot. Apoſtolico.*

„PATERNI erga Patriam amoris ſectator, Annalium „Bononienſium omnimodè abſoluendorum opus, ar-„duum licet, ac meis viribus impar, aſſumpſi. Nec ab „inſtituto reuocari potuit propenſio, ſpectans ob hanc „multoties antiquiſſimè captam, plurieſque incenſam Vr-„bem, omnium prorſus Priſcorum Scripta, quibus res ip-„ſius vetuſtiſſimæ continebantur, interijſſe, & ſi quæ in „marmore, vel in ære ſuperfuerunt membratim iacentes con-„ſpici. Duce igitur Patriæ charitate, cuius ope nil mor-„talibus arduum, & duro celeriùs ablati Genitoris iuben-„te fato, pro Apparatu pleniſſimorum Voluminum per „eundem conſcriptorum, vt ille deſtinauerat, remotiſſi-„mos, ac alto ſeculorum ſilentio inuolutos Illuſtrium Vi-„rorum ſpiritus excitabo. Et quidem dum QVINTI MA-„NILII CORDI, vt concordem reddam Ægyptiacam cum „Latina eius Monumenti lectione, & claris vocibus è ſe-„pulchro reuocem, haud facilis mihi priorum characterum „occurrit notitia. Pinei etenim Coni, Ferarum, Volu-„crum, Piſcium, Anguium, nec non humani Capitis fi-„guras exhibent: inter quas, cum Virilis alata Facies me-„dium, tanquam beatiorem, locum obtinere cernatur, ad „Charondæ Legislatoris inter Catanenſes celeberrimi, à ve-

Diodor. Sicul. in 12.

„ vetuſto argenteo nummo deſumptam imaginem, & pen-
„ nigero Sceptro decoratam, reuocat mentem, ac Epiſto-
„ lam ſuperindè duobus hinc ab annis per C. V. Raphae-
„ lem Trichetum du Freſne Burdegalenſem Genitori meo
„ allatam, denuò legendam ſatis ſuperque curioſè mihi pro-
„ ponit. Poſticam etenim dum inſpicio delineati nummi
„ obſignationem, Sceptrum nempè prædictum, ſymbolum
„ non aliud equidem, vt ipſe ſapientiſſimè meditatus fuit
„ amicus, quàm ſublimes eloquij vires, ab Ethnicis Cadu-
„ cifero Numini (Cyllenio dicto, eo quod, inquit Feſtus,
„ ſermo ſine manibus omnia conficiat) tributas indicare co-
„ gnoui, & cum Homero conueniſse Venuſinum

*Mercuri facunde Nepos Atlantis;*
*Qui feros cultus hominum recentum*
*Voce formaſti &c.*

Homer. Odyſſ. in 1. verſ. 122. Horat. Carm. in 1. Ode 10.

„ Hinc ſolidiùs menti inſinuatum eſt ab ipſo Maniliano
„ Cippo, penes Baſilicam noſtram aſseruato, & ſolitam
„ Antiquitatis præferente venerationem, haud abſimile hie-
„ roglyphicum, Facies ſcilicet iuuenilis hilaritate venu-
„ ſta ridens, deque capillato capitis vertice, Alas ſurſum
„ expandens, Famam, Gloriam, & Virtutem præſignantes:
„ & quidem dum curioſiùs hanc Faciem animos ad myſte-
„ ria trahere conſidero, ſculptam planè intelligo pro ima-
„ gine eiuſdemmet Mercurij; quem olim Hetruſci Camil-
„ lum, hoc eſt Deorum Miniſtrum vocabant, & Ægyptia-
„ ca ſuperſtitio canino capite figuratum, & lorica muni-
„ tum Anubim nuncupabat, ac Oſiridis olim Regis Præ-
„ torianum militem, Iſidiſque cuſtodem crediderat, exin-
„ dè à Quiritibus, tanquam vniuerſi Spiritum, & vnicam
„ rerum cauſam adoratum.

Euſeb. de Præp. Euang. in 2. c. 1. Diodor. in 2.

„ Ea propter (ex Tacito memor Victores, Hermondu-
„ res haud diuerſam aciem Marti, ac Mercurio ſacrare
„ conſueuiſse; & priſcos Germaniæ bellatores pro Deorum
„ maximo hunc excoluiſse, ipſiuſque Diuinitati propterea
„ aliquando humanis hoſtijs litandum putaſse, ac libami-

Tacit. Annal. in 13.

ne

„ ne temperato, eo quod merum rationi, & ſermoni plu-
„ rimum officiat) ſum opinatus, ipſum Mercurium in Tu-
„ telare Numen ab ijs adoptatum Legionibus, quæ meritis
An.V.C.712 „ cumulatæ Italiæ agros pro ſtatione perpetua obtinuerunt
„ poſt inita inter Octauianum, Lepidum, ac Antonium fœ-
Dio. in 46. „ dera quinto ab Vrbe Bononia lapide, vt, iuxta Dionis
„ Nicæi teſtimonium, exponebat olim ibi in marmorea Ba-
„ ſi adſculpta Inſcriptio, per Ioannem Zaratinum Caſtelli-
„ num, cum alijs permultis, ſcripto adiecta exemplari cu-
„ iuſdam libri Antiquarum Inſcriptionum, quæ paſsim per
„ Europam viſuntur, Lugduni Batauorum impreſsi An. S.
„ 1588.

Lib. cit. pag. 48. nu. 15.

DIVO. IVLIO. C. F. OCCISO
M. AIMILIVS. M. F. Q. N. LEPIDVS
M. ANTONIVS. M. F. M. N
C. IVL. DIVI. F. C. N. OCTAVIANVS
AD. HVNC. BONONIEN. AGRI. AMNEM
A. D. V. K. XBR. AD. PRID. IAN
D. R. O. IIIVIRATV. SANCIVERE
C. ALBIO. C. F. CARINATE
P. VENTIDIO. P. F. BASSO COSS

„ Et quidem non inconueniens prorſus videtur crediddiſ-
„ ſe ipſos milites Mercurij tutamini commendatos, dum
„ expreſsis verbis plura id etiam exponunt Epigrammata,
„ è quibus vnum in Arcifati Caſtro comitatus Mediola-
„ nenſis Vir ornatiſsimus Placidus Puccinellus hoc indicat.

Lib. antiq. Inſcrip. Mediolanenſ. pag. 41.

MERCVRIO
L. COMINVS. POL
MIL. LEG. XIII. GEM
BENEFICIARIVS. LEGATI
CONSVLO. ARAM. ET. TECTVM

„ Alterum Viennæ Allobrogum

MERCVRIO
CVIVS. SEDES. AETER
SVNT
AELIVS. CL. LATERANVS
XVVIR. SACR. FAC.
LEG. AVG. PR. PR
LEG. III. ITAL.
V. S. L. M.

Lib. Antiq. Europ. Inſcrip. pag. 25. num. 10.

At ad QVINTI MANILII CORDI Cippum illuſtrandum properemus, attendentes præſertim mentionem de LEGIONE XXI. RAPACI. quam egiſſe ſtationes in Colonia Bononienſi libentiſſimè ſibi ſuadebit, qui eius CENTVRIONEM ipſum MANILIVM leget, nec non EXACTOREM TRIBVTORVM CIVITATVM GALLICARVM conſiderabit. Hæc namque munera ſubijſſe conijciet ſub Caio Iulio Octauiano. (An. V.C. 712) Quamuis enim Gallia Togata, vt reliquà Italia, ex Triumuirorum decreto (Dio. in 50.) libertatis iure gaudere cœpiſſet; ſic referebat Appianuus, (An. 713.) Dio tamen ſcripſit, in ſubſequenti Octauianum ex ea pecunias coegiſſe, ac milites conſcripſiſſe. Vnde Alburius Rhetor tunc in cognitione cædis apud Lucium Piſonem Proconſulem, pro reo quodam Mediolani cauſam dicens, ità excanduit, dum cohiberent Lictores adſtantium plauſus, vt degenerem Galliæ ſtatum deplorarit, quaſi iterum in Prouinciæ formam ipſius Octauiani arbitratus (Suet. in Octau.) eandem Galliam redegiſſet: in quem nimirum ab Antonio obiectum, quod cum decem, atque octo Oppida Veteranis aſſignari, totidemque ſolummodò deduci legiones conuentum eſſet, triginta quattuor ille deduxiſſet, ac totam ferè Italiam diſtribuiſſet. Quod neque Dionem latuit, dum inter Colonias, ex Popularibus Latinis, militares Romanorum effectas Bononiam enumerat. (Dio. lib. præcit.) Deuicto exinde Antonio alias duodetriginta deduxiſſe Tranquillus habet, (An. 722.) ac ad Rempublicam conſtituendam in

„ Vrbem reuerſum recentiori militi diſtribuiſſe pecunias, il-
„ li autem, qui ſub perpetuo ſtipendio egerat, populis,
„ qui in Antonij clientela perſeuerauerant, deletis, cum a-
„ gris Oppida conceſſiſse. Latiſſimè de Colonijs VVillhel-
„ mus Gondeleuæus in Adnot. ad 4. T. Liuij, & Sigonius
„ in 3. de Antiq. Iure Ital.

„ Poſt igitur decimi ſexti ſeculi euolutos curſus, de ca-
„ liginoſo obliuionis ſpecu QVINTI MANILII fama cla-
„ rior vt modò aſsurgat, à myſterijs exurgat oratio. Sym-
„ bolico à vertice Monumenti Romuleo viro olim erecti
„ exordiens, huiuſmodi vetuſtiſſimum Heroa Heroi ſuperſti-
„ ti, virtutes omnium ſuperanti, vt ille caput è tumulo re-
„ diuiuus attollat, commendare mihi liceat: Ad Purpura-
„ tum igitur ſapientiæ decus hæc, rudis ingenij mei non
„ infelici conatu, euiſcerata vetuſtatis rudimenta conſiſto.

„ In primis hoc Monumentum, quod elucidandum ſu-
„ ſcepi, ob oculos ponit priſcam conſuetudinem ab Ægy-
„ ptijs plagis in Orbem ferè vniuerſum diffuſam de Reli-
„ gionis exprimendis myſterijs non vulgata quidem ſylla-
„ barum exaratione, ſed modò volucrum, modò ferarum,
„ modò fructuum, aliarumque imaginibus rerum deſtinatis.
„ Sic à Diuinis prophanorum curioſitas arcebatur, munita
„ meliorum ingeniorum, & ſapientum præſidijs arcanorum
„ lectione. Ad apicem itaque Saxi Maniliani, PINEI fru-
„ ctus figuram referentem, tanquam ad præcipuum huiuſ-
„ modi religioſæ prudentiæ indicium, conuertens mentem
„ argumenta hiſtorica depromo: nec aliud comprehende-
„ re queo, quàm quòd idem QVINTVS MANILIVS
„ CAII FILIVS extiterit frater illius Lucij Manilij ex Kal.
Dio in 51. „ Iul. An. DCCXLVII. ſub eodem Octauiano Triumuiri
„ Monetalis, conſtituti. Qui quidem Lucius, ob ſecundò
„ deuictos à Ti. Claudio Nerone Germaniæ populos, ar-
„ genteum protulit numiſma, quod & ipſe aſſeruo, ſigna-
„ tum Auguſti laureato capite, ac nomine IMP. CÆSAR
„ AVGVSTVS ab vna, ab altera verò parte Quadriga
trium-

„ triumphali PINI CONVM vehente, cum appoſita epi-
„ graphe TI. CLAVD. TI. F. NERO. COS. ITER.
„ IMP. ITER. in obſequium, vt reor, Cereris Prouincia-
„ rum Tutelaris, ſi fidem Lucretio adhibeamus.

*Muralique capút ſummum cinxere Corona,* Lucret. in 2.
*Eximijs munita locis, quod ſuſtinet Vrbes,*
*Quo nunc inſignis per magnas prædita terras*
*Horrificæ fertur Diuinæ Matris imago.*

„ Cudit, & alterum cum Iouis vultu in antica, Aquila
„ vnguibus fulmina ſuſtinente in oppoſita, proprio ſubad-
„ dito nomine. L. MANILIVS C. F. III. VIR. Quid er-
„ go obſtat, quin à cognatis Inſignibus, à concordi geni-
„ toris Prænomine, à temporis identitate fraternum liceat
„ inferre ſanguinem?

„ Quod autem Pinus in typum Cybeles non infrequen-
„ ter ſtatueretur, præ cæteris docuere Apuleius, Diodo-
„ rus, ac Varro, & alia oſtenderunt numiſmata, aureum
„ præſertim prædicto Octauiano dicatum, effigieque ac no-
„ mine impreſſum AVGVST. TR. POT. XIII. COS. XI.
„ IMP. XLII. P. P. ab altera parte Pomo ipſo cum Inſcri-
„ ptione TI. SEMPRONI. TI. F. GRACCHVS. LEG.
„ PROCOS. Hoc illi Graccho adſcribendum cenſeo, quem
„ Velleius agris diuidundis Triumuirum ex ſe creatum ſcri-
„ bit cum Appio ſocero, & Caio fratre admodum iuuene.
„ Cur verò Cereri dicata eſſet Pinus, indicabat Naſo.

Numiſmata indicantur præſertim ab Ant. Auguſtino in Dialog. ſub pag. 116. ac 176.

An. 743.

*Et ſuccincta comas hirſutaque vertice Pinus* Metam. in 4.
*Grata Deûm Matri: Siquidem Cybeleius Atys*
*Exuit hanc hominem, truncoque induruit illo,*

„ Hinc Martialis alluſio emergit.

*Poma ſumus Cybeles, procul hinc diſcede viator,*
*Ne cadat in miſerum noſtra ruina caput.*

„ Præſtantiſſimam pariter ferè innumeri Lapidum Ti-
„ tuli firmant cæcutientis Gentilitatis in Cybelem obſer-
„ uantiam. Tot enim, tantaſque in terreis nimium cordibus
„ vana illa ſuperſtitio radices fixerat, vt, poſt vetitam à

„ pientiſſimo Flauio Conſtantino inanium Deorum cultu-
„ ram, vel euerſis, vel clauſis, quantum fieri potuit, ip-
„ ſius Cæſaris iuſſu, eorundem Templis, ob relaxatum de-
„ indè per impios Iulianum, ac Valentinianum nefarium
„ arbitratum, auſi ſint multi coram Demoniacis Simulachris
„ ad publicam Vicennalium celebrationem regredi. Ità è
„ Romanis epigraphis, ſub Anno Diu. Incarn. CCCLXX-
„ VI innuebat Eminentiſſimus doctrina, ac dignitate Cæſar
„ Baronius, hac deſumpta ab Ara marmorea grandi, quam
„ & Smetius è S. Lucia in Silice tali pacto exaratam ob-
„ ſeruabat.

Annal. Eccl. Tom.4.

DIS
MAGNIS
MATRI DEVM. ET. ATTIDI. SE
VTILIVS. AGESILAVS. AEDISIVS
V. C. CAVSARVM. NON. IGNOBI
LIS. AFRICANI. TRIBVNALIS. ORA
TOR. ET. IN. CONCISTORIO
PRINCIPVM. ITEM. MAGISTER
LIBELLORVM. ET. COGNITION
SACRARVM. MAGISTER. EPISTV
LAR. MAGISTER. MEMORIAE
VICARIVS. PRAEFECTOR. PER
HISPANIAS. VICE. S. I. C. PA
TER. PATRVM. DEI. SOLIS. INVIC
TI. MITHRAE. HIEROPHANTA
HECATAE. DEI. LIBERI. ARCHI
BVCVLVS. TAVROBOLIO
CRIOBOLIOQ. IN. AETER
NVM. RENATVS. ARAM
SACRAVIT. DD. NN
VALENTE. V. ET. VALENTI
NIANO. IVN. AVGG. COSS
IDIBVS. AVGVSTIS.

Lib. antiq. Europ. Inſcrip. pa.20. nu.1.

„ Alteram epigraphen è Sacello Mazzeriorum Summi
„ Pontificis in Area Diui Petri idem Annalium Scriptor
„ deſumebat à Baſi, in cuius dextero latere ſculpta Pinus,
„ è qua Crotola, & Fiſtula pendent, Ariete ſubtus alliga-
to.

Baron. vbi ſup.

„ to. In ſiniſtro ipſa pariter arbor, ac binæ Fiſtulæ, ad in-
„ dicendas aquarum venas Terræ corpori compactas. De
„ quibus quidem Fiſtulis latè non minùs, quàm eruditè  Saturnel. in 1. c. 12.
„ Macrobius.

DIS MAGNIS

VLPIVS. EGNATIVS. FAVENTINVS  Lib. Europ. Inſcrip. pag. 19. nu. 11.
V. C. AVGVR. P. V. B. P. R. Q.
ARCHIBVCVLVS. HECATE. SA
CERDOS. ISIDIS. PERCEPTO
TAVROBOLIO CRIOBOLIOQVE
IDIBVS. AVGVSTIS. DD. NN
VALENTE. AVG. V. ET. VALEN
TINIANO. AVG. COSS. FELICITER
VOTA: FAVENTINVS. BIS. DENI
SVSCIPIT. ORBIS
VT. MACTET. REPETENS. AVRA
TA. FRONTE. BICORNES.

„ O ridiculam prorſus, inanemque Gentium religionem,
„ quæ quot Solis, quot Lunæ, quot cæterorum elemento-
„ rum aſpectus, aut excogitabat, aut viſebat, totidem ſi-
„ bi Diuinitates ſuadebat Sacrorum varietate venerabiles!
„ Hinc terram, adoratam è Teodontio referebat Pictorius.

*Terram confuſam ratus Theodontius author*

*Singula poſſe quidem, vel ſine fine Deum.*

„ Huic & Numini Hecate nomen faciebant ab Apolline,
„ apud Græcos Hecates dicto, Iouis enim, ac Latonæ fi-
„ liam iactabant, tergemino Capite repræſentatam, dextero
„ nempè Equino, ſiniſtro Canino, medio Suis agreſtis; vt
„ in Cœlo Luna, in terris Diana, penes Inferos Proſerpi-
„ na veneraretur. Quapropter Virgilius.

*Tergeminamque Hecatem tria Virginis ora Dianæ.*

„ Quæ ſolemniora eidem, chimericæ Diuinitati ſolue-
„ bantur ſacrificia Lectiſternia nuncupabantur, & anniuer-  Tit. Liu. in 29.
„ ſaria fiebant eo die, quo ab Hoſtienſi Portu in Roma-
„ nam Victoriæ Ædem ſimulachrum eius translatum fuit  An. 559.
„ per manus Pub. Cornelij Cn. fil. Lucij nep. Naſicæ,

ado-

„ adoleſcentis, etiamſi nondum Quæſtorij, Apollineo nullatenus Oraculo inter Quirites Optimi pronunciati, Patrumque Conſcriptorum ſuffragijs ad hæc Diuina gerenda „ prouecti, quæ luce quarta Aprilis intrante fiebant, exponente Ouidio.

Faſtorum in ep.

*Ter ſine perpetuo Cælum verſetur in Axe,*
*Ter iungat Titan, terque reuoluat equos.*
*Protinus inflexo Berecyntia tibia cornu*
*Flabit, & Idea feſta Parentis erunt.*

„ Lectiſternia à lectulis ſternendis dicebantur, eo quod „ in Templis cubare conſueuerint; qui inter dormiendum „ vel Oracula, vel Viſiones à Diis, immo à Demonibus, „ expectabant, illuſi. Plauti verba audire eſt in Curculio-

Cic. de nat. Deorum.

„ ne: *Neque incubare te fuit ſatius Ioui, qui tibi iureiurando* „ *auxilio fuit*; necnon Tullij referentis ſimilia Deos dor- „ mientibus colloqui: vnde Virgilius.

Aeneid. 7.

*Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petiuit.*

Suet. in Octau. Vide Strabonem in 16. circa hanc mat.

„ Quis melius id narrat, quàm Suetonius? Actiani enim „ refert Auguſti matrem in Apollinis Ædibus, vnà cum „ domeſticis matronis, obdormiſſe, vt, ſomno intercedente, diuina comprehenderet reſponſa. Ex Dionyſio habemus, Arcades primos ſub Euandro Cereri Templum „ conſtruxiſſe, & per fœminas Sacerdotes ſacra ei feciſſe „ Abſtemia more græco: quem morem productum ad ſua „ tempora teſtabatur ipſe Auctor: & quidem in Romana „ Republica, teſte Tullio, ſicuti Cereris ſacra à Græcis aſ-

Cic. de legibus, & in Verrem.

„ ſumpta fuerant, ità per Græcas, vt plurimum, mulie- „ res nocturno æris ſono, ſumma religione, ac cæremonijs „ curabantur. At verò ſub Imperatoribus per Latinas, ac „ Romanas frequentiùs confici conſueuere, vt non pauca „ comprobant Epigrammata; inter quæ hoc apud Beneuentanos legitur.

Lib. Antiq. Europ. Inſcrip. pag. 153 nu. 5.

FABIAE. ACONIAE. PAVLLINAE. C. F
FILIAE. ACONIS. CATVLLINI. V. C
EX. PRAEF. ET. CONSVLIS. ORDIN

VXORI. VETTI. PRAETEXTATI. V. C.
PRAEF. ET. CONSVLIS. DESIGNATI
SACRATAE. APVD. ELEVSINAM
DEO. BACCHO. CERERI. ET. CORAE
SACRATAE. APVD. LAERNAM. DEO
LIBERO. ET. CERERI. ET. CORAE
SACRATAE. APVD. AEGINAM
DEABVS. TAVROBOLITAE. ISIACAE
HIEROPHANTRIAE. DEAE. HECATAE

„ Amiterni pariter ( cuius Vrbis ruina Aquilæ ciuitatis „ incrementum fuit ) ſequens habebatur.

D . M
M. CAESIO M. F. PAL. MAGNO
IIVIR. I. D. IIVIR. QQ. IIII. — In auctis per Caſtellinum.
SACERDOT. PVBLIC. CERER.
M. CAESIVS. MAGNVS
CAESIA. SEVERA PAREN
TIBVS
D . D
BIS

„ Non tamen hæc Atticæ Cereris ſacra ſunt, quibus „ etiam viri initiabantur, ſed omninò Deæ Cereris, cuius „ Hieroceribus, hoc eſt Sacerdotibus, Olympicos ludos „ ſpectare licebat; vnde Suetonius, Neronem Virgines Ve- „ ſtales ad Athletarum ſpectacula inuitaſſe, refert. (Sueton. in Neron.)

„ Sed, vt ſtrictiùs rem propoſitam ſequar, non inoppor- „ tunum duco, me non oblitum apud Sereniſſimum Al- „ phonſum Mutinæ Ducem inter Conſulares argenteas mo- „ netas illam extare, quæ à Triumuiro Marco Volteio M. „ fil. M. nep. in obſequium eiuſdem Cybelis cuſa fuit: ad- „ ſculptam etenim figuram eius intuebar rhedæ inſidentem, „ cui Leones iugati, vt Apuleio placuit, ad exprimendos „ Atydis furentes amores; ſi verò Diodori mentem ſequi- „ mur, ad innuendum eandem Deam generoſis nutritam „ extitiſſe animantibus, licet non deſint, qui id ſignificare „ ſcribant, nullum genus tam remotum, tamque ferox (Grapell. in Hieroglyph. Aegyptior.)

adeſ-

,, adeſſe, qui naturæ viribus ſubigi nequeat. Ego tamen
,, crediderim Cybeleis Leonibus diurnum Planetam deſi-
,, gnari, eius nimirum calorem igneum, & viuificum, quo
,, natura parens vtitur ad rerum omnium perennem gene-
,, rationem; capite enim magno præditum hoc animal, pu-
,, pillas ignitas quoſdam vibrantes radios, faciemque ſphæ-
,, ricam circumquaque radiorum more, crinibus aureo co-
,, lore flauentibus, ſparſam habet. Hori nomine Sol ab Æ-
,, gyptijs dicebatur, & hinc temporaneæ Horæ mutuatæ
,, ſunt nomen, eo quod earum ordinato curſu eius mune-
,, ra definiantur. Solio ea propter Phœbi priſca ſecula ſup-
,, poſuere Leones, magnanimas feras cum Patre luminum
,, conuenientiam maximam habentes, poſt etiam emiſſos
,, ſpiritus; teſte namque Æliano, ex colliſione oſſium ignis
,, excitatur, quod elementum Soli proprium eſt, & hac de
,, cauſa adſcriptum Zodiaco Leonem prodidit Valerianus,
,, cuius & gradus Sol calore validiori permeat.

,, Viſitur præterea in QVINTI MANILII ſepulcrali
,, Herma ſub Leonum vnguibus ex vna parte Accipitris
,, caput, cum Arietino Cornu; ex altera vertex Aquilę cum
Diodor. in 1.c.2. ,, Canina auricula; & hæc quidem Auricula fidam Tumuli
,, præſignabat cuſtodiam: Arietis autem Cornu Accipitri-
Nicolaus Vptonus de Milit. Off. l. 4. pag. 173. ,, nó capiti iunctum fœcunditatem, ac ærumnarum profli-
,, gationem prænunciabat. Hæc namque regia Auis animo
,, non minus, quàm vnguibus armata, gratitudinis ſymbo-
In Nicol. Vptonum notę pag. 65. ,, lica eſt: brumali enim tempore, dum cuncta gelu labo-
,, rant, vt ſibi proſpiciat, obuium quodcunque volatile,
,, quod ſors obtulerit armatis aucupata vnguibus, noctur-
,, no retinens tempore ad fouendum ſibi calorem, clare-
,, ſcente diei ortu dimittit, vſque adeò libertatis amans, vt
,, eandem libertatem in alijs, pro grati animi ſignificatione,
,, liberaliter reficere gaudeat: ac licet inopia, & fame ad
,, auem vorandam ſtimuletur, beneficium nihilominus li-
,, bertate compenſat. Sunt eiuſmodi volucrum ſpecies plu-
,, ribus Populis Solis typus, quippè quæ peculiari quodam
na-

,, naturæ priuilegio, per innatam virtutem, illius ſphæram
,, inconniuenti oculo proſpiciant. Porphyrius quidem hoc
,, Luminarium maximum Accipitris forma pictum ſcriptis
,, tradebat. Habet, vt ipſe refert Porphyrius, naturam to-
,, tam ſanguine, & ſpiritu conſtantem, eaque eſt erga ho-
,, mines commiſeratione, vt iacentibus cadaueribus inge-
,, miſcat, ac lumina ad terram defigat. Nec ommittam,
,, quod ex Æliano retuli, Aquilæ nempè, & Accipitris pen-
,, nas, ſi cæteris volatilium commiſceantur, has calore
,, proprio abſumere.

Porphyr. apud Euſeb. de Præp. Euang. lib. 13. c. 4.

,, Aries, qui ſibi nomen fecit ab Aris, eo quod pecu-
,, dum aliorum primus à Gentibus imolatus, Aras fumo
,, compleuerit, quique iuxta Moſaicam ſanctionem, mun-
,, diſſimus, ac aptus ideò ad Sacrificium, & ad eſcam, for-
,, titudinem pręfigurabat, non modò ob robuſtiſsimam
,, frontem, ſed ob cartilaginoſa tempora, munita Corni-
,, bus, quæ reflexa quandam clypei formam gerunt, belli-
,, cę fortitudinis argumentum. Hinc fortè à latinis Aries,
,, quaſi deuotus τῷ Ἄρει; ideſt Marti, cuius quoque in Zo-
,, diaco Aries domus ignea Maſculina diurna ab Aſtrono-
,, mis aſſignatur. Aries corporis magnitudine, animi robo-
,, re, ac præſtantia ouibus præcellit, capite erecto, fixo
,, pede, vngula diuiſa, veſtigio firmius terram premit. Ty-
,, pus quoque fœcunditatis habitus eſt, cum priùs, & ce-
,, leriùs cæteris coeat. Sed quid Arieti cum Accipitre?
,, Nihil apud priſcos Sapientes inauſpicatum, inconſultum
,, nihil. Arietis namque Accipitrino capiti compacta co-
,, nijcio Cornua, ad Aſtrologorum ſententiam ſcribentium,
,, Mercurium in Ariete collocatum ornatam orationis prom-
,, ptitudinem, ac plenam dicendi facultatem influere. Hinc
,, forſan alluſio, quòd Eloquentia mediatrix fuerit in præ-
,, memorato Triumuirorum congreſſu, vt terræ, mariſque
,, tripartitò diuideretur Imperium. Quanti valeat vtique
,, facundia, teſtes ſunt præclariſſimi quique Reipublicæ He-
,, roes, teſtes caſus inſperati, facundiæ ope ſedati, teſtis

Diu. Iſidorus in 12.

Orapollo in Hieroglyph.

Pier. Valerianus Hierogly. in 10.

„ hodiernus Sacer Mercurius, inueteratæ hoſtilitatis dire-
„ ptor, & fæliciſſimæ Oliuæ inſertor.
„ At Maniliani Buſti Hieroglyphica proſequamur. Cin-
„ gunt Mercurij faciem bini Serpentes, ſuper ipſius caput,
„ vt in Caduceo, conuerſis ad inuicem, iunctiſque capiti-
Saturnal. in 1. „ bus, caudis verò ſub mento complicatis. Proderit ergo
„ mihi tanti feciſſe Macrobij allegoricum ſenſum, deſcri-
„ bentis Caduceum cum Anguibus notiſſimis. Refert ita-
„ que in Mercurio coli Solem, quem & Ægyptij finxerunt
„ in ſpecie Draconum & maris, & fœminę coniunctorum,
„ hoſque Mercurio ſacratos eſſe voluerunt. Dracones par-
„ te media ſui voluminis implicantur in nodum, quem vo-
„ cant Herculis, prioreſque partes reflexę in circulum,
„ oculis preſſis ambitum gyri iungunt, poſtea ad capulum
„ Caducei caudę reuocantur, ornanturque alis, ex eadem
„ manubrij parte naſcentibus. Hinc argumenta Caducei ad
„ Genituram faciunt hominum, quam Ægyptij Geneſim
„ appellant, pręfigurando homini naſcenti Deos quattuor
„ Pręſides, Δαίμονα nempè, Τύχην, Ἔρωτα, Ἀνάγκην hoc eſt Ge-
„ nium, Fortunam, Amorem, ac Neceſſitatem, è quibus
„ duos priores Solem & Lunam intelligunt, eo quod Sol
„ author caloris, ac lucis, humanę vitę genitor ſit, & cu-
„ ſtos. Naſcenti idcircò Dęmon, hoc eſt Deus putabatur,
„ nec non Vegetabilium fautor, omniumque propè bono-
„ rum productor, quem Claudianus alloquebatur.

*Qui vitam letumque regit, nam quidquid vbique*
*Cingit materies, hoc te donante creatur,*
*Debeturque tibi certis ambagibus æui.*

Macr. Saturnal. in 1. c. 39. „ Hinc Pluto Sol inferior, ipſo monente Macrobio, di-
„ ctus eſt: nec verba omittam: *Inferi autem nomen Soli da-*
„ *tur, cum inferiori Hemiſphærio, ideſt hyemalibus ſignis cur-*
„ *ſum ſuum peragit; Superi, cum partem Zodiaci ambit æſti-*
„ *uam.* Tradiderunt ea propter Poëtæ, Plutonem Proſer-
„ pinam rapuiſse, quia menſibus hybernis ſemina ſub ter-
„ ris latent, vigoreque ſolari fouentur, vt ſuo tempore in
her-

„ herbas, & fructus erumpant, quo tempore Proſerpinam, „ quam vel frugum Genitricem, vel aridorum germinum „ Virtutem eſse aiebant, mox ad lucem reduci opinati ſunt. „ Hic Orpheum tempora alloquentem audire iuuabit. „ *Proſerpinæ colluſores, quando Parcæ illam, & Gratiæ circularibus choris ad lucem reducunt, Ioui gratificantes, & Matri fructuum datrici.* Hoc pariter ſenſerunt Porphyrius, & Arnobius, cuius poſtremi hæc verba ſunt. *Ille, qui raptam Dite à Patre Proſerpinam dicit, non, vt reris, in turpiſſimos appetitus Virginem dicit raptam, ſed quia glebis occultamus ſemina, iuiſſe ſub terras Deam, & cum Orco ſignificat fœdera genitalis conciliaſſe fœturæ.* Nil itaque „ mirum ſi talibus de cauſis Ægyptij, & Perſæ pro Summo „ Numinum adorauere Solem, largifluum luminis fontem, „ ex eo.

Orph. in Hymnis.

Porph. apud Euſeb. de Pręp. Euang. in 3. c. 3. Arnob. de Gentium fabul. in 1.

*Quod Maria ac Terras omnes, Cœlumque rigando*
*Compleat, & calido perfundat cuncta vapore.*

Lucretius in 5.

„ Eſt profectò maximum hoc Luminare inter erronea „ ſydera à ſempiterno Numine creatum, in ſuæ incomprehenſibilis Maieſtatis typum, & argumentum. Apud Latinos Sol vocatur ex cauſis carmine expreſſis apud Martianum Capellam.

*Solem te Latium vocitat quod ſolus honore*
*Poſt Patrem, ſis lucis Apex, radijſque ſacratum:*
*Bis ſenis perhibent caput aurea lumina ferre,*
*Quod totidem menſes, totidem quòd conficis horas.*

De Nupt. Philolog. in 11.

„ Solarem imaginem memorato Diademate redimitam „ ex pluribus nummis dignoſcimus. Eſt apud me argenteus Marci Aburij Gemini Quæſtoris, quem duplicatum „ reuiſi in ditiſſimo Eſtenſi Muſæo, & à Gorleo indicatum. „ Non deſunt præterea, qui gemmatam exponant, quadricoloremque aliquando Phœbi Coronam: inter quos Albricius Philoſophus.

An. 561. Abrahamus Gorl. in Theſ. rei antiq.

„ Non erit pariter inauſpicatum Delphines in hoc „ QVINTI MANILII Sepulchrali Saxo appingi: vt nimi-

Albric. de Imaginibus Deorum Capellæ in 1. de Nupt.

Iacob. Phil. Tomaſinus lib. de Donarijs, ac Tabel. votiuis cap. 31.

„ rum Mercurio Piſcis dicatus monſtraretur, ac Terra iam „ per Pinum deſignata, Maritimi quoque Imperij per natantes belluas congrua ſymbola iungerentur. Delphin „ inter Piſces Regiam ſuſtinet Maieſtatem, & ea propter „ Neptunus, dum ab Antiquitate inciſus cernitur, illum „ Delphines comitantur: qui, tanquam ſalutis, & incolumitatis ſeruatores, frequenter habentur, quemadmodum „ caſus ſæpè ſæpiùs per mare contingentes à fama, & hiſtoricis relati vulgo etiam teſtantur. Hic Princeps ſquamoſus tempeſtatum præſcius nauigantibus ſollicitat iter; „ hic vocari amat; hic cantus humanos audit libenter; hic „ tandem Crocodilo hoſtis homini infeſtiſſimo. Eſt Veſpaſiani vulgatum numiſma cum Delphine Anchoram amplectente: lentè feſtinandum præmonens, in Anchora „ tarditatem, in Delphine celeritatem præfigurans. Vlyſſes, teſte Plutarcho, annulos, parmam, & enſem huius „ natantium Proceris effigie obſignatos geſtare ſolebat, eo „ quòd Telemachum filium periturum Delphin ſeruaſſet. „ Hercules in Clypeo hoc animal argento, cæterorumque piſcium turbam ære expreſſam deferebat, ſi aurem præſtamus „ Heſiodo. Athenæus inter Græcos V. C. ſcriptum reliquit, „ Cæſarem Principi illius Regionis, quæ nunc Delphinatus, „ Delphinem donaſſe, quo pro Inſignibus vteretur: eo quia „ ad Gallos debellandos ſuppetias contuliſſet. Nec deſunt „ exempla Sacra, dum Diui Luciani Martyris, Maximiano ſubente, in æquora proiecti Corporis, vt honores Sepulchrales minimè conſequeretur, pium ad littora Delphinem admiramur delatorem. Liceat vlteriùs mihi dicta confirmare numiſmatibus diuerſis, è quibus ſolidiora „ conijcio argumenta. Ex illo, inquam, Marci Agrippæ „ Lucij fil. Conſulis tertiùm, quod Senatu decernente Neptuni reducis Simulachro ſignatum extitit, expreſſa Numinis dextera Tridenti altè innixa, & ſiniſtra Delphinem „ exporrigente. Ex altero Quinti Naſidij eundem Neptunum monſtrante cum Stella, & Carbaſo tumente ab vna

Pier. Valer. Hieroglyphicor. in 27.

Plut. in vit. s.

Athe. in Côment. de rebus Britannorum.

Baron. Annal. Tom. 3. n. Ann. 326

ab al-

„ab altera Caput Numinis Tridente armatum, inferius „Delphin, cum notis NEPTVNI, ob Naſidij tutè peractam nauigationem exprimendam. Tandemque ab illo „Neronis, cui adſculpta Oſtienſis Portus topographia; cernitur enim ipſo in Portu Neptunus ſedens, in quietis indicium, dextera temonem ſolo adprimens, & Delphinem „amplectens in ſecuritatis argumentum.

„ Hoc itaque pacto propoſiti MANILIANI Cippi legendi videntur Ægyptiaci Characteres. Sed quid obſecro „manifeſtiùs depromit Antiquorum vanam Theologiam, „quàm vmbratę Imaginum ſimilitudines, ad documenta „populorum, ad ingeniorum contemplatione, ac ad vulgi admirationem? Mos ipſis Gentibus quidem fuit, vt „præmittebamus, arcana Deorum maiora, vel omninò tegere, vt apud Athenienſes Sacra Cereris, vel allegorico „myſterio doctis inſinuare. Sic, perſpecta iterum è propoſito Lapide Mercurij facie, recurrit ingenium ad ſenſum Carminis.

*Tu pias lætis Animas reponis*
*Sedibus, virgaque leuem coerces*
*Aurea turbam: Superis Deorum*
*Gratus, & Imis.*

Horat. in 1. Ode 10.

„ Deridenda etenim ſuperſtitio Corpora Cereri in æternum deberi exiſtimans; vita pariter functorum Spiritus „per Mercurium ſuſcipi, hoſque vel innoxios ſupremo Ioui reddi, vel noxios ad Plutonem inferum deduci autumabat. Pythagoras ideò, vt referebat Laertius, ipſum „Numen diſpenſatorem modò, Quęſtoremue, aut Ductorem Animarum appellabat, nec non Cœlorum Ianitorem. Hinc facilè erit intellexiſſe, cur Triceps: quod „nempè in Cœlo, in Terra, & apud Tartara verſari conſueuerit. Virga autem eius aurea, Pennis, &. Anguibus „inſignita, huic myſterio aptari clareſcit, dum ab Apolline profecta fingitur, nihilque in ea mirabiliùs, quàm „Supera, & Infera penetrare ac ipſi Naturæ imperitare

Laert. in vita Pithagorę

Macrob. Saturnal. in 1. c.17.

poſſe,

„ poſſe, perhibetur, iuxta metrum.

*— cantu ſinditque ſolum, Maneſque Sepulchro*
*Elicit, & rapido deuocat oſſa rogo.*

Sed longè Ouidiano melius Virgilianum Carmen.

*Tum virgam capit, ac Animas ille euocat Orco*
*Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit;*
*Dat ſommos, adimitque, & lumina morte reſignat,*
*Illa fretus agit ventos, & turbida tranat*
*Nubila, &c.*

„ De his hoc loco ſatis, cum pleniſſimè fuerit mihi ſer„ mo hiſtoricè interpretanti Ænigmaticum Epitaphium.

Viſitur primo ab Vrbe Bonon. lap. in ædibus Sen. Volta ad Caſaralgam.

D. M.
AELIA. LAELIA. CRISPIS
NEC. VIR. NEC. MVLIER. NEC. ANDROGYNA
NEC. PVELLA. NEC. IVVENIS. NEC. ANVS
NEC. CASTA. NEC. MERETRIX. NEC. PVDICA
SED. OMNIA
SVBLATA. NEQ. FERRO. NEQ. FAME. NEQ. VENENO
SED. OMNIBVS
NEC. COELO. NEC. TERRIS. NEC. AQVIS
SED. VBIQVE. IACET
LVCIVS. AGATHO. PRISCIVS
NEC. MARITVS. NEC. AMATOR. NEC. NECESSARIVS
NEQ. MOERENS. NEQ. GAVDENS. NEQ. FLENS
HANC
NEQ. MOLEM. NEQ. PYRAMIDEM. NEQ. SEPVLCHRVM
SED. OMNIA
SCIT. ET. NESCIT. CVI. POSVERIT

„ Hoc in marmore ab Antiquitate relictum videtur, vt „ ſublimiora quęquę poſterorum ingenia ad ſenſum euiſce„ randum ſtimularet, vel, ſi opportuniùs loquar, vt inter „ ſummam hęſitationem mentes complicaret.

„ Vt verò nobis, iam expeditis per Orientales notas à „ Sacris rerum notionibus, noſtri QVINTI MANILII pa„ teant, tùm nobilitatis, tùm dignitatum gradus, cum non

de-

„ defuerint, etiam non ineruditi Viri, qui ipſam exaratio-
„ nem, vel puncta obſcurarunt, ſtatui per extenſa verba
„ lecturam faciliorem exponere.

QVINTO. MANILIO

CAII. FILIO. CORDO. CENTVRIONI
LEGIONIS. VNIVSETVICESIMAL. RAPACIS
PREFECTO. EQVITVM. EXACTORI
TRIBVTORVM. CIVITATVM. GALLICARVM
FACIVNDVM. CVRAVIT
CERTVS. LIBERTVS
IN. AGRO. PEDES. XLIV. IN. FRONTE. PEDES. XLIV.

„ Nec memoriæ in primis demandaſſe piegat notionem
„ poſtremi huius Viri Cognominis. Iure enim, ac merito,
„ dum à natiuitate iſtud contractum cerno, fore præmit-
„ tendum puto, deque eo aliquid dicendum. CORDI Halicar. in 4.
„ igitur, vel Obſigonæ agnominabantur, qui vltra ſtatu- Quintil. in 1. c. 17.
„ tum naturæ tempus in vtero reſidebant. Sic inter Grac- Varro de Re Ruſt. in 2. c. 1
„ chos, Mutios, Allienos, ac Cœſios pro comperto habe-
„ tur. Haud enim fuit peculiare Agnomen MANILIÆ
„ Gentis: cuius ſplendores præclariſſimos eo libentiùs mo-
„ dò è lapidibus, modo è metallis, ac tandem à Scripto-
„ rum documentis hac opportunitate loci proſpicere decre-
„ ui: cum de tanta Familia Vrſinus, Auguſtinius, Gorlæus,
„ ac Streiennius minimè ſcripſerint in ſuis de Priſcis Ro-
„ manorum Familijs eruditiſſimis Tractatibus.

„ Fluxiſſe itaque hanc Sobolem liquet à Tuſculanorum Raph. Volater. Cõment. Vrbanorum in 17. pag. mihi 195.
„ Duce Manilio Octauio. Genero Tarquinij Septimi Qui-
„ ritum Regis, Lucij Filij, Damarati Nepotis, qui cum
„ ab Anno poſt V. C. CCXIX ad CCXLIV iniuſſu Po-
„ puli, & ſine Patrum auctoritate Sceptro potitus fuiſſet,
„ ex die V. K. Mart. primis Conſulibus eiuſdem Populi,
„ ac Senatorum ſuffragio ad regendam Rempublicam crea-
„ tis, Vrbe, ac Regno exactus eſt; apudque ipſum Ma-
„ nilium receptus fertur, & ſummoperè ſuffultus, in Qui-

rites

„ rites tuliſſe bella, quorum famam, tanquam ſatis ſuper-
„ que celebrem, non eſt cur recenſeam, dum Manilio-
„ rum Procerum nomina ad glorioſam perennitatem pro-
„ ponere feſtino; primum deſumens ab Vrbe ex Hortis
„ Ædibus Diui Stephani adſcitis.

Lib. Europ. Inſcrip. pag. 170.nu.16.

MANILIA. PAVLLA
DE. PATRIMONIO. SVO
SIBI. ET
AVRELIO. PAVLLINO
COMPATRI. SVO
DOMVM. AETERNAM

„ Alterum è Vinea olim Cardinalis Carpenſis.

Lib. eodem pag.77.nu.7.

MANILIAE. LVCILLAE. C. F
MATRI. PIISSIMAE. ET
INCOMPARABILI
CAESONIVS. LVCILLVS. V. C
FILIVS

„ Tertium ab Auentinis Maximorum Hortis.

Lipſ.in Auct. pag.32.

SILVANO. SALVTARI
L. MANILIVS. SATVRNINVS
EX. VOTO. POSVIT

„ Quartum extra Portam Salariam à Ioanne Zaratino
„ indicatum,

Io. Bembus in manuſcripto lib. pag. 46.

DIS. MAN
MANILIAE
AGATHONIDI
VIX. AN. XVI
C. BLANDIVS
CONIVGI. SVAE
KARISSIMAE
ET BENEMER
POSVIT

„ Quintum à Matera Apulorum Ciuitate.

C.MA-

C. MANILIO
C. F. HOR. RVFO
SEXTILIAE. P. F
DATAE. VXORI
SEXTILIAE. C. L
PRIMOGENIAE
ANNORVM. XIII
DELICIO. EORVM
DATAE

Lib. Europ. Inſcrip. pag. 172. nu. 14.

,, Sed pleniùs redundantes Hiſtoricorum paginas incly-
,, tis Maniliorum monumentis peruoluamus: prodeatque
,, omnium Heroum primus Caius ampliſſimæ famæ in Tri-
,, bunatu Plebis, ac bono Reipublicæ natus, non minus,
,, quàm Marcus, & Sextus; & ſe promat ex ſeditione, quæ
,, in Algido à Decemuirorum impotentia exarſit, per mi-
,, lites Ducem ſelectum.

An. 271. Pl. Trib. exinde Imp. Militum Halicarn. in 8. ac in 10. An. 287. Trib

,, Succedant Manilius, prænomine Cneus, agnomento
,, Cincinnatus, & Caius Manilius Vulſo Conſules Vrbis à
,, Gregorio Haloandro relati inter Annorum digeſtionem
,, Codici Iuſtiniano inſertam, vt habet Exemplar Norim-
,, bergæ impreſſum An. S. 1530.

Pl. An. 291. An. 274. Coſſ. An. 280. ac 304. Holean. in Cronolog.

,, Aulus Manilius cum Lucio Virginio Tricoſto, Lucio
,, Poſthumio Albino, Aulo Valerio Publicola, Publio Cor-
,, nelio, & Aimilio Mamertino ter Militibus pro Tribuno
,, datus.

An. 367. Holean. in Cronol. T. Liu. Hiſt. in 5.

,, Caius Manilius Attilius primus è Plebe Maximus Cu-
,, rio Aimilio Papio ſuffectus. Hic animadvertendum, lon-
,, gè aliud eſſe de Plebe, & Plebeium: nam hic eſſe dici-
,, tur, qui non eſt Patricius; ille, qui nec Senator, nec
,, Eques. Plebeius ergo ad genus ſpectat, de Plebe ad Or-
,, dinem: Tripartitus enim erat tunc vniuerſus Populus
,, Rom. in Senatores, Equites, & de Plebe, Ideò Auſonij
,, Carmen.

An. 545. T. Liu. Hiſt. in 27.

*Martia Roma triplex; Equitatu, Plebe, Senatu.*

,, Vnde imperiti ſæpè hoc ipſo quòd aliquem è Plebe

Seruius in Iuuenilibus Ferijs c. 3. Cicero in Bruto.

„ ſcriptum legunt, ignobilem, & obſcurum inaniter ſibi ſua-
„ dent.

„ Caius Manilius Limitanus, qui Tribunicia facultate de-
„ functus, legem protulit, vt in eos quæreretur, quorum
„ ſtudio, & conſilijs Iugurtha Decreta Senatus neglexiſſet.
„ Qua lege Iudices Gracchani quattuor è Conſularibus vi-
Liu. Hiſt. in 4 „ ris, & vnum Sacerdotem ſuſtulerunt.

„ Publius Manilius Pub. fil. Ordine Patricius, Tribu-
An. V. C. 550. „ nus Militum cum Collegis Publio Titinio, Pub. Melio,
„ Lucio Furio Medullino, & Lucio Popilio Volſco, conſti-
„ tutus tum, cum Publius Licinius Caluus ex Plebe, fa-
Liu. in 45. Hiſt. & 61. Epitem. „ uente ſibi Conſulum poteſtate huiuſmodi munus vſurpa-
„ re auſus eſt, non ſine ipſius Plebis vltima admiratione;
An. 582. Aedil. „ nullis enim vir ipſe antea efluſſerat honoribus.

An. 587. Vrb. Prat. „ Publius Pub. fil. Pub. nep. Ædilis primò, ac Prætor
An. 608. Prou. Fræt. „ Vrbanus dehinc in Sicilia, ac tandem à fugitiuis ſeruis
„ Caſtris exutus, & profligatus, poſt res Lucij Anicij in Il-
An. 615. Legatus. „ lyrico compoſitas, & Regem Gentium captum.

An. 616. Proflig. „ Marcus pariter Publij fil. Pub. nep. in Capitolinis
Cic. in Bruto „ marmoribus Conſul deſcriptus, ac Prouincialis Quæſtor:
Appianus in Libico. „ cui tribuendum cenſeo elegantiſſimæ artis æreum numiſ-
T. Liu. Epitome in 50. V. „ ma, in quo roſtrata Nauis, & Herculis Clauigeri Caput,
Max. in 5. c. 2 „ cum notis M. MANILIVS ab vna partium, ab altera
An. 568. „ Romæ imago galeata, vt cerno in meo domeſtico Muſæo.
„ Ipſum arbitror Marcum I. C. cæſo matris vtero luci edi-
An. 595 Quæſt. „ tum; illum nempè, qui ante Africanum Proconſulatum
„ Romæ Quæſturam geſſerat, & Conſularia munia obiue-
An. 600. Coſ. vel vt alijs placet an. 604. „ rat, Collega Lucio Marcio C. fil. C. nep. Cenſorino, &
„ bello Punico tertio vertente Carthaginem obſederat, ac
An. 605. Procoſ. „ oppugnauerat. Is per M. Tullium inter coætaneos elo-
„ quentia pollentes enumeratus mirum in modum commen-
„ datur, dum Pub. Scæuolæ non impar deſcribitur. Is Sa-
„ crorum Pontificalium peritiſſimus fuit, & ex illis, qui
„ tranſuerſo foro ambulare, & reſponſa dare ſolebant. Is
„ tandem Decimum Sollanum, quòd Prætor Macedoniam

expi-

„ expilaſſet, Cauſa diſcuſſa, abdicauit, & relegauit.
„ Eluceat Lucius, agnomento Mancinus, Quæſtor Pro- Saluſt. in Iug
„ uincialis, & Pleb. Tribunus, qui legem tulit, qua C. gurt.
„ Mario bellum Iugurthinum decretum eſt; qui, vt reor, Plin. in 33. c. 1.
„ Legatus pro eodem Bello ad ipſum Marium miſſus eſt; P. Victor. de Vrb. Regio.
„ qui in Vrbe, Ædilitiæ rei dum præſideret, Ludos, & An. 641. Quæſt.
„ Scholas publico beneficio excitauit. An. 648. Tr. Ple. Legiſlator.
„ Publius à Vinando creditus nepos Marci Manilij I. C.
„ qui Coſ. Anno 604. Prouinciali Quæſturæ addictus, ac
„ iterum vt aliquibus placuit, Vir Conſularis ſub Anno An. 649. Aedil.
„ 635. portentis celeberrimo. Fertur itaque in eius decur-
„ ſu lacte pluiſſe, terram cum mugitu tremuiſſe, examen An. 617. Quæſt.
„ Apum in Romano Foro conſediſſe, ac triplicis ſphæræ
„ imagine Solem apparuiſſe. Sed, omnimoda quidem du- Steph. Vinãd. Annal. Rom.
„ bitatione ſemota, vir ipſe fuit, qui Præturam in bien- tom. 1.
„ nium aſſequutus, Conſulari effulſit dignitate non An. 635,
„ ſed 630. vt ex antiquis claret.
„ Accedat Caius à præmemorato Publio I. C. (ni co- An. 661. Legiſlator. V.
„ nijcerem incomptè) genitus I. C. ac Pl. Trib. à quo bi- Max. in 6. c. 2.
„ næ dimanarunt Sanctiones, altera nempè de Libertorum
„ ſuffragijs (quæ cum S. C. damnata extitiſſet, ab ipſo e- Holean. in Cronol. Liu.
„ tiam abiecta eſt) altera de bello Mitridatico extra ordi- Epitom. li 99.
„ nem Cnæo Pompeio demandando; pro quà extat Cic.
„ Oratio. Hunc eundem puto Caium, quem Haloander an-
„ tè geſtos Plebis Magiſtratus Anno 649. cum Agnomen-
„ to Maximi adſcripſit Conſularibus Faſcibus, cum Publio
„ Rutilio Ruffo; & Paterculus venalem alienæ potentiæ
„ Miniſtrum repræſentauit.
„ Titus Publij fil. Caij frater, quem Cicero ornatiſſi-
„ mum Senatorem appellat, ac adhibet teſtem in Cauſa Q.
„ Roſcij; celebrando, tanquam ætate grandæuum, natura
„ Sanctum, ac religioſum. Apud hunc Vrbis Prætorem
„ Marci Curij Cauſam tutatus eſt Lucius Craſſus Orator.
„ Hinc igitur, cum pateat T. ipſum hac tempeſtate floruiſ-
„ ſe, planè arbitror eundem extitiſſe, qui Magiſtratus Cu-

„ rules peramplos geſſit, de quibus Plinius, ſuppreſſo Titi
[Plin. in 10. c. 2.] „ Prænomine ſcripſit: Magiſtratus, inquam, illos à pleriſ-
„ que Scriptorum attributos Marco Manilio (quem aliqui
[Vrb. Commentar. in 117.] „ Caium prænominatum volunt; & ex his Volaterañus,
„ argenteum memorans nummum cum illius imagine, Sphæ-
„ ra inſignita) Marco illi nempè, qui ſub Auguſti Monar-
„ chia claruit ob Præturam Vrbanam, nec non ob Prouin-
[Plin. in 35. c. 17.] „ cialem: qui Aſtronomica quinque Volumina latinis con-
„ ſcripta verſibus eidem Imperatori dedicauit: qui in Mar-
[Plin. in 36. c. 10.] „ tio Campo erectum Obeliſcum in Gnomonis horarij vſum
„ deduxit. Nec Plinij mendis fides adhibenda, ſi pro Ma-
„ nilio Manlium ſcribat, antiquiora ſiquidem eius libro-
„ rum exemplaria ſtudio cultiora Manilium, non Man-
„ lium vbique legendum proponunt: non enim Maniliam
„ & Manliam eandem exiſtimo Sobolem fuiſſe, vt Æliam,
[Fuluius Vrſinus in lib. de antiq. Rom. fam.] „ Ailiam, & Alliam, ad ſenſum Fuluij Vrſini, legimus pro
„ vna ipſa teſtificatam. Verumtamen ipſe Plinius, vt ad
[Plin. in 10. c. 29.] „ Titum reuertamur, vbi de Phœnice Aue Solitaria ſcribit,
„ ex cuiuſdam Manilij auctoritate, cum multa deſumpſiſſe
„ fateatur, ſatis indicat illum ætate longè pręceſsiſſe Diui
„ Auguſti tempora, dum aſſeuerat, eodem Manilio indi-
[An. 656.] „ cante, Magni Anni conuerſionem fuiſſe ſecutam Coſs. Cn.
„ Cornelio Pub. fil. Cn. nep. & Pub. Licinio Marci fil.
„ Pub. nep. Craſſo, Sic namque de eodem perhonorificè
„ loquitur. *Primus, atque diligentiſſimus Togatorum de ea*
„ *prodit Manilius, Senator ille maximis nobilis doctrinis, ne-*
„ *minem extitiſſe, qui viderit veſcentem, in Arabia viuere*
„ *annis centum ſexaginta, &c.* ac poſt alia. *Cum huius Ali-*
„ *tis vita Magni conuerſionem Anni fieri prodit idem Ma-*
„ *nilius, iterumque ſignificationes tempeſtatum, & ſyderum*
„ *eaſdem reuerti. Hoc autem circa meridiem incipere, quo die*
„ *Signum Arietis Sol intrauerit, & fuiſſe eius conuerſionis an-*
„ *num, &c.* Prędictis nempè Cornelio, & Craſſo Conſu-
„ laria miniſtrantibus: in quem pariter Annum huius T.
„ Manilij Tribunitia Poteſtas excurrit, vtcunque conſtet de

Prę-

,, Prætoria ſub 660, obque prorogatum Imperium de Pro-
,, uinciali eius Queſtura ſub 664.

,, Lucius nec deſit nobis Tribunus Plebis, ad Vrbanam, T. Liu. in 90.
,, moxque ad Prouincialem Narbonenſis Galliæ Præturam An. 660. Trib. Pl.
,, aſſumptus, ac Proconſularibus munijs intentus eo tempo- An. 671. Vrb. Præt.
,, re, quo per Herculeium Sertorij Quæſtorem, cum Mar- An. 673. Pręt. ext.
,, co Antonio Legato ſe victum, & profugum agnoſcere
,, coactus eſt; Hiſpaniam petiuerat, vocante Metello, ter- An. 675. Procoſ.
,, nis Legionibus, ac mille vltra quingentis Equitibus ſti-
,, patus.

,, Caius Manilius Criſpus Ædilitiæ Pl. curam, lapſoque An. 691. Aedil.
,, biennio Prouincialem Præturam ſemel ac iterum ſuſti-
,, nens. Vinand. Anal. Rom. Tom. 3.

,, Manilius Caninianus Quæſtor, nec non Pl. Trib. de Ped. in argu Orat. pro Milone.
,, quo Pedianus verba faciens, aſserit ipſum, cum Marco
,, Cœlio Collega, Galatam Milonis ſeruum, à Triumuiro
,, Capitali captum, liberaſſe.

,, Manilius quoque Cornutus hic ſiſtat ex Prætorijs Le-
,, gatus Aquitannicæ Prouinciæ ſelectus; quem Plinius men- Plin. in 26. c. 1.
,, tagra laborantem, vt curaretur, ad ſe veniſſe, & H-S du-
,, centa erogaſſe ſcribit.

,, Tandem ad illuſtrandum tot Heroum ſeriem properet Hirtius in 7
,, Manilius Tuſculus; ſub Quinto Caſsio Proprætore incly- Dio. in 41.
,, tus miles ad bellum Ciuile in Hiſpania; qui eadem Pro-
,, uincia ſubacta, Italiam reuiſiſſe ouans fertur.

,, Sed quoniam ſub ipſa ſcriptione defatigaretur potius
,, dextera, quàm quod huius Nobiliſsimæ Stirpis deficerent
,, enumerandi Viri; ommiſsis alijs, noſtri QVINTI MA-
,, NILII CORDI in vtroque militari munere, CENTV-
,, RIONIS nimirum, & PRÆFECTI EQVITVM digni-
,, tatem liceat recognoſcere à Ioanne Roſino rerum anti-
,, quarum ſcientiſsimo, referente, neminem inter Legiona- Roſ. Antiq. Rom. in 12. c. 4.
,, rios adſcribi potuiſſe, qui Ciuis Romanus, Ingenuus, ac
,, ſaltem in quinque Claſsibus cenſus, ac ludicræ artis ex-
,, pers non fuiſſet; vndè Seruos Libertinos, Pueros, Capi-

te

„ tecenſos, ac Hiſtriones, nonniſi vltima cogente neceſſi-
„ tate, ac in dubijs rebus, pro Republica legimus ad Ar-
„ ma vocatos. Qui Legionarijs Ordinibus adſciti erant,
„ quampluria commoda ſortiebantur. Patebat ſiquidem eis
„ ad militaria munera acceſſus, non denegabatur Cohors
„ Prætoria, & competebat ſtipendium: concedebatur præ-
„ da, & addebantur dona Imperatoria. Pro quorum om-
„ nium pleniſsima notione ad ipſum Scriptorem non per-
„ peram erit cuique Studioſo acceſsiſſe: Hic tantummodò
„ apponam Centuriones illos fuiſſe, qui ſingulis Ordini-
„ bus in Legione præerant. Legio, autem in decem Co-
„ hortes diuidebatur; ſingulæ rurſus in Ordines ternos,
„ exceptis Velitibus, diſtributæ deſcribebantur. Qui Ordi-
„ nibus illis præerant Centuriones appellabantur, & ſic
„ deinceps vſque ad decem: nam qui decimæ Cohortis
„ Triarijs præerat, decimi Triarij Centurio nuncupabatur.
„ Si quis plura deſuper deſiderat Carolum etiam Sigonium,
„ & Aldum Manucium deſcriptores ſapientiſsimos adeat.
„ De Præfectura pariter militari, ad quam tunc tempo-
„ ris non opes, non gratia, non fauor, ſed virtus, iuſti-
„ tia, & robur Viros prouehebat, cognoſcere erit apud Ve-
„ getium. O quantùm deteſtarentur priſci hodiernum quo-
„ rumdam militantium abuſum, non gloriam quærentium,
„ ſed ſpolia & prædas effrænemque viuendi libertatem ſe-
Veget. in 2. „ ctantium! *Proprius Iudex*, inquit Vegetius, *erat Præfe-*
„ *ctus Legionis, habens communem primi Ordinis dignitatem,*
„ *qui abſente Legato, tanquam Vicarius ipſius, poteſtatem*
„ *maximam retinebat. Centuriones verò, Tribuni, cæterique*
„ *milites eius præcepta ſeruabant. Vigiliarum, ſeu Profectio-*
„ *nis Teſſeræ ab eodem petebantur. Si miles aliquod crimen*
„ *commiſiſſet, auctoritate Præfecti Legionis à Tribuno deuoue-*
„ *batur ad pœnam. Arma omnium militum, item veſtes, equi,*
„ *annona ad curam eius pertinebant. Diſciplinæ ius, & ſe-*
„ *ueritas non Peditum modo, ſed Equitum Legionariorum*
„ *quotidie præcepto eius curabantur. Ipſe autem cuſtos diligens,*

*& ſo-*

„ *& ſobrius Legionem ſibi creditam aſſiduis operibus ad om-*
„ *nem deuotionem informabat, & induſtriam, ſciens ad ſui*
„ *ipſius laudem ſubiectorum redundare virtutem.*

„ At quid plura? De Officijs militaribus præſtabit magis
„ examinare Theodoſianum Codicem, & Corpus Iuris Ci-
„ uilis; ne ab inſtituta breuitatis via nimis digreſsi videa-
„ mur. Si quid tamen his paginis pererratum eſt, non fuit
„ conſilium inuoluntarium, nec omninò (vt aliqui haud pe-
„ riti putant) inutile. Immò, ſi rectè ſentiunt, aperient
„ oculos ad non vulgares ſparſim, humili licèt ſtylo, vt
„ fuit opportunum exhibitas eruditiones, quas de Ritibus
„ Gentium, Symbolis, ac Trophæis conſulto retulimus; &
„ ſpectabunt lumina clariora myſticæ Theologiæ, quæ, ſal-
„ uis tamen reuelatis dogmatibus, ad morum compoſitio-
„ nem, ac ad Diuinæ Maieſtatis cognitionem perducere
„ poſſunt. Licet enim, antiquam Gentium religionem ex-
„ planare, vt ex eorum erroribus, tanquam ex vmbris, ſa-
„ lutaris Fidei claritas magis illuceſcat.

„ Reliquum eſt ſermonem conuertere ad Vigeſimam pri-
„ mam Legionem, cui præerat MANILIVS noſter. Aſſen- Fran. Robortel. de Vita, & Vict. P.R. in 15.
„ tiri minimè poſſum Robortello aſſerenti epitheton RA-
„ PACIS deductum ab effectu, à rapiendo nempè. Ad-
„ horret ſiquidem genius à tali interpretatione, dum op-
„ portuniùs arridet credidiſſe ex digniſsimo miniſterio in-
„ ditum nomen; Liceat igitur iſtud prudenter deducere à
„ roboris præſtantia, qua palmas de Mauortijs Campis,
„ præualens ipſa Legio commilitonibus, rapere conſueuit.
„ Rapacem quoque crediderim dictam, quòd rapido im-
„ petu in hoſtiles copias equitando inueheretur. Quam
„ nomenclaturam, poſt binos ex vetuſtiſſimis Saxis præ
„ oculis poſitos Titulos, eiuſdemmet Legionariorum memo-
„ res, Romanorum Annalium auctoritate comprobabo. Eſt
„ itaque alter Titulorum deſumptus ab Hortis Diui Pauli
„ ad viam Oſtienſem.

C. Car-

Lib. Europ. Inſcrip. pag. 50. nu. 17.

C. CARNVNCIANO
C. F. POL. ORICVLAE
PRAEF. FABRVM
TRIB. MIL. LEG. XXI
RAPACIS. EX
TESTAMENTO. EIVS
CVRAVIT
IVLIA. PIA. VXOR

„ Alter ab agro Comenſi, relator etiam Ouſentinę Tri-
„ bus, in Tranſpadanæ Galliæ monumentis non infre-
„ quenter recenſitę.

Lib. præcit. pag. 158. nu. 22.

C. CALPVRNIVS
L. F. OVF. FABATVS
VIVIR. IIII VIR. I. D
PR. M. PRAEF. PRAET
TRIB. MIL. LEG. XXI. RAP
PRAEF. COH. VII. LVSITA
ET. NATION. GETVLICAR
SEN. QVAE. SVNT. IN. NVMID
IA. FLAM. DIVI. AVG
PATRIMONIO........
..........................
T . F . I

„ Ex quo poſtremò Titulo minimè foret incomptum ali-
„ quid perſcrutari. Quod nimirum ipſe Caius Calpurnius
„ Vitellianas partes fuerit ſectatus contra Othonis fautores
„ in Acie Cremonenſi eo tempore, quo Vitellius ipſe,
„ nunquam ità ad curas intentus, vt voluptates obliuiſce-
„ retur, Bononiam venerat ſpectatum Gladiatoria exerci-
„ tia, ac Ludos per Fabium Valentem paratos. Nec ex-
„ tra probabilem veritatem coniectaſſe videtur eundem
„ Calpurnium prædictæ militiæ adſcriptum, cum excellen-
„ tiſſima eius Baſis exaratio ipſi tempeſtati conformetur, &
„ Legio Rapax tranſducta tradatur ab Hiſpania: vbi è
„ Calpurnijs quamplures degiſſe, ac vtrique Mineruæ pro

Roma-

„ Romana Republica inſeruiſſe legimus. Caium nempè „ Calpurnium agnomento Piſonem (vt vetuſtiores prætereamus) qui ex ipſa Prouincia Proprætor Anno 569. de „ Luſitanis, & Celtiberis triumphum egit; Piſonem Frugi, necnon L. Calpurnium Piſonem eius genitum, Prætura poſt patrem, qui in ea obijt, perfunctum An. 683. „ Nec tacebo, quam ex Tacito deſumpſi eminentiſſimam „ huiuſce Rapacis Legionis ſtrenuitatem, talibus periodis celebratam. Lib. Hiſt. 2. ante medium, diuiſione mihi 11. „ *Fortè inter Padum viamque patenti campo, duæ Legiones congreſſæ ſunt: pro Vitellio Vnaetuiceſima, cui cognomen RAPACI, vetere gloria inſignis: è parte Othonis Prima Adiutrix, non ante in aciem deducta, ſed ferox, & noui decoris auida. Primani, ſtratis Vnaetuiceſimanorum principijs, Aquilam abſtulere: quo dolore accenſa Legio, & impulit rurſus Primanos, interfecto Orphidio Benigno Legato, & plurima Signa, Vexillaque ex hoſtibus rapuit.* Libro autem 3. ſub diu. 4. *Ad quartum à Cremona lapidem fulſere Legionum Signa Rapacis, atque Italicæ.* Paulòque infra, „ Vitellianorum, vt notabiliorem exponat ſubſequutam cædem, ex auctoritate Viſpanij Meſſalæ miſerandum narrat „ euentum in hęc dicta. *Iulius Manſuetus ex Hiſpania Rapaci Legioni additus impuberem filium domi liquerat. Is mox adultus inter Septimos à Galba conſcriptus oblatum fortè patrem, & vulnere ſtratum, dum ſemianimem ſcrutatur agnitus, agnoſcenſque & exanguem amplexus voce flebili precabatur, piatos Patris Manes, neue ſe, vt parricidam, aduerſarentur; publicum id facinus, & vnum militem quotam ciuilium Armorum partem? Simul attollere corpus, aperire humum, ſupremo erga Parentem officio fungi.*

Cornel. Diſ. in 2. pag. 422.

In 3. pag. 459 Volu.

„ Modò nos etiam vocant obſeruationes addendę pro illuſtrando QVINTI MANILII CORDI Sepulchrali Monumento, cuius vltima lineamenta breuiter abſoluemus: „ nihil enim aliud, quàm agri, eius funeribus & exuuijs aſſignati, menſuram, & ſitum oſtendebant; De huiuſmodi

„ generis menſurarum indigitationibus Venuſinus canebat:

*Mille pedes in fronte, trecentos Cippus in Agro*
*Hic dabat, &c.*

„ Ager itaque in MANILII noſtri tumulum datus, vndecimo plus minus ab hac Vrbe lapide, menſurabilis erat in fronte, hoc eſt anteriori parte ad Viam verſa, in pedem vſque quadrageſimum quartum; in Agro, nempè à cęteris lateribus vndique, ad totidem: cum longitudo ad frontem, latitudo ad agrum ſpectaret. Statuebantur Agri Sepulchrales, eo quòd vetitę eſſent intra Vrbium mœnia humanorum Cadauerum humationes. Hinc Ouidius.

Io. Paul. Senſen. in 2.

*Inque ſuburbano membra ſepulta ſolo.*

„ Veruntamen poſt euulgatas duodecim Tabularum leges, ob maxima in Rempublicam merita, in ipſa Vrbe aliquos tumulatos legimus. Ex his Tullius recenſet Valerium Poplicolam, Publium Poſthumium, & Seruium Sulpicium. Plutarchus Caium quoque Fabricium, iuxta Veliam in foro ſepultum, tradit. Id de Caio Publicio indicant Tiburtinæ Inſcriptionis verba: necnon de Clodia Sobole, ſub Capitolio Suetonius. Quinimmò Cęſares, & Veſtales ex S. C. Romę poſt funera locum habebant, ad mœnia tamen. Ita ex antiquiſſimis firmabat Parens meus in Apparatu ad Hiſtoriam Primę Sacræ Expeditionis. Hęc ſanctio, licet dura, perſeuerauit vſque ad Maxentium Tyrannum, qui politica potius neceſſitate, quàm ſincero aſſenſu, ſummę pietati Flauij Valerij Conſtantini, inter Auguſtos verè Maximi, haud obſiſtere auſus, Marcello Summo Pontifici de ſepeliendis in Via Salaria Chriſtianorum Reliquijs ampliſſimam relaxauit facultatem, licèt demùm infidus ſęua barbarie facto proprio contrariatus fuerit. Cęterum memorię ſuggerit Seruius, apud priſcas gentes non modo in Latio, & Gręcia, ſed vniuerſum ferè per Orbem ante expoſitas Tabularum diſpoſitiones in more viguiſſe, vt quiſque mortuus

Cic. de ll. & in Philippicis

Seru. in Com. Virg. Aeneid.

tuus

„ tuus domi ſuę ſepeliretur, idque indicatum vult Scriptor „ ipſe à Virgiliano Carmine.

Aeneidos. 5.

*Sedibus hunc refer ante ſuis, & conde Sepulchro.*

„ Eandem firmabat doctrinam Caſſaneus, qui ætate ſua „ Auguſtoduni vidiſſe teſtabatur multos defunctorum ci- „ neres in vetuſtiſſimis domibus repertos. Vndè hinc co- „ lendorum Larium frequentiam, poſt etiam Chriſti Re- „ demptoris indita Sacratiſſima Præcepta, perduraſſe credi- „ derim: plena enim erant dementiæ tempora illa, quæ, „ cum veri Numinis agnitionem aſpernarentur, impudenti „ affectatione eos ſolummodò Deos credebant, à quibus pro- „ geniti alebantur, viuendique ad mortem ratione irratio- „ nabili imbuebantur. Hanc ſuperſtitionem è Lacedemonijs „ omnium primus ſuſtuliſſe fertur Lycurgus, imperans ca- „ dauera circa Templa Vrbana ſepeliri in monumentis, qui- „ bus tamen eorum tantummodò nomina inſcribere per- „ miſſum erat, qui fortiter in bello perijſſent.

Catal. Gloria Mundi p.2. in principio.

Io. Boomus de morjbus omnium Gentium in 3.c.3.

„ Fælicibus tandem Mercurij, Numinis nempè fœdera- „ toris, auſpicijs claudatur hæc noſtra Narratio: tempore „ namque Triumuiratus non minus feſſis, obtuſiſque mili- „ tum Aciebus, vt, Triumuirorum abſoluto Congreſſu for- „ tunata Oliua totus reuiuiſceret Orbis, arbitraria Mercu- „ rij excelluit facundia. Sed quid denique de ipſo Mercu- „ rio, & eius ſymbolicis Anguibus addam? Ommitto, quòd, „ data occaſione celeberrimi Virorum Fœderis, tres in nu- „ miſmate expreſſi ſunt Angues complicati, Victoria me- „ dia conſiſtente, vt triplex ipſius Orbis indiceretur do- „ minium. Arbitror, nec incaſſum quidem, per Sceptrum „ eiuſdem Mercurij vtique dominatum intelligi: Serpentes „ verò, auerſis ab inuicem vultibus vtrumque reſpicere Po- „ lum, ad dilatationem Imperij toto Orbe præfigurandam, „ cum vbique Mercurius regnare diceretur, ac, Plutarcho „ teſte, vt Horizontis vtriuſque, Inferi nempè, & Superi „ Cuſtos demonſtraretur, duobus Caninis capitibus pin- „ gebatur. Quæ ſupra tradidi adhuc relucent è nummis,

„ ipſo Caduceo, alijſque Concordiæ Inſignibus decoratis.
„ Ab argenteo ſcilicet Lepidi effigie ſignato, & nomine M.
„ LEPIDVS PONT. Max. IIIVIR. R. P. C. in oppoſita
„ binis coniunctis dexteris Caduceum amplectentibus, ac
„ Triumiuri monetalis nomine L. MVSIDIVS. T. F. LON-
„ GVS. IIIVIR. A. P. F. Ab aureo item nummo, caput
„ Antonij repræſentante in antica; in poſtica Caduceum
„ eundem, quem geminum Cornucopiæ medium cingit,
„ incumbens Globo, Spicas, & Papauera effundens, vber-
„ tatis, & quietis ſymbolum, quæ duo Cereri Antiquitas
„ tribuebat. Denique ex altero, vt plures ommittam, pa-
„ riter aureo, Auguſti vultum ab vna partium præferente,
„ & inſcriptionem, C. CÆSAR DIVI. F. IMP. COS.
„ IIIVIR. R. P. C: ab altera tres ad inuicem iunctas dex-
„ teras, ipſum Mercurij Sceptrum congeſtantes, Securi, &
„ Faſcibus colligatis propè Globum, fauſto lemmate addi-
„ to, SALVS GENERIS HVMANI.

Videre eſt lineamenta apud Auguſtinum in Dialogis.

CA-

## CAPUT XIV.

*Lapis Tribuno Militum Bononienſi inſcriptus, in ſuburbano, vulgò* a Funo, *Patritiorum DD. de Vrſis adinventus, nunc in eorum aedibus aſſervatus.*

D M

AVR. GALLI. TRIB.
LEG. VII. CL. QVI. IN
BELLO. THRACICO
ACIE. DESIDERATVS
FVIT. VIXIT. ANN. XL
AVR. AMMA. CONIV
GI. RARISSIMO. CVM
GALLITTA. FILIA. ET. LAE
TA. SOCERA. NATIONIS
VTRISQVE. DARDANIAE
TITVLVM. POSVERVNT

NOn è numero gregariorum Militum, ſed eorum, qui aliquo munere caeteris praeſtitere, & de quibus nunc ſermo, fuit etiam quem in hoc Marmore nunc conſpicimus. Si non Equitum Praefecturà, neque Tributorum Exactione (prout antecedens *Manilius Cordo*) TRIB uni-

tià

tiâ tamen dignitate, viceque odioſae cenſuum coactionis, mutuâ potiùs ſubditorum erga ſe Militum obedientiâ, & amore conſpicuus.

E genere fuit ipſe AVReliorum, non GALLIorum, ut primo intuitu quiſpiam (putans AVR. primo loco poſitum, officio fungi praenominis) ſuſpicari poterat. Caſus ſiquidem rectus hujus genetivi GALLI non GALLIVS eſt hoc loci, ſed GALLVS, ſicque non nomen, ſed cognomen, non ſecus ac cognominis partes gerat vox eadem penes Gruterum, in L. AEMIL. GALLO. CCCXX. I. in AQVILIA GALLA DCCCLVIII. 4. in C. CATIO GALLO. CCCLXXXVI. 5. in IVLIA GALLA. DCXCIII. 5. in M. MINATIO GALLO. C. 5. in L. QVINTIO GALLO. CCXXVIII. 2. in M. SEPTIMIO GALLO. DLXXIX. I. in VALERIO GALLO. CCCCLXXXI. 4. in Q. VISELLIO GALLO. CLXVIII. 6. in L. VOLTVRNIO. GALLO. CCCII. I. Quibuſque omnibus, ex ineditis apud me Inſcriptionibus, hae concinunt:

*Romae,*
*Villa Amiana.*

L. CANINI. GALLAE
L. ANCHIALI
CANINIAE GALLAE L.
PHILEMATIONIS

*E ſched. Vatican.*

L. ORBIVS. L. F. POL.
TVLLIA SER F. VXSOR *ſic*
PAPIRIA. M. F
L. ORBIVS L. F. POL. GALLVS

*Ex iiſdem.*

SOPAE. DIDIAE
GALLAE. SER
V. ANN. XXIII
D. XXX. EV
VENVS CONSERVÆ B. M. ET. SIBI *ſic*

*Ex iiſdem.*

DIS. MANIBVS
P. AELI PONTIANI QVI
VIXIT ANNIS XVIII
*ſic* MESE VNO DIEBVS XIX
PARENTES FILIO DVLCISSI
MO. LOCVM PRAECARIO PETIE
RVNT A. T. EREDIO GALO

*Inter Collectanea Archinti.*

P. VETTIVS
GALLVS
VIVIR IVN
PONTIF
SIBI ET
AMANDAE
AMABILI
BLANDVS
LIBERT
T. P. I

Ex

Duo-

Duobus ergo dumtaxat nominibus fuerit contentus egregius Miles noſter AVR elius GALLVS, nec quicquam ſibi detrahi exiſtmaverit è praenominis deficientiâ, quâ paſſim affici alios Milites, & quod plurimùm valet, hoc eodem AVR elij nomine vocatos conſpexerit, ut erunt, exempli cauſsâ, AVR. ABITVS. MIL. COH. X. PR. in Grutero DXXVI. 3. AVR. APRILIS. DVPL. TVRM. SIMPLICIS. in eodem DXXVI. 5. AVR. BRINVRSIVS EQ. CAST. PRIOR. TVR. MAXIMI. DXXVI. 9. AVR. DASSIVS VET. DXXVII. 3. AVR. HERCVLANVS M. COH. XIIII. VRB. DXXVII. 7. AVR. GERMAN .... MIL. COH. I. PR ...... DXXVIII. 6. AVR. IVLIANVS EVOK. EX FINE SALARIOR. VIII. COH. II. DXXVIII. 9. AVR. IVLIANVS MIL. COH. II. PR. DXXIX. I. AVR. MONTANVS E XI. VET. DXXX. 4. AVR. POTENTIANVS VET. DXXX. 8. AVR. SATVRNINVS. MIL. COH. VIII. PR. DXXXI. 7. AVR. SATVRNINVS VET. DXXXI. 9. & ſimiles, praenominis, ut noſter, omnino expertes.

Conſtans ergo & verum Militis hujus nomen erit AVR elius, ut ſtatuimus, & ſi poſtremis ſyllabis decurtatum, praenominis potiùs ſpeciem hîc referat, prout in quibuſdam aliis gentibus quandoque obtinuiſſe comperimus, ut ſunt, praeter AVR eliam noſtram, ſaepiſſimè FL avia, IVL ia, & VAL eria: nonnunquam verò IVN ia, L ucia, OCT avia, OP pia, POST umia, P ublia, RVF ilia, SEMP ronia, SEPT imia, SEX tia, SIL ia, TER entia, TVL lia, VLP ia, & ſi quae aliae habentur, quae ad inſtar praenominum ſcriptae, nomina ſonant, nunquam verò praenomina eſſe poſſunt. Exempla harum omnium, brevitatis ergo miſſa facio, proque AVR eliâ ſolummodò, ommiſſis ex eodem Grutero modò deductis, quae AVR elios praenomine vacuos toties probantes, eâdem operâ confirmant, AVR. eſſe nomen, non praenomen; quibuſque addi poſſunt in exemplum Reineſii Epigraphes in Claſs. Octavâ X. XIV. XV.

Claſs.

Claſs. Nonâ VI. Claſs. decimaquartâ XXIX. Claſs. Vigeſimâ XVII. XIX. XXIV. XXV. XXXII. hae nuperrimè per me adnotatae ſubjunguntur:

*Ravennae, ad S. Spiritus.*

D . M
A. IVNIVS MARINVS SIBI
ET CONIVGI SVAE AVR. THEODO
RAE DVLCISSIMAE FEMINAE *ſic*
VIVI POSVERVNT

*E ſched. Vatican.*

ERTIO. B. F. PRAEF. COH. VIII. PR. Q
VIXIT. ANN. XLV. DIEB. VII. MIL
IN LEG. AVD. ANN. V. INDE TRALAT. *ſic*
IN PR.
ANN. XIIII. NATIONE PANN
AVR. QVINTVS FRATER ET AVR
A SOROR HERED. ET IVL. MATR *ſic*
*ſic* COIVG COIVGI RARISSIMAE. B. M
RVNT

*E ſched. iiſdem.*

AVR. CRISPINVS AVR. VICTORIA
COMPAR EIVS DE PATRIMONIO SVO
DOMVM AETERNAM VIVI SIBI POSVE-
RVNT

*E ſched. Fabrettan.*

M. AVR. FESTO HOMINI IN
COMPARABILI QVI VIXIT AN
XXVIII. D. XV. IVLIA. TROPHIME
CONIVGI. B. M. F

*Ex iiſdem.*

M. AVR. DVBITATVS
MIL. COHOR. II. PR. P. V
SEVERIANAE. 7. GAIANI
HERES. B. M. POSVIT

*Ex iiſdem.*

D . M
M. AVR. M. F.
AELIA GALL
VIMINACCIO
MIL. COH. IV. PR
VIX. ANN. XIV
AVRELIA NICE
MARITO SVO
B. M. POSVIT

*Ex iiſdem.*

CAECILIAE IVSTINAE. Q. V. AN.
XVIII
MENSIB. VIII. DIEB. VI. ET AVRE-
LIO
VALENTINO QVI VIXIT MENSIB. VII.
D. VI
AVR. VALENS. MIL. STRATOR PRA.
ET CONIVGI ET FILIO
BENEMERENTIBVS FECIT

Quòdque tandem non GALLius, ſed AVRelius appellari debeat Miles iſte, ſuadet non minùs efficaciter ipſius uxor, quae AVRelia nominata in ſeptimo verſu, AVR e-

lium

lium pariter ipſius maritum vocari debuiſſe oſtendit; ex quo ſaepiſſimè uxores in viri traductae poteſtatem, ejuſdem viri nomen aſſumere, ſicque eodem nomine ambo vocari conſuevere. Id monſtrant innumerae, quà Gruteri, quà Reineſii Inſcriptiones, queis hae nouiſſimae adſtipulantur:

*Romae, in D. Euſtachii.*

D . M.
IVLIO MERCVRIO
IVLIA SEVERA
CONIVGI . PIENTISSIMO
CVM QVO VIXIT . ANNIS XXVI

*Romae,*
*Apud. D. Equitem de Puteo, ad Ferrarios.*

D . M
CORNELIO EVGENIANO
. SVMARVDI
ET CORNELIAE RVFINAE
PARENTIBVS DVLCISSIMIS
BENE MERENTIBVS
FILIA FECIT

*Romae, in vrnula apud Matthaeios*

D ❦ M
AVRELIA HERMIO
NE FECIT AVRELIO IN
GENVO CONIVGI
KARISSIMO . ITEM AV
RELIVS PHILANDER
LIBERTVS PATRO
NO MERENTI ❦



*Romae, Hortis Matthaeiis.*

DIIS. MANIBVS
VALERIAE
THETIDI
M. VALERIVS
STEPHANIO
CONIVG. SVAE BENEMER

*Romae, Vinea de Lantis, in Ianiculo.*

D . M
IVLIVS AELIANVS FECIT
IVLIAE ACHILLIAE FILIAE
DVLCISSIMAE ET SIBI ET
IVLIAE ARTEMISIAE VXO
RI EIVS IVLIO AELIANO IVN
LIBERTIS LIBERTABVS
QVE POSTERISQVE EORVM

*Extra Romam, ad Mauſoleum Helena, Via Labicana.*

D . M
FLAVIO
AITHALETI
FLAVIA SECVNDA
CONIVGI . CARISSIMO
FECIT
POSTERISQVE EORVM

*Extra Romam, Vinea Brunona, ad Viam Appiam.*

D . M
STATIAE
ATHENAIDI
STATIVS
ZOSIMAS
CONIVGI
CARISSIMAE
FEC

*Extra Romam, Vinea olim Boſia, nunc Caeſarina.*

DIIS MANIBVS
FLAVI. AVG. LIB
ABSCANTI
A COGNITIONIBVS
FLAVIA. HESPERIS
CONIVGI. SVO
BENEMERENTI
FECIT
CVIAS DOLORE NIHIL
HABVI NISI MORTIS

*Extra Romam, Via Latina, ſupra Coemeterium Tertullian.*

D . M
TI. IVL. TELESPHO
RVS. IVLIAE
VICTORIAE
CONIVGI
B. M. F.

*Extra Romam, In quadam vinea, ad Portam Pincianam.*

FORTVNAE EQ
SACRVM
M. VLPIVS. M. F. PAL
ARROMIVS EQ
ET VLPIA MVSA
PRO SALVTE
FIL. S
VOT. SVSC. LIB. M

*Extra Romam, Vinea Grappia.*

D . M
VALERIAES CAPRIOLAES
M. VALERIVS. FAVSTVS
CONIVGI. SVAE. CARISSIMAE. ET. PI
ENTISSIMAE BENEMERENTI
FECIT. SIBI ET SVIS ET LIBERTIS
LIBERTABVSQ. SVIS
POSTERISQ. EORVM

*Extra Romam, in Vinea Melij, ad D. Sebaſtiani.*

D . M
T. AELIVS. AVG. L. FAVSTVS
ET AELIA. ARCTE. VXOR. FECE-
RONT *ſic*
VIVI. SIBI. ET. LIBERIS. SVIS. ITEM
LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS
POSTERISQ. EORVM. ITA VT NE DE
NOMINE SVO AVT FAMILIA EXEAT
VT POSSIT MEMORIAE SVAE QVA
M DIVTISSIMAE SACRIFICARI.

*Extra Romam, in quadam vinea, Via Aurelia.*

C. IVLIO CELADO
ET IVLIAE MELISSAE
PATRONIS FECERVNT
DVO LIBERTI
C. IVLIVS PHILETVS ET
C. IVLIVS APOLLONIVS
BENEMERENTIBVS

*Ve-*

*Veronae, olim apud Bartholomaeum Frattam, Mendosè relata à Reineſ. pag. 396.*

L. ANNIVS. GENETI
VOS. DECVR. VERON
SIBI ET. L. ANNIO ARPAIO
ET ANNIAE GENESI
PARENTIBVS. ET L. AN
NIO MARCELLINO
FRATRI
ET VALERIAE OEBADI
VXORI
QVAE FACIVND. CVRA

*Florentiae, apud Gaddios.*

P. AELIVS EVTY
CHES. AELIAE
EPICTESI. CON
IVGI. BENE
MERENTI FECIT

*Florentiae, apud Ricciardos.*

D . M
C. IVLIO SOTERI
IVLIA APHRODITE
PATRONO
IDEM CONIVGI
BENEMERENTI
FECIT

*Ibid. apud eoſdem.*

D M
LVCI BALERI *ſic*
ORTVGIONIS
VALERIA VALENTINA CONIVGI
BENEMERENTI
FE CIT

*Piſauri.*

D . M
VETTIAE SEVERAE VETTIVS LVPER
CIANVS CONIVGI FIDELISSIMAE VI-
XIT
ANNIS CVM EO XXI. MENS. X. DIEB. X

*Aquini.*

LACVTVLANA'
GEMELLA SIBI ET M. LACVTVLANO
M. F
LACONI VIRO ET
M. LACVTVLANO M F
MARCELLA. F

*Hungariae, Ante Caſtrum Tace.*

MODASIO LVCIO ET AVRELIAE VA-
LEN
TINE SOCRIS PIENTISSIMIS ET MO-
DIASI
ET LVCIAE CONIVGI KARI
SSIMAE QVE VIXIT ANNIS XXV
AVREL. ANTIOCHIAN FEC
MVN. BRIG. F

*E ſchedis Vaticanis.*

D . M
M. VLPIO
GAMO VLPIA'
PRIMIGENIA
CONIVGI
KARISS. B. M. F

*Ex iiſdem.*

D . M
T. FLAVIVS. CAPITO

FECIT.
FLAVIAE PTOLEMAIDI
VXORI. BENE. MERENTI
ET. SIBI. POSTERIS. SVIS
LIBERIS ET LIBERTIS
LIBERTABVSQVE POSTERISQVE
EORVM

*Ex iiſdem.*

D . M
TIB. IVLI. HEBANO
IVLIA LAMBAS CO
*ſic* IVGI. FECIT. CVM. QVO
VIXIT. ANNOS XXV
MENS. V. DIES. XIII
SINE. VLLA. QVEREL
LA. QVI. TVLIT. AN
NOS. AETATIS. LIV. D. X.

*Ex iiſdem.*

DI . MS
T. FLAVIVS HILA
RVS ET HILARVS
FILIVS. FECIT
FLAVIA GRAPTE
CONIVGI ET FILIO
BENE MERENTIBVS
V. A III. ET FILIVS A. I. MESIS. X *ſic*

*Ex iiſdem.*

D . M
AVREL. ARTEMIDORO FILIO
INCOMPARABILI. VIXIT. ANNOS XV-
III. M. VIII
AVREL. FE
LIX. ET AVREL.......
TA. PARENTE FECE
RVNT

*Ex iiſdem.*

CN. CORNELIVS. ALEXANDER. FECIT
SIBI ET
CN. CORNELIO. DEMOSTENI. PATRI.
SVO. ET
CORNELIAE TIMAE MATRI SVAE ET
TIMAE
VXORI. ET DEMOSTENI. FILIO SVO
ET PRIMAE FILIAE SVAE
CN. CORNELIVS. ALEXANDER
FECER. EVSBESB. ET. TERTIA. PATRI

*Ex iiſdem.*

D . M
CAECILIAE. PRIMILLAE
VIX. ANN. XV
Q. CAECILIVS ANTHVS
LIB. ET CONIVGI
B . M . F

*Ex iiſdem.*

D . M
AELIAE ARTEMIDORAE VIXIT
ANNIS II. MENSIBVS II. DIEB. XII
P. AELIVS AVG. LIB. INACHVS ET
ÆLIA *ſic*
MAXIMILLA PARENTES. FIL. DVL
FECERVNT

*Ex iiſdem.*

AEBVTIA M. L
AEBVTIVS Ɔ. L
FELIX. CONIVX

*E ſched. Fabrettan.*

C. IVNIO APTO. C. IVNIVS
FELIX. ET IVNIA THALVSA CONIV-
GI KARISSI
MO FEC. BENE. MER. VIX
ANN. LXII

*Ex*

*Ex iiſdem.*

TEPTIMIAE TROPHIMAE
C. SEPTIMIVS
MARRVCINVS
VXORI OPTIMAE
ET INCOMPARABILI

*Ex iiſdem.*

POPILIES PRISCES
POPILIVS SECVNDVS
CONIVGI
BENE MERENTI
FECIT
V. A. XXXVI. D. V. M. XI

*Ex iiſdem.*

Q. CLAVDIVS. HESYCHIVS
FECIT. SIBI. ET
CLAVDIAE ODAE CONIVGI
ET CLAVDIAE.......ERAE ET
CLAVDIAE CIVITATI
POSTERISQ. SVIS. ET RVFRIAE REPENTINAE
CONIVGI

*E Sched. Zaratinis Caſtellinii.*

M. VLPIVS AEPI
C T. ET. V. S. AVG. LIB
SE VIBVS COMPA- *ſic*
RABIT. SIBI. ET *ſic*
VLPIAE SABINAE
CONIVGI SVAE
ET LIBER
LIBERTA.
POST. EORVM

*Ex iiſdem.*

AVRELIVS GLA
VCVS AVRELI
AE CRYSIDI CO
NIVGI SVAE
B M

*Ex iiſdem.*

DIS MANIBVS
PLAVTIAE PRIMAE
A. PLAVTIVS FORTVNATVS
COLLIBERTAE ET
CONIVGI
BENE MERENTI

*Ex iiſdem.*

DIS MANIBVS
T. STABERIO EPAGATHONI
VIXIT ANNOS XXXX
STABERIA TYCHE
.....BILIO.....
..............................

Militari porrò laude claruiſſe AVRelium hunc GALLum, immo Militum omnium LEGionis Septimae CLaudiae (cui uti TRIBunus ipſe praefuit) ſtudium ac venerationem ſibi adeò conciliaſſe, ut abſens, & miſſus forſan honeſtâ miſſione, ab iiſdem fuerit in ACIE DESIDERATVS, nemo mirabitur, qui praeter Romanos annales de

hac Gente toties mirificè elocutos, Gruterum luſtrare non gravetur: à ſolâ enim pag. DXXVI. ad DXXXIII. reperire poterit quinque ſuper ſexaginta, variis temporibus emerſiſſe ex AVR eliis Bellatores ſtrenuos, tum Veteranorum, tum Signiferorum, quà Evokatorum, quà Cohortis Praefectorum, aliorumve munerum celebres. Quòd ſi à tantâ Armigerorum ſegete ſe obrui timeat, ſe retrahat, & in quinque tantùm hiſce recentioribus in bello aeque praeſtantibus, & ſupra quandoque adductis, conquieſcat:

*Romae,*
*Vinea dicta* del Caſtratino.
*Adduct. ſupra hac eadem Sect. Cap. XI.*

M. AVRELIO BITHO EQ. SING. D. N.
EX. TVRMA. LONCINI &c.

*E ſched. Vatican.*
*Adduct. ſupra hac eadem Sect. Cap. XI.*

D. M. AVRELIO
BARBE EQVITI SINGV
LARI TVR &c.

*Ex iiſdem.*

M. AVRELIO M. F
LIAEO. EQVIT. ROM
BENEF. COH. I. FL.
HISPANORVM
AV-

AVRELIA VIBIA CRESCINA
FRI
DVLCISSIMO

*Ex iiſdem.*

D . M
AVRELIO MARCIANO
SP. EX COH. III PRET
QVI VIX. ANN. LXX
M. III. AVR. SALVI
ANVS F. ET. H. PAT
DVLCISSIMO POSVIT

*Ex iiſdem.*

D . M
C. AVRELIO FESTIANO
NAT. PAN. VET
AVR. GLAVC
PATRONO ET CON
IVGI DVLCISSIMO
B. M. P

Quanquam enim non me lateat, iſtud IN ACIE DESIDERARI, in Militaribus communem eſſe phraſim, nil ultrà importantem quàm occubuiſſe, in Acie Deceſſiſſe, placuit nihilominus amplificando, eam magnificè interpretari, tacitèque ita blandiri, ſi non verae menti, elato quidem animo

mo harum mulierum, illuſtria adeò natalia de ſe perſonantium. Quum inquam, ſupramemorata AVRE lii uxor AVR elia, cognomento AMMA (ut in Reineſio in *Appendic. ommiſs.* XXVI *Amma Eutyches*, ſeu mavis *Ammia*, ſive *Ammias*, ut penes Gruterum DCXI. 8. CCCLXXXIII. 4. *Curiatia Ammia*, *Septimia Ammias*) unà cum amborum FILIA, blandientium parentum more, diminutivè a GALLO patre GALLITA dicta, nec non LETA SOCERA TITVLVM POSVERVNT, hoc eſt Inſcriptionem hanc voverunt tanto Viro, cujus conjugio, & affinitate reſpectivè, ut ſe haud immerentes oſtenderent, ortum traxiſſe à Trojano ſanguine jactitant; ab illâ nimirum DARDANIA, è quâ, ad Romanam amplitudinem fundandam, prodiit

*DARDANIDAE magni genus à ſaguine Divum.* Aeneid. 7.

CA-

## *CAPVT XV.*

*Ignotus nobis Miles Bononienſis, quem nuperrimè retexit Doctiſs. Reineſius in ſuo Opere magno, Claſs. Octavâ.* LXXVI.

*Romæ, inter Viam Appiam & Latinam.*

DIS. MANIB.
SECVNDVS. CLAVDI
VS SEX: F. PALATINA
AVSPICALIS
BONONIA
MIL. COH. X. VOLVNT
C. R. OPTIVS. TRIB.
LEG. I. VOLVNTAR
MILIT. ANN. XVII.
VIX. ANN. LXIII.
T. F. I.

MIlitibus qui aliis imperarunt expletis, eos proſequamur, quos ad conſpicuum aliquod munus concupitum ſors nunquam evexit; & quibus nihilominus praeire videtur praeſens CLAVDIVS, qui ſi TRIBunitiam dignitatem nunquam attigit, eidem tamen cominus acceſſit. Huic reddi oportet ſuum verum ac legitimum proenomen, quod fuiſſe SEX. ideſt SEXtum, non eſt cur in controverſiam revocetur. Seu inſcius latomus, manum inciſioni admovendo, ſeu indiligens (ni mavis nimium diligens) deſcriptor in tranſcribendo illud è marmore, legentes in auto-

tographo SEC. pro SEX. quod abbreviatum, ut patet, eſſe decuit, temerè integrarunt, SECVNDVS que pro SEXtus ineptè repoſuerunt.

Si enim in tertio verſu, pater iſtius CLAVDII praenominatur SEX. quare SEX. pariter haud debuit praenominari filius? Rarò ſiquidem, (& ſi quandoque fallere fateamur) claudicat haec regula, nimirum eodem praenomine quo vocatur genitor, vocari & natum; id quod obſervare eſt millies in Gruterianis Elogiis, praeſertim hoc individuali praenomine SEXti initiatis, quae, ad fruſtraneam prolixitatem vitandam, ſic decurtata ob oculos ponere ſit ſatis: cccli. 6. SEX. ALLIVS. SEX. F. dcccci. ii. SEX. ANNIVS. SEX. F. dcccc ii. 4. & iterum Mxci. 3. SEX. APVSIVS. SEX F. cccxxii. 9. SEX. ATTIVS. SEX. F. xxiv. 15. SEX. CALPVRNIVS. SEX. F. cccxxv. ii. SEX. CARIAVS. SEX. F. cccxcvi. 10. SEXT. CORNELIVS. SEX. F. mcviii. 3. SEX. FARSIVS. SEX. F. dcccccxl. ii. SEX. GRANIVS. SEX. F. ccccxviii. ii. SEX. HERVS. SEX. F. dxxxxviii. 9. SEX. IVNIVS. SEX. F. ccccxxviii. 3. SEX. LETILIVS. SEX. F. dl 8. SEX. LIGVSTINVS. SEX. F. dli. 2. SEX. LVCCEIVS. SEX. F. cclxi. 4. SEX. METTIVS. SEX. F. ccccxlv. 2. SEX. OCTAVIVS. SEX. F. dxcv. 8. SEX. PEDIVS. SEX. F. ccccclv. 5. SEX. POMPEIVS. SEX. F. xxiii. 6. idem. dcccccxli. 2, idem. mlxxvi, 6. idem. lxxxxvi. 5. idem. mc. 4. SEX. RESTIANVS. SE. F. cccclxxi. 6. SEX. TADIVS. SEX. F. dlxiii. 3. SEX. TAPETTIVS. SEX. F. cccclxxiiii. 2. SEX. TETTIVS. SEX. F. dlxiii. 12. SEX. TRVTIDIVS. SEX. F. dccxci. 12. SEX. TVLLIVS. SEX. F. potiùſque placeat haec integra atque planè extenſa, utpotè adhuc non conſpecta, ſubjicere.

*E Sched. Frabrettan.*

SEX. ACILIVS
SEX. F
SEVERVS

*Ex iiſdem.*

SEX. AELIVS
SEX. F
SATVRNINVS. ANN.XXV
H. S. E

*Ex iiſdem.*

DIS MANIBVS
SACRVM
SEX. AFRANIO SEX. F
PROC..........
IVLIO. PHO......
DAPHNI

Sanè adiectivum iſtud numericum SECVNDVS, quod in antiquorum nominum oeconomiâ tertium ſibi ſemper vindicat locum, appellaturque cognomen, non potis eſt evadere (ut inconſultò hîc actum) in primum, quod gentilitio nomini praeponitur, ideoque praenomen dicitur. In tot tantiſque Inſcriptionum voluminibus hucuſque editis, ne una quidem reperiri poterit Epigraphe tali praenomine dotata, ubi ex adversò innumerabiles occurrunt hoc cognomine refertae. E tot millibus per me avidè conquiſitis, atque in unum coactis, primam adhuc deſidero, ubi SECVNDVS pro praenomine ſe gerat, quando ex oppoſitò, quibus haec vox eadem cognominis officio fungatur, harum ſequentium recordor:

*Romae,*
*in Diuorum Coſm. & Damian.*
*in pavimento.*

DIS. MANIBVS
ARRVNTIAE. PETALE. H. F.
V. A. XXXX
L. RVPILLIVS. DIADVMENVS
*ſic* COIVX. ET RVPILLIA. BLANDALE
ET. L. RVPILLIVS. SECVNDVS
*ſic* ET LÆ
*ſic* .................. PIENTISSIMÆ

*Romae,*
*Apud Mazzantes.*

D . M
SEXTILIAE SECVNDAE
ALVMNAE DVLCISSIMAE
QVAE VIXIT AN. V. M.VIIII
FECIT FABIA SPICA ET SIBI ET
L. SEXTILIO SECVNDO
MARITO SVO

Ro- Ex-

*Extra Romam, in D. Pauli.*

D . M
T. AVRELIO. SECVNDO
NAT. RAITO. V. A N. XXXIII
HEREDES AMICO
OPTIMO. FA. C
T. AVRELIVS LVCIANVS
ET T. AVRELIVS QVINTVS
DVPL

*Extra Romam, in Vinea Brunonis, Via Appia.*

DIS MANIBVS
C. AEMILIO
SECVNDO
VIX. A. II. M. X

*E ſched. Vatican.*

C. SOLIVS SEVERVS
SIBI ET
CLAVDIAE PRISCAE
CONIVGI OPTIMAE
PETRONIO IANVARIO
MITATTIO SECVNDO
VILLII TERTIO MARCELLAE
PROPINQ. ET
SVRAE BENE MERITAE

*Ex iiſdem.*

DIS. MANIBVS
TI. CLAVDI
SECVNDI. VIX. A. XXXIII
CORNELIA
THALVSA CONIVGI
CARISSIMO FECIT

*Ex iiſdem.*

VIBIA
NEBRIS. FECIT
L. PVBLICIO SECVNDO
CVM QVO
VIXIT. ANNIS
XX

*E ſched. Fabrettan.*

L. PLOTIO. SECVNDO
MESSIA PROCLA
CONIVGI CARIS
SIMO FECIT ET
SIBI ET SVIS LIBER
TIS LIBERTABVSQVE
EORV *ſic*
IN FRONTE P. VIII
IN AGRO. P. VIIII
H. M. H. N. S

*Ex iiſdem.*
*Add. ſup. pag. 251. errat.*

D . M
T. TERENTIVS SECVNDVS
FECIT SIBI ET TERENTIÆ *ſic*
AMPLITIANÆ LIBERTAE SVAE *ſic*
ET VLPIÆ FAVSTINE CON *ſic*
IVGI CARISSI
ET TERENTIAS *ſic*
FAVSTINAS F. DVLCISS *ſic*
ET LIBERTIS LIBERTABVSQ SVIS
POSTERISQ. EORVM

*E Lamina Aenea Palotolae. Col. 2.*

L. ANNIVS SECVNDVS

Alter eſt error in ſeptimâ lineâ, ubi non magis mendoſum ſe prodit verbum OPTIO in OPTIVS incomptè tràductum, quàm vitiatum exiiſſe agnoverimus *SEX*tum in *SEC*undum audacter converſum. Iurarem equidem, hunc ſciolum Antiquorum Lapidum correctorem, potiùs quàm lapicidam, fuiſſe deſcriptorem Langermannum, à quo, tum praeſentis, tum ſubſequentis (ſi intermedium adimas) ſe accepiſſe Inſcriptionis exſcriptum, fatetur doctiſſimus Reineſius; dum in hoc poſtremo aequè egregium reformatorem ſe polliceri auſus eſt, ſi in eo pariter pro OPTIO OPTIVS nobis obtruderet. Optio, non optius legi debet, neque dubitari, quòd vel à primis ſtudiorum horum ephebis pro eâ optione accipi poſſit, quae foeminini generis eſt, & nil aliud importat quàm optationem, atque eligendi facultatem, quâ debita, ſpectata, ſeu petita à nobis exorantur, quâ, exempli cauſsâ, in Collegiatis, Cathedralibus, comparibuſque Univerſitatibus major dignitas; pinguius ſacerdotium vacans, de jure à ſeniori optari ſolet. In Militibus, prout in caſu noſtro, OPTIO eſt maſculini generis, & *appellatur is* (ut cum Feſto loquar) *quem Decurio, aut Centurio optat ſibi rerum privatarum miniſtrum, quò facilius obeat publica officia*: queis addamus ſigniferum ac imaginiferum, quos ſuos OPTIOnes neceſſe eſſe habuiſſe, probat etiam nuperrimè doctiſſimus Fabrettus, auctoritate praeſertim fultus Inſcriptionum Gruteri LXXX. 4. CDXXXI. 9. CDXLV. 10. DLVIII. 7. ſicuti ad laudatum à dicto Feſto Centurionis Optionem pleniùs aſſerendum, hanc adducit ſuo tempore ineditam, ac ab ipſo poſſeſsam, neque hîc à nobis praetereundam, utpotè ob ſuam (ut ipſe ait) barbariem commendabilem:

In verbo Optio.

Column. Traian. pag. 67.

Q. RAGONIAE CYRIACETI. CONIVGI DVLCISSIME
ET INCOMPARABILI VNIVIRIAE CASTE BONE
QVE VIXIT ANNIS. XXI. MES. VIII DIAEBVS. II
Q. IVLIVS DONATIANVS. OPTIO 7 COH. III
CVM QVAM BENE VIXI. AMN. VIII. MESIB VIIII

DIE-

DIEBV XXIIII QVAM NVPSI ANNOR XII
MESVM. XI. DIERVM. XIIII. CONIVGI
BENEMERENTI HIC DORMIT

Sic itaque ad ſuum verum & nativum ſenſum revocatâ Inſcriptione noſtrâ, eam ita repeto, unàque abbreviatas ejuſdem voces explicatas repleo:

DIS MANIBVS
SEXtus CLAVDI
VS. SEXti Filius PALATINA
AVSPICALIS
BONONIA
MILes. COHortis X. VOLVNTariorum
Civium. Romanorum. OPTIO. TRIBuni
LEGionis primae VOLVNTARiorum
MILITavit ANNis. XVII
VIXit ANNis. LXIII
Titulum Fieri Iuſſit

Dixi in ſexto & ſeptimo verſu, *Voluntariorum Civium Romanorum*, atque in octavo, Legionis primae *Voluntariorum*, non eorum quidem, qui nullâ neceſſitate impellente, incertis belli eventibus ſe ſe ultrò denuòve committebant, quod ſicuti non adeò frequens immenſae virtutis argumentum, ita eximium clarioris nominis reputabatur auctarium, hoc Voluntariorum glorioſiori titulo ingeminatum: Quapropter non ſemel idem inhiarent ipſi vel emeriti, quod & alicubi tetigit Livius quum ait: *cum ad ea bella delectum edixiſſent Conſules, favore plebis, non juniores modò, ſed emeritis etiam ſtipendiis, pars magna Voluntariorum ad nomina danda praeſtò fuere*, ſed eorum hoc loci, qui alio ſenſu appellantur à Grutero CXXX. I. DLXXIV. 5. Reineſ. Claſs. Octava. LXXX. & nuperrimè M. S. Vaticanis in hac quae ſequitur Epigraphe: Hiſtor. lib. 3.

Pi-

*Piſauri.*

P. CORNELIO P. F
SAB. CICATRICVLAE
PRIM. PIL. BIS PRAEFECT
EQVIT. PRAEF. CLAS
PRAEF. COHORTIVM
CIVIVM ROMANOR QVATVOR IN HISPAN
TRIB. MIL. IIVIRO ET
IIVIR QVINQ. PONT
D D
PVBLIC

Praeter enim non exigua privilegia ipſis conceſſa, & de quibus plenè Panvinius *de Imp. Roman.* & Roſinus *Antiquit. Roman. lib. 9. cap.* 4. eorum ordinem tali ſtudio ad extremum uſque vitae ſpiritum ab ipſo Auguſto eouſque proſecutum legimus, ut in ſui ipſius teſtamento *legionariis, & cohortibus Civium Romanorum trecentos nummos viritim dederit.*


Tacit. lib. 1. pag. mihi 91. col. 2.

Et hîc oportunè quaeri poſſet, quid fuerit cauſſae cur PALATINAm potiùs quàm Lemoniam ſibi hîc ſumpſerit tribum Bononienſis iſte: An fortaſſe quia *Romanos* inter hos *Cives Voluntarios* jam cooptatus, communem aliis ſibi conterraneis tribum dedignaretur? honorificentiùſque, non ſecus ac ſibi utiliùs, eidem adhaerere duceret, cui etiam adſcriptos cerneret hujus nobiliſſimae Gentis proceres, ut *Claudius* ille, cujus in Verrem meminit Cicero, in *Palatinam* recenſiti?

CA-

## CAPVT XVI.

*Grandis Cyppus & elegans, in excavandis olim fundaminibus novae Eccleſiae Cathedralis adinventus, nunc in memorato toties ſuburbano meo poſitus.*




Quum

QVum una Gens ac eadem ſint CLAVDII & CLODII, quod ſatis docet Svetonius in Auguſto, quum ait, quòd ipſe *reconciliatus poſt primam diſcordiam Antonio, & poſtulantibus utriſque militibus, ut & neceſſitudine aliqua iungerentur, priuignam eius CLAVDIAM Fuluiæ ex P. CLODIO filiam duxit uxorem;* idcirco poſt laudatum ſupra *Claudium Auſpicalem*, ritè hîc ſubjungere decernimus hunc CLODIVM SABINVM CLAVDIALEM. Ambo eodem genere, ambo eâdem Patriâ, ambo eodem Militari fulgore nitent; & ſi poſtremus in praeſenti Lapide iis minimè augeatur attributis, ſeu ſaltem qualitatibus, quae caeteris Belligeris ut plurimùm adſcribi conſuevere. Non enim nominatur hîc Turma, non Cohors, non Legio, ſub quibus ſaltem ſtipendia fecerit, ſi iiſdem non imperavit; quaeque ex adverſo antecedenti Commiliti ſuo appoſita obſervabamus.

Hujus porrò diſcriminis cauſſam eam fuiſſe autumo, quòd ubi *Claudius* ille vitâ functus, egregiorum facinorum propriorum terminum attigerat, CLODIVS iſte vivens, ſuorum vix caeptorum eſſet in viâ: quamobrem ſatiùs duceret SEXviratus dignitate potiùs, quae vix collata, poſſeſſorem ſuum ſtatim illuſtrat, quàm paullò ante primis, paucis, nondumque completis ſtipendiis celebrari. Et quidem hanc fuiſſe quandoque conſuetudinem, & formulam eorum videtur, qui inter vivos adhuc degentes, & ſibi & alteri inſcribere ſtatuiſſent, tumidae huic inquam, atque putidae Militarium qualitatum recenſioni ſuperſedere, vixque ſe fuiſſe MILites quoquo modo innuere. Ita *Aurelium* quendam *Sabinum*, penes Gruterum, egiſſe videmus, dum uxori ponens titulum, *primipilarem*, & nil aliud ſe ita appellat:

DXXXI. 5.

D. M

AVRELIAE PRISCILLAE
CONIVGI. PIETATE. ET
CASTITATE. IN COM

PA-

PARABILI, AVRELIVS
SABINVS, PRIMIPILARIS

Sic apud eundem, *L. Aurelius Gentilis*, ſoli *Duplicarii* titulo hoc modo acquieſcit:

DXXVIII. 5.
D M
MERCATORI
NAT. RAETO
ANNOR. XIIII
SERVO. DE. SE
MERENTI
L. AVR. GENTILIS
DVPLICARIVS. DOMINVS

Contubernales quidam, hac unâ ac ſimplici MILITIS appellatione ſequentem illuſtrant:

DXXX. 9.
D . M
FABIO CELERI
MILITI CON
TIBERN FECER

ſtrictimque pari modo ſe MILitem manifeſtat, quem nuperrimè inter ſchedas Vaticanas ſic adnotatum reperio:

*Ameriæ, in D. Auguſtini.*

C. VISTILIVS. MILES
SIBI ET
C. VISTILIO. ANNAEO

Hinc CLODIVM noſtrum (utpotè conſuetarum hujuſmodi bellicarum phalerarum hîc penitus expertem) fuiſſe MILitem non intellexit Excellentiſſimus Ioannes Cottunius, in celeberrimâ Univerſitate noſtrâ tunc publicus Lector ac Eminens, quum ignaviſſimus amanuenſis ei tam planè & pro-

probè os ſublinivit. Epitaphium inquam exſcribens, monſtruosè non ſolùm verſuum oeconomiam deturpavit, ſed etiam ſecundâ lineâ M. L. pro MIL. legens, hâc unicâ MILitis celebri notâ Cenotaphium ignominiosè denudavit.

Id clarè oſtendit Interpretatio, quam hujus Cyppi, tunc primùm è ſolo eruti, illico texuit Vir ille omniſcius: eadem nimirum, quam primo deductam calamo, propriâque ab ipſo exaratam manu Illuſtriſſimus olim ac Reverendiſſimus Dominus meus Federicus Co: de Calderinis, in Metropolitanâ STIP. VIII Concanonicus, Bononiae poſtmodum Archidiaconus, nec non publici Archigymnaſii noſtri Magnus Cancellarius, mihi humaniſſimè dono dedit; quamque ideo, ex eodem ectypo, inter alias pretioſiores literarias ſupellectiles meas per me religiosè cuſtodito, de verbo ad verbum, prout ſequitur, deſcribo:

# EXPLANATIO INSCRIPTIONIS

*Nuper Bononiæ in Peruetuſto Cippo inuentæ Dum Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Cardinalis LVDOVISII S. R. E. Vicecanc. Singulari pietate, & regio plane ſplendore ad protrahendum Cathedralis Eccleſiæ Edificium fundamenta iacerentur, & ſic iacet:*

M. Clodius, M. L. Sabinus
VI Vir Claudial ſibi et Coerane Tyche lib.
QQ. V. P. XXII.

„ M. Clodius, & Marcus Lucius Sabinus, ſocij, vt „ opinor, & contubernales: hoc conditorium com„ mune ſibi conſtruxere; nec enim nouum ac inſolens, duos aut

„ aut plures eundem ſibi locum in monumentum dilegere.
„ VI Vir. Sexuiri, vel Seuiri vel Sextumuiri, erant hi in
„ Colonijs & municipijs Rom. ſelecti ex numero & ordine
„ Decurionum, vt conijcit Wolfangus Lazius in comment.
„ Reipub. Rom. lib. tertio c. 6. qua de re multa mihi,
„ quæ inter vetuſtatis rudera ſitu adhuc obducta iacent pa-
„ rabant erumpere, quæ in aliud tempus remiſi. Exſcribam
„ hic ſolum verba Adriani Turnebi, ex libro vndecimo
„ Aduerſar. cap. 9. quæ ſexuirorum conditionem haud
„ incomodè explicare videntur. ſex erant inquit Turneb.
„ Romanorum Equitum decuriæ Rhamnenſes, Tatienſes,
„ Luceres, primi ſecundique, erant n. primi Luceres & ſe-
„ cundi, ac ſic quoque Tatienſes, & Rhamnenſes gemina-
„ ti erant, his qui præerant, ſeuiri vocabantur, ac in in-
„ ſcriptionibus antiquis ſeuirum equitum Romanorum re-
„ perimus; ut in hâc trib. mil. leg. VII. gem. felic. V S.
„ viro equit. Romanorum. hæc ille, nec ego plura.
„ Claudial. Claudiales. Sexuiri alij dicti ſunt Iuniores,
„ alij ſeniores, hi Quirinales; illi Flaminales, nonnulli Au-
„ guſtales, quæ omnia veterum monumentorum inſcriptio-
„ nibus illuſtrat Wolfangus, loco, quem dixi, ita Clau-
„ diales a legione Claudia.
„ Coerane Tyche lib. Coerane, & Tyche libertabus v-
„ trunque eſt dandi caſus, nimirum Coeranę, Coeraues,
„ Coerane, ſic in alijs monumentis legimus, Laudice Cal-
„ liope, Nice &c. ſubijciam hoc ſolum ex Ald. Man. libello
„ de Ortog. pag. 261.
„

D. M.

Nice Coniugi Benemerenti fecit

Et pag. 149.

D. M.

Tyche Vix. Ann. XXI &c.

Item pag. 618.

Calliæ Chreſime Coniugi &c.

„ QQ. V. P. XXII. Hic multos audio fluctuaſſe, & „omnino in aqua, quod aiunt hęſiſſe; Equidem gemino „modo expono. Primo ex veteri quadam monumentorum „conſuetudine; mos erat, vt aliqui maxime verò milites „externi homines aliquot pedum portiunculam in agro, „vel alio ſepoſito loco in conditorium pro ſe, ac ſuis mercarentur, in quo terræ ſpatio, nemo alius arare, ędificare, „alios cippos, ac tumulos collocare, & omnino ius habere „audebat, illud ſpatium ſignificabatur in cippo à fronte „tot pedes, in agrum tot pedes, retro, tot pedes, quo „reſpexit Horat. libro primo ſerm. ſatyr. 8.

*Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum*
*Pantalabo ſcurræ, Nomentanoque nepoti,*
*Mille pedes in fronte, trecentos Cippus in agrum*
*Hic dabat &c.*

„ In quem quidem locum Dionyſius Lambinus quatuor „huius rei adducit exempla. plura appoſuit Mattheus Raderus V. C. & dignus ſacra ſua Societate, ex qua verè „dixeris tanquam ex Equo Troiano, omnis doctrinę principes prodijſſe, & in dies prodire. Is in com. ſuper „Martialem lib. I. Epigrammate XCIII. Conditoria, Cippos, teſtas, cineres, lapides, menſiones etiam tumulorum, coelo omnia expreſſa ſpectanda proponit, ego vnum „vel alterum ſubijcio.

A. C. Lucretio
C. F
Primogenio, ſibi et ſuis
In fr. P. XXVII
In agr. P. XI

Dis Manibus. Vrbane
M. Victorius Therpius B. M.

In

In fr. P. IV

In Agr. P. IV

In Fr. P. in fronte, ea nimirum parte, quę viam publicam attingebat; quippe Veterum monumenta, ac ſepulchra ſecundum viam ponebantur, vt prætereuntes admonerent & ſe ſuiſſe, & illos eſſe mortales. in fronte inquam pedes XXVII.

In Agr. in agrum, ideſt, eam partem verſus, quę ad agros coniunctos pertinebat.

Nunc ad rem venio, atque in hoc cippo QQ. V. P. XXII. expono qua qua verſus viginti duo, vel quoquo verſus pedes viginti duo. In quamuis videlicet partem, ſeu in fronte, ſeu retro, vel in agrum, huic monumento additum erat terræ ſpatium pedum XXII. & quidem duo illa QQ. importare, quæ diximus ambiget, opinor, nemo qui paulo diligentius Veter. monum. inſpexit, imo vero & Ald. Man. in explanatione notarum hæc omnino ſcribit QQ. vel QQ. vel QQ. quecumque quamquam quinquenalis, quoque.

Et rurſus Q.Q. quecumque, quæſtori, quemquam, quinquennalis quoque, ſed cur non etiam quoquo, vel quaqua?

Illud vero. V ſignificare verſus; inuenio, cum apud alios, tum apud Valerium Probum in opuſc. de ſcripturis antiquis littera I. quo loci hæc explanans.

In F. in A. V. L. P. X. ait in fronte, in agro verſus longe pedum decem.

Vel alio pacto QQ. V P. XXII. ideſt quiſque vetuit pedes XXII. ſed priorem explanationem exiſtimo germanam.

Itaque Marcus Clodius & Marcus Lucius Sabinus ſexuiri Claudiales hoc monumentum, Commune ſibi, & Coerane, ac Tyche libertabus poſuerunt, eique addixerunt in quamuis partem terræ ſpatium pedum XXII.

*Io: Cottunius explicabat.*

At

At quoniam à non paucis, qui ad haec mea Marmorea Vetuſtatis Monumenta ruri viſenda ſe conferunt, interrogari ſoleo, nunquid verè è Bononiâ fuerit iſte MILes, an è SABINâ, ut hanc poſtremam potiùs (ajunt) innuere videtur Cyppus ipſe, qui non immediatè poſt gentilitium nomen CLODII, ſed poſt MILitarem tantummodò notam, ſubjungit τὸ SABINVS; propterea quicquid ipſis extempore reſpondere aſſueverim, nunc ex compacto iterare operae pretium exiſtimo: Nimirum, quòd ſi τὸ SABINVS indicaret hoc loci (prout ſuſpicabantur ipſi) patriam, hoc ſequeretur minimè tolerandum abſurdum, quòd ſcilicet iſte CLODIVS inſolenter ac indebitè ſe privatum cerneret eo tertio nomine, quod nunquam dimiſiſſe nobiliſſimam hanc gentem CLODIAM agnovimus; cognomen, illud inquam inclytum, quod à CLODIO Aeneae ſocio, ſeu ſaltem (& forſan veriùs) ab illo Appio CLODIO SABINO ſe traxiſſe jactitat, *qui primus ex eâ familiâ cum quinque clientum millibus ſe Romam contulit*.

Stephan.

Incautè ergo hoc loci tranſpoſitum cognomen iſtud, in ſuâ ſede locari debere, hoc eſt, ubi nunc poſt MILitis notam appictum conſpicitur, ante eandem à nobis non ſecus reſtitui ac actum fuerit in monſtruoſiori vocum tranſpoſitione Lapidis Fullonii; & in ſimili huic noſtro caſui à Reineſio Claſs. Octavâ XLIV. adeò ut ſic reconcinnata appareat haec Inſcriptio noſtra: M. CLODIVS SABINVS MIL. VI. VIR &c. Sic apud Gruterum, in Militaribus perſiſtendo:

Sect. Secunda Cap. Vnico.

| | |
|---|---|
| DXXI. 3. | DXXXIX. 6. |
| T. ANTISTIVS | CN. CVRIONI |
| SABINVS. STEL | SABINO |
| AVG. TAVRIN | LEG. XVIII. MIL. |
| MIL. AN. X. | P. METELLVS |
| COH. I. PR | CALVINVS |
| 7. ROMVLI | CONTVBERNALI |
| DXX. | DVLCISS. POS |

Sic apud nos quoque, In militaribus itidem perſiſtendo,

in

in paullò ante adductâ Baſi, pag. 245.

C. SATVRIVS SABINVS TRVENT

& in eidem ſubſequenti Columnâ noſtrâ, pag. 253.

C. IVLIVS. C. F. FAB. SABINVS. HERAC

Sicque tandem extra Militaria, penes eundem Gruterum paſſim; ſicuti me penes non ſic rarò, quin è meis privatis collectaneis haec reperiam recentia Epigrammata, SABINVM, cognomen eſſe non patriam, evincentia.

*Romae, in S. Io. ante portâ Lat.*

D . M

TVR SINI

ADAVCTI

MIL. COH . X PR

7. SABINI

QVI XIVIT ANNIS

XXIIII. MIL. AN. VI

TVRSINIVS VIATEN

TINVS. MIL. COH. X. PR

C. 7. SABINI

FRATRI. B. M. F

*Romae, in cyppo ſub Quirinali.*

D . M

AVRELIAE SA

BINAE LVNESIS

AVRELI APOLLONI, SER. ACTO.

FECIT

CONIVGI

BENEMEREN

TI ET SIBI

*Romae, parvo Sarcophago, propè aedes DD. de Sfortiis.*

A V R E L

M . F

SABINAE

Br.

*Romae, in impluvio domus DD. de Gottifredis, ad Vrſum. in cyppo marmoreo.*

D . M

AELIAE P. F. SABINAE DVLCISSIM.

AELIVS TROPHIMVS ET LVCINIA

SABINA PARENTES FECERVNT

QVISQVIS ADES, CELERI, GRESSV.

PRECOR ITO. VIATOR

ITO. PROCVL. ET. LINQVE. NEFAS

TIBI. DICO. VIATOR. PARCE OCV-

LIS NEC NOSTRA

VELLIS. COGNOSCERE. FATA. SAN-

GVINEA

PALLAS. QVAE. TEXIT. PROVIDA.

CLOTHO. ET

PAVIT. RVPISSE. TVAS. QVOQVE.

FILA. SORORES.

*Romae, ſub hortis Matthaeiis.*

FLAVIA. PROCLA. D. PRO SALVTE — Dedicavit.

AVG. NN

ET AVR. SABINVS. D. D. D — Dono Dedit Dedicavit.

*Romae, Vinea Bozella, in Via Vitellia.*

D . M

C. IVLIO LVCIO

AT-

ATTIA SABINA
FECIT COIVGI *ſu*
BENE MERENTI

*Mediolani, ad Portum Navium.*
*Adduct. ſup Sect. Quinta, Cap. VII.*

M. ATILIO SABINO
CONIVGI &c.

*Florentiae, apud Gaddios.*

FVRINIA SABINA FECIT
C. FVNDANIO SABINO CON
IVGI. SVO BENEMERENTI
MILITI PRAETORIANO COH. IV
7. ALLIACI SEVERI. VIXIT. ANNIS
XXXII. MILITAVIT ANNIS XIII

*Spoleti.*
*Adduct. ſupra Sect. 2. Cap. Vnico.*

L. PIPEDIVS. L. L
TYRANNVS
ALIA SP. F. SABINA

*Tiburi.*

C. MVRDI. FELICIS. VIX
ANN. LXXV. FECIT MVR
DIA. SABINA, PATRONO
SVO. BENEMEREN. ET. SIBI
POSTERISQ

*In Abbatia S. Gervaſii, agri Brixienſis.*

M. NVMMIVS EVHODVS
NVMMIAE SABINAE
CONIVGI CARISSIMAE

*Sched.*

*Sched. Vatican.*

D . M

VLPIAE SABINAE CONIVGI
OPTIMAE, ET DVLCISSIMAE
ET BENEMERENTI. P. RVFINIVS
EPHESTRON. LOCVM CONCESSVM
ET DONATVM AB HEREDIBVS FLA-
VI
LIBANI. QVAE POSITA EST INFRA
HANC
TRICLIAM. IN. LONG. P. VII. IN.
LAT. P. V

*Ex iiſdem.*

FLAVIA. LEDA
A. LIGVRIO EVTYCHI
MARITO OPTIMO
*ſu* ADQVE BENEMER
ET T. FLAVIVS SABINVS
PARENTI PIISSIMO
FECERVNT

*Ex iiſdem.*

IVLIVS SEVERVS L. F. SIBI
ET SEMPRONIAE SABINAE
CONIVGI INCOMPARABILI
ET DEMETRIAE SEVERINAE
SORORI PIENTISS. V. F

*Ex iiſdem.*

Q. FABIO AVGVRINO
F. QVI. VIX. ANN. V. M. VII. D. XI
ET CARIAE SABINAE
CONIVGI RARISSIMAE
QVAE VIX. ANN. XXIIX. M. V. D. VII
Q. FABIVS AVGVRINVS DE SE
BENEMERENTI FECIT
PER. HAEC. SEPVLCHRA. PER QVAE

QVOS

QVOS COLIS MANES
HIC PARCE TVMVLIS INGREDI
PEDEM SAEPE
SIC NVNQVAM. DOLEAS. NEQVE
ALIQVE. TRISTE. SVSPIRES
QVANTVM DOLORIS. TITVLVS. ISTE
TESTATVR

*E ſched. Zaratin. Caſtellinii,*
*Adduct. ſup. hac ead. Sect. Cap. XIV.*

M. VLPIVS AEPI
CTETVS AVG. LIB
*ſic* SE VIBVS COMPA
*ſic* RABIT SIBI
ET VLPIAE SABINAE &c.

*Ex iiſdem.*

FADIA L. L. SABINA
TESTAMENTO FIERI
IVSSIT

*E ſched. Cl. Fabretti.*

D . M
Q. TRATIO. Q. F. PAL. VESTINO
PRAEF. FABR. LEG. XX. F. F
VIX. ANN. LXIX. M. VII. HOR. VII
L. TRATIVS L. F. SABINVS. ET
TRATIA VERECVNDA FECERVNT

*Ex iiſdem.*

DIS MANIBVS SACRVM
CORNELIAE. L. F. SABINAE
VIXIT ANNIS XII. MENS
TRES CORNELIA FELICIA ET
L. CORNELIVS MATERNVS
FILIAE PIAE MATER FECIT

*Ex iiſdem.*

D . M
SERVATI VERNAE
C. RASIDIVS SABINVS
ET SERVANDA EIVS
MATER FILIO PIENTISSIM
V. A. V. D. LI. H. III

Vixit Annis V. Diebus LI. Horis III

*Ex iiſdem.*

DIS MANIBVS
QVINTIAE
SP. F
SABINAE

## *CAPVT XVII.*

### *Tabella Marmorea,*

*reperta anno praeterito in quodam agro, in Communi dicto* Borgo Panicale, *à quodam colono: per me empta, ac in dicto meo Suburbano poſita.*

D . M  
C. CASSIVS  
CASSIANO. C  
CASSIVS. ROMA  
NVS. M. COHO. PR  
ET CASSIA  
VENVSTA. MAT  
FEC. F. C. ET SIBI  
ET SVIS. V. A. IIII  
D. LVII

QVâ de cauſsâ in Praecedenti Epigraphe demonſtratum eſt, *M. Clodium* inſcribentem *ſibi & Coerane Tyche*, Militares tacuiſſe qualitates, quae paſſim Mi-

Militibus apponi conſuevere, eâdem cunctas in praeſenti aſſerimus fuiſſe praeteritas à M. CASSIO ROMANO M ilite COHO rtis PR aetoriae, eâdem operâ, quâ ipſe unà cum CASSIA VENVSTA uxore ſuâ, & reſpectivè MAT re, hoc FEC it monumentum C. CASSIO ( non CASSIVS, ut ineptè incidit marmorarius ) CASSIANO F ilio C ariſſimo, quem Vixiſſe Annis quatuor, D iebus quinquaginta ſeptem, in ſui calce oſtendit, eidem tumulo olim appoſitus, Inſcriptus hic Lapis.

Quum ergo tam reſtricta hujus Belligeri mentio cuncta nobis adimat, quae aliquam anteferre potuiſſent facem ad horum CASSIORVM ( ſatis ex Urſini communibus elogiis emicantium ) laudem iterandam, me obticeſcere jubet; ulteriorique proſecutione de eorundem apud nos ſtatu ſeu origine indicia majora quaerere vetat : Num ſcilicet hoc fuerit aliquod germen è nobiliſſimo eodem ſtipite Romano derivatum, ad noſque priſcis temporibus translatum: an veriùs à ſui primaeva origine huc nativum, idemque CASSIORVM nomen caſu, atque à ſupremo illo independenter, induerit; ut utrique ſententiae favere poſſent hujuſce gentis ubique locorum Inſcripta Marmora, quibus diſcriminandis, facilè anceps haereas, an magè Latium, an magè Bojus Ager iiſdem abundet : Nam etſi, quotieſcunque ex unâ, CASSIANOS Lapides regerit Gruterus, eos modò tribuat *Mediolano*, ut in DXLIX. 3. DCCLXVIII. 2. DCCCLXXX. II. modò *Veronae*. XIV. 1. XXV. 13. XXVI. 5. LXXX. 7. XCVII. 10. CVII. 1. quandoque *Como*, MXCII. 6. quandoque *Venetiis*, ut CCCXXIII. 4. nonnunquam *Vicentiae*, ut CCCLXXXVI. 2. ſeu *Brixiae*, ut LXXXII. 10. ſeu *Patavio*, ut in DCCCXXIX. 7. Cui conſentit, nuperas ſimilibus locis adjiciens, Reineſ. Claſ. primâ LXXXIX. Sextâ XXI. Octavâ XIIX. Decimaquartâ XXIX. XCIII. Decimaſeptimâ XXXIII. LV. quibuſque omnibus haec accedit., conterminae nobis Ferrariae, vico, vulgò *Voghera*, poſita :

de Fam. Roman. in hac gente Caſſia.

Vivens Fecit Lucio &c.

V. F. L. CASSIO. L. F
CELERI. CASSIA. GRATA

Ex alterâ etiam, tot in Romano ſolo ſtatuit, egregius hic Lapidum Collector, eorundem CASSIORVM Inſcripta Saxa, ut in hoc longè ſuperari videantur Galliae noſtrae, hiſce praeſertim, per me collectis, accedentibus:

*Romae, in horto hoſpitij RR. PP. Oliuetanorm, ad D. Iſidori.*

D ❦ M
CASSIVS TROPHIMVS ET CASSIA
DAPHNE PARENT. DVLCISSIM
FILIVS FECIT ❦

*Romae, in aliàs adduct. ſupra Sect. Prima Cap. II. Vrnula penes D. Abb. de Bolis.*

DIS MANIBVS
C. CALPVRNIO. QVARMONI
CASSIAI. L. F. MATRI
CASSIAE. Q. L. PRISCAE
OLLA III

*Romae, nuperrimè reperta, atque hoc anno 1688. mihi transmiſſa ab Excellentiſs. Domino meo Don. Leone Strozzio.*

CASSIAE FESTAE
L. ARRVNTIVS STA
CHYVS FEC CONIV
GI KARISSIMAE B M
ET. SEX. GELLIO. FES
TO. FILIO. ET. HYGIAE
VERNAE. HAVETE
AMICI ET. AMICAE
BONI. EVTICHE ET. OECONO
ME
ME. ET. PRINCEPS. AGO
MEMORIAE. VESTRAE
B. GRATIAS B

*E ſched. Vaticanis.*

P. HERENNIVS P. L
CHRESTVS PRECO
TRIBVNICIVS SIBI ET
CASSIAE L. ET VXORI ET.
QVIBVS CASSIA VOLET
IN HOC MONIMENTVM
HEREDI MEO IVS INFERENDI
PRAETER ME NON EO CASSIAE
VXORI MEAE DO

*Ex iiſdem.*

CASSIA Q. L
PRIMA. V. A. XXIIX
Q. CASSIVS Q. L. THEOPHILVS

*Ex iiſdem.*

CN. CASSIVS CN L
PAMPHILVS
CASSIA CN. L
PRIMA

*E ſched. Fabrettanis.*

DIS MANIBVS
P. CASSIVS P. F. PALAT
LON-

LONGINI. VIX. ANNIS
XVII. MENSE I. DIES XXV
CASSIA P. L. CHARIS
FILIO PIENTISSIMO FECIT

*Ex iiſdem.*
*in vrna.*

DIIS MANIB
NE-
VIAE CASSIAE

*Ex iiſdem.*

IN
VIRIDARIO PARTIS
P. XIX
M. LIVIVS. M. F. CASSIVS. DON

Sed revera è Româ tandem oriundum fuiſſe C. CASSIVM ROMANVM noſtrum, tacitè evincit tertium iſtud ipſius nomen, à ROMA, è quâ ſui Majores ortum traxerint, non minùs deductum, ac in ſuperiori Capite, *M. Clodius Sabinus*, à Sabinâ, unde ipſius Veteres deſcenderint, cognomen fuit adeptus; Quapropter ſicuti dictum ibi *Sabinum*, cognomen à patriâ quidem derivatum, ſed non ipſam patriam importare, Lapidum etiam noviter repertorum teſtimonio confirmatum extitit, ita in praeſentiâ, ROMANVS hîc ſonare cognomen, non patriam, recentia haec Marmora, ab iis aliena quae Gruterus habet, commonſtrant:

*Romae, in S. Anaſtaſia.*

M. AVRELIVS. ROMANVS. ET. ANTIA. CRESIME
VXOR. EIVS FECERVNT SIBI. ET. LIB. SVIS POSTERISQ.
EORVM. ITEM LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EOR
MONVMENTVM CVM AEDIFICIO SVPER POSITO. HOC
AVTEM MONVMENTVM CVM AEDIFICIO NEQVE
VENIET. NEQ. DONABITVR
SED NEC VLLO MODO ALIENABITVR. NE DE NOMI
NE EXEAT FAMLIAE SVAE.

*Romae, in Cyppo, ad Xenodoch. S. Io. ad Lateranum.*

D M
Q. LORENI. Q. F. ROMANI
REPENTINI. FRATRI
BENEMERENTI
LORENIA PACATA
SOROR

*Ex-*

*Extra Romam, in D. Pauli, in Atrio Sacriſtia.*

........ EPIGONE FECIT SISI ET
...... ESINIANO PVBLICO PONTIFI
.... A MEMMIO ROMANO F. SVO
ET LIB. LIBERTABVSQ. SVIS. POST
EORVM

*Extra Romam, Villa Caeſarina, olim Boſia, ext. portam Flaminiam.*

D . M
C. ACVTIO. C. L. SEVERO
A. RA. MIL. TR. LEG
VII. GEM. F
FRATRI
PIENTISSIMO
L. ACVTIVS ROMANVS
H. F. Q

A. RA tionibus MILes. TRibunus LEGionis Septimae GEMinae Felicis.

*Extra Romam. Via Labicana, Sarcophagus cuidam parieti infixus.*

MAEBIAE ROMA
NAE FIL. PIIS
SIMAE. CEIONI
A LOLLIANA
TER INFELICISSI
MA POS

*Extra Romam, Vinea Benincaſa, in Via Appia.*

PETRONIVS. SP. F
PAL. ROMANVS
P. PETRONIVS HOSPES
PETRONIA ANTIOCHIS
P. PETRONIVS SOCRATES
P. PETRONIVS. P. F. COL
IANVARIVS
CAECILIA Ɔ. L. TRAHIS. SIBI
ET POSTERISQ. EORVM

*E Sched. Barberinis.*

IVLIA. MARCELLA. QVAE
ET. ROMANA. ANNIO
DORO MARITO SVO. B. M
FECIT

*E Sched. Vatican.*

D.M.T. AVIDI. ROMANI MILIT
COH. VII. VIG ........
7. LECTORI. AVIDIA
ROMANA
MATER
FILIO PIENTISS

*Ex iiſdem.*

ANNIA
ROMANA
ANNIA TYCHE
MATRI
CARISSIMAE FEC

*Ex iiſdem.*

D. M. SEX. SVETTIO. ROMANO
SVETTIVS. SEX. LIB. PATRONO
ET CORNELIA PROCLA COIVGI *ſic*
FECERVNT. B.M. D

*E ſched.*

*E ſched. Cl. Fabretti.*

PVPILLIVS ROMA
NVS QVI VIXIT
*ſic* ANIS XXX. MEN
*ſic* SIBVS VI. DIAEBVS
XX. FECIT. SIBI

*Ex iiſdem.*

VALIA. M. L. PAVLA
ANN XXXXV. H. SE. S. T. L
M. VALIVS PRIMVS
M. BAEBIL. ANN. XXII
M. VALLIVS BASSVS
M. L. ANN. XX
M. VALLIVS ROMANVS
M. L. ANN. XXXII

BA-

BAEBIA. M. F. CRISPINA
ANN. XX. H. S. E. S. T. T. L

H ic Situs
E ſt Sit Tibi
Terra Levis.

*Reperta hoc anno 1688. & mihi tranſmiſſa ab eod. Cl Viro, per manus Excellentiſſimi Strozij.*

VERGILIA. CELSA
M. VERGILIVS. ROMANVS
M. VERGILIVS. EVPHEMVS
VERGILIA ELICE.
VERGILIA. TRYPHENA
FECERVNT. SIBI
ET. POSTERISQ. SVIS

C A-

## CAPVT. XVIII.

### *Illuſtre Cenotaphium,*
### *Caeliis Bononienſibus Militibus*
### *in Germaniâ dedicatum; atque in agro Clivenſi,*
### *eo loco, in quo Vetera fuiſſe creduntur,*
### *ſuperioribus annis repertum.*

RECenſitus in duobus poſtremis Capitibus par Militum, quos cognomine caruiſſe, amicos quoſdam noſtros perperam quandoque dubitaſſe agnovimus, hoſce binos alios ad ſe vocat in praeſenti, quibus verè cognomen fuiſſe ademptum liquidò conſtat. Sunt hi duo germani fratres, ex eadem gente CAELIA, BONONIAE nativâ, geniti, quorum alterum, Marcum inquam, in deplorabili omni aevo Varianâ Clade, infelicem incauti Vari, & proditoris Arminii victimam, unà cum tot aliis occubuiſſe, noviſſimè comperimus. *Trucidatarum Legionum trium, totidemque alarum, & ſex cohortium*, quibus adſcitus hic Civis noſter lachrymas ciet ob atrox excidium, vel ipſi Auguſto tam deploratum, ut eas in voces exquiſitiſſimae charitatis, ni mavis profundae deſperationis indices, amantiſſimus Princeps non ſemel erruperit: *Vare, Vare, redde Legiones*; quas utique & nos ipſos erga hunc COELIVM noſtrum ingeminare fas eſſet, ni trunci corporis ipſius exuviae clariſſimo gloriae foenore aeternùm nunc ita viverent:

Patercul. lib. 2. Tacit. & omnes.

Sveton. in Auguſt. n. 23 in fin.

| | |
|---|---|
| M. CAELIVS | M. CAELIVS |
| M. L | M. L |
| PRIVATVS | THIAMINVS |

☞ M. CAELIO T. F. LEM. BONO.......
LEG. XIIX. ANN. LIII......CIDIT
BELLO VARIANO OSSA .. .INFERRE

LI-

LICEBIT. P. CAELIVS. T. F. LEM
FRATER FECIT

Hujus egregii Lapidis exemplaris, quod nobis detexit olim Vir doctiſſimus M. Zverus Boxhornius in ſuis notis ad Tacitum, primam verè notitiam acceptam ferimus D. Valerio Co: de Zanis, qui ſuas inter hiſtoricas lucubrationes hunc locum ex inopinato offendens, ſummâ alacritate, tanto Viro dignâ, ad me Romae tum degentem, deque acceptâ apud Cl. Fabrettum immediatè gratulantem, eidemque impertientem, humaniſſimè tranſmiſit. *Caelios* tunc ego omnes in Gruterianis, Reineſianiſve codicibus perluſtrandos ſuſcepi, ſperans me aliquid reperturum, quod P. CAELIVM noſtrum, in calce Lapidis ſcriptum, eundem fuiſſe detegeret, ſive aliquo pacto à longè innueret, quem Frontinus *Coelium Primipilarem* appellans, eidem luctuoſae cladi ſupervixiſſe, commemorat. Is enim, quum extincto Varo, vicarias ejuſdem partes ſuſcepiſſet, reliquiarum exercitus Ducem agens, quâ non gloriâ Patria noſtra effulgeſceret, tam alterius clari Herois inſignita natalibus? Verùm oleum operamque effudimus, incaſſum MSS. Vaticanis, Zaratinis, Fabrettanis, ſchediſque Gammari, Ferrarini, & ſimilium ſus deque luſtratis, è quibus tamen, ne nova Caeliorùm monumenta omnino tabeſcant, haec ſubſequa hîc ſeligimus Epitaphia, propoſito quantumvis ſcopo nequicquam faventia.

in libro 2. Annal.

Lib. p. de Var. conſ.

*Romae, apud Mazzantes.*

L. ANNI. TRECIDE
COELIAE. O. L. HEPONE
SIBI ET SVIS

*Extra Romam, Vinea Benincaſa, Via Appia.*

D. M.
C. COELI
SER-

SERVATI
A. V. XVIIII. M. VI
IVLIA ALBINA
MATER FILIO
PIIS SIMO.

*E ſchedis Vaticanis.*

CAELIAE SOPHE. V. A. IIX. M.
VII. D. XIIX
C. CAELIVS SOPHOS FIL. PIEN-

TISSIM
ET C. CAELIO GLYCONI. V. A.
IX. M. VI. D. VI
CALLISTVS FIL. DVLCISSIMO. F

*Ex iiſdem.*

DIS MANIBVS
IVLIAE LAVRILLAE
L. COELIVS VICTOR
VXORI BENEMERENTI
POSVIT ET SVIS

*Ex iiſdem,*
*Salonae.*

AVIDIA T. LVCINIAE MATRI
ET CAELIAE TERTVLLAE SORORI
AVIDIA ET A. LVCVLLA POSVIT

*E ſched. Abb. Gradi,*
*Vaticanae, cuius fuit cuſtos,*
*relictis.*

L. COELIVS M. F
CONCERIO ANN. LXXXX

*E ſched. Gammari noſtri:*
*Aſſiſii.*

COELIA L. L. LIBVA
VIVA SIBI FECIT

*Ex Antiquario P. Ferrarini.*
*In Societate D. Auguſtini, Regii*
*Lepidi. Supra adducta, Sect.*
*Secunda Cap. Vnic.*

V ❦ F
L. CAELIVS L. L
EPE-
EPERASTVS &c.

*Ex eodem.*
*Mediolani, in Sacel. D. Georgii.*

C. COELIO Q. PVBLICIO. PHILETO
PVDENTI
LVCID
INGENVI ET LVCIDO

*E ſched. Fabrettanis.*

Q. CAELIO. Q. L. ELIANO
Q. CAELIVS. Q. L. VES
PER VESTIARIVS
TENVARIVS FEC

*Ex iiſdem.*

DIIS MANIBVS. CAELIAE ROMANI-
LAE
QVIETISSIMAE AC FIDELISSIMAE
LIB
CAELIVS QVADRATVS PATRONVS

*Ex iiſdem.*

D . M
P. COELI TIMOTHEI
POSVIT NICOSTRATVS
FIRMANVS

*Ex iiſdem.*

D . M
NARCISSO
V. A. VII. M. VI. D. XXV
M. COELIVS NARCISSVS ET
COELIA RHODINE
VERNAE SVO

Ex

*Ex iiſdem.*

COELIAE. C. F. PRIMIGENIAE
EGNATIAE CLYMENE
FIL. DVLCISSIMAE QVE VIXIT *ſic*
ANN. XII. MENS. X. DIEB. IIII. H. V.
FECERVNT
C. EGNATIVS CLYMENVS ET
VETIA. VITALIS. ET PVPIAE RESTI-
TVTAE
ET LIBERTIS LIBERTABVSQ. SVIS
POSTERISQVE EORVM
H. M. D. M. ABEVTO *ſic*

*Ex iiſdem.*

COELIAE. PROFVTVRAE P. RECTVS
VICTOR VXORI. CARISS. V. F.

*Ex iiſdem.*
*Add. ſup. hac Sect. Quinta Cap. III.*


SEX. AVONIO SEX. F. PROCVLO
VIX. AN. I. M. V
DIEB. XVII. FECER
AVONIVS PRO
CVLVS ET
COELIA AGATHE MATER

Ex eis enim, nedum nullum ſcatere videmus Caelium, qui Belligeri titulo conſpicuus, Militari laude hanc Gentem validiùs illuſtret, verùm etiam eorum quemlibet, tertio nomine inibi inſignitum, noſtris tacitè objurgare deprehendimus, ipſos hoc in Lapide, (ac ſi eſſent novi homines, Terrae filii, ac ſine imaginibus) tertio nomine exutos conſpici. Et ſane monſtri videtur inſtar, CAELIORVM noſtrorum L. L. ibertos, ab altero eorum ſuperſtite alteri jam mortuo Sepulchrum iſtud inane tollere juſſos, hoſce ambos, eorum olim dominos eâdem operâ tertio nomine miſiſſe vacuos, quâ ipſi, PRIVATI ac THIAMINI cognomine in primâ fronte Lapidis exornatos, ſe magnificè circumſpiciebant. Et nihilominus horum ſe L. L. ibertos non fateri non valentes, eandem hanc eſſe gentem CAELIAM tacitè indicare cogebantur, quam ſecuti in illâ expeditione Germanicâ, ipſius magnificentiam proprio hoc potiùs famulatu quàm obſequio non minus teſtarentur, ac ejuſdem quandoque poteſtatem per noſtras regiones commonſtret Gruterus, detegens, Seviratus dignitate quondam emicuiſſe *Mediolani* L. COELIVM BARONEM. CCCXCIII. 7. *Comi*. L. COELIVM VALERIVM. CCCXCIII. 8. *Veronae*. COELIVM MARCELLVM. CCCXCIII. 12.

## CAPVT. XIX.

*Romae, Cyppus Marm. in aedibus Benzonianis; & cujus imago, antequam vnà cum earundem aedium everſione periret & ipſe, haec erat:*

Refert etiam Grut.DXX.7.




In-

INſcitia ſaltem, ſi non ingrati animi nota, quâ anteadictos *Caeliorum* Libertos jure inuſſimus, vitio verti minimè poterit Inſcriptori, qui huic M. ANNIO PAVLLINO abſolutiſſimum ex omni parte hunc Titulum poni juſſit. Is enim hujus MILitis nedum Nomen, Tribum, Patriam, COHortem, Ↄ enturiam: nedum ANnos, quibus non modò MILitavit, ſed quibus etiam VIXit, ac MENSes ipſos, hoc in Cyppo exactiſſimè exponi curavit, ſed (quod caput eſt) Cognomen ei debitum nequaquam praetermitti voluit, ut ex oppoſitò praedictos *Caelios* fuiſſe proprio iniquè fraudatos, dudum aegrè tulimus.

Etenim tertiò nomine, uti validiori nobilitatis indice, gaviſos nunquam non fuiſſe ingenuos homines, planè liquet; plebeios praeſertim, quos, ſicuti hujus poſtremi Civium Romanorum ordinis eos fortaſsè taeduit, ita ingenitae nobilitatis praedictae jactantiâ gloriari decuit: quippè probè noverant, plebejam eſſe aliquam gentem, non eo ſignificatu verè ſumi, quo vulgò accipi conſuevit: nimirum non eos indicari, qui ex humili aliquo genere, ſeu vili hominum fece prodierunt, ſed, Patriciis tantùm demtis, caeteros indiſtinctè ſignificari, qui aliâ quavis dignitate conſpicuos ſe manifeſtarent. Plenius hanc rem declarat Niger ſupra pag. 189. & 190.

Et tales ſanè ſe nunc nobis offerunt ANNII, qui, & ſi ab Autoribus inter plebejas gentes recenſeantur, tali tamen nobilitate, tantis dignitatibus emicant, ut vel ſelectis ab Romulo, in naſcentis Urbis primordiis, centum familiis, è quibus creati fuere primi Senatores, ſeu ab iis deſcendentibus, nihil invidendum habuerint. Conſulares non raro Faſces, Inſtrumenta Pontificalia, coronas, haſtaſque militares, torques, ac phaleras, quandoque ſtatuas ipſis decretas oſtendunt Gruterianae Inſcriptiones, ad faſtidioſam repetitionem declinandam omnino ommittendae; earum loco referendo antiqua numiſmata ipſos Imperiali Majeſtate coruſcantes nobis repraeſentantia, non tantùm M. *Aurelium Verum* ANNIVM *Verum* antea dictum, & *Lucium* AN- Panvin. Vrſin. in hac. gent.

NIVM

NIVM *Verum*, ejus propinquum, in Imperio ſocium ſibi adſcitum, ſed prius L. *Aelium* Caeſarem ANNII *Veri* filium, *Peſcennium Nigrum* ex ANNIO *Fuſco* progenitum, ac poſtremò M. ANNIVM *Florianum*, quem Tacito fratre Fatis erepto, *arripuiſſe Imperium, non Senatus auctoritate, ſed ſuo motu, quaſi hereditarium eſſet idem Imperium*, ait Vopiſcus.

Ael. Spart. in ejus Vit.

In Floriani Vita.

At quorſum, obſecro, tot ANNIOrum hîc laudes & encomia, audio quem veſtrum ita me increpantem & dicentem? An è tantis proceribus hunc tuum Militem ſatum ſtatuís? Ego quidem, abſit verbo invidia, ſicuti conſtanter id definire non audeo, ita nec omninò inficias eo. Potuerit inquam facilè, ſi non debuerit prorſus eorum quiſpiam, priſcis illis temporibus, immo antiquioribus etiam, ad nos divertiſſe, noſtriſque regionibus Penates ſedemque locaſſe. Si Numa Pompilius (à quo traxiſſe ANNIOS paternum ſanguinem, ſicuti maternum à Salentino Rege, tradunt Scriptores) primus omnium falſae Religionis cultum in Urbem invexit, id prius exequi haud potuit, quàm è ſuis quempiam eò miſiſſet, quò ſacri ritus ac caeremoniae publicè exercerentur, cunctiſque eas addiſcere cupientibus aperirentur, ut iis pleniſſimè rudes adhuc in hoc Quirites ſemet imbuerent. At quae alia Natio tunc temporis in Sacris peragendis ac miniſtrandis, Etruſcis praeferebatur? Inter verò Etruſcos, quae nam Urbs ſapientior, doctior, atque in omnibus ad erudiendum praeſtantior Felſinâ, totius Etruriae Principe ac Magiſtrâ?

Capitol. in Vi. Ant. Philoſ. in prim. Verſin. in hac gente. Eutrop. hiſt. Rom. lib. 8.

Vt ſup. Sect. Secũda Cap. Vnico per tot & alibi.

Quòd ſi frequentem apud me nimis hanc à Rege Numâ originis cantilenam quis vocet: ſi audacem nimiùm hujuſmodi divinationem, remotam derivationem appellet; hunc ſaltem Militem ab illis me deducere ne prohibeat, quos proximis nobis Civitatibus ſaepiſſimè degiſſe, docent Inſcriptionum Collectores, ut conterminae nobis *Mutinae*, Vedrianus pag. 121. 2. *Patavii* Urſatus poſt Grut. CCCLIV. 8. DCCCCXCVI. 7. *Mantuae* id. Grut. DCCCCXXXI. 11. *Veronae*

Hor. di Mod.

Monum. Patau.

*nae* idem DCCCCI. 8. 9. 10. DCCCXLIV. 8. Reineſ. Claſs. Decimaquintâ *6.* Claſs. Quinta. 5. *Comi*, idem Grut. CCCLIV. *6. Mediolani* Pucinell. pag. 10. n. 23. pag. 13. n. 65. Finitimae nobis *Ferrariae*, nec non *Regii Lepidi* Pater Ferrarinus, qui in ſuo Antiquario nondum edito, has binas exhibet:

*Ferrariae,*
*In S. Stephani, ſub quodam Altari:*
*Ara pulcherrimè elaborata,*
*ubi.*

D. ❦ M
ANNIA FAVSTIN
VIVA. SIBI. POSVIT

*Re-*

*Regii Lepidi in Convent. Fratrum Carmelitarum.*

L. ANNIVS VAL
ENS L. F. CLAVD
IA ICONIO
MILES COH O
II. PR. 7. MAXIMI
MILITAVIT AN
NIS XXVII. VIXIT
ANNIS XXXVII

Siquidem ex alterâ, è tot parùm à noſtrâ diſtantibus, immo eidem quandoque conterminis Civitatibus, hac eâdem ANNIA gente refertis, ad nos commodè derivare potuit germen iſtud, eidem Militari exercitio ſucceſſivè addictum, in quo per hos fines ANNIVM quendam GALLVM mirificè prae caeteris excelluiſſe conſtat. Is enim Othonianas partes adverſus Vitelianas tum ſecutus, cùm tam acre bellum per hanc Galliam Ciſalpinam noſtram exarſit, peditum equitumque copiis & ipſum praefectum, modò legionem primam in obſeſſae Placentiae ſubſidium opportunè moviſſe, modò Padi ripas tempeſtivè occupaſſe, modò alia ſimilia fortiter, non ſecus ac prudenter, adeò egiſſe tradunt Scriptores, ut verè Militaris peritiae imitandum ſpecimen ibi cunctis reliquerit, aſſeclis praeſertim ſuis, nec non ſibi aliquo cognationis vinculo obſtrictis; è quorum numero facilè fuiſſe ANNIVM noſtrum, arbitrari non dedecet.

Tacit. ab. exceſs. Neron. lib. p. ant. fin.
Id. Ibid. lib. 2.

Caeterum de tam frequenti per hanc Galliam Ciſalpinam ANNIORVM commemoratione nemo mirabitur, qui eoſ-

eoidem pari copiâ per Romanum agrum ſe fudiſſe animadverterit in editis hucuſque Inſcriptionibus, ſi praeſertim per haſce à me noviter collectas adaugeantur;

*Romae, in Aedib. Carpineis.*

DM MANNIVS
DROSERVS.ET AN
NIMA DIECTA PAN
ENTES ET ANNIA
EPICARDIA MAM
MIA RODINO FILIO
FECERVNT QVIVI
XIT ANNIS.VII PLMIN

*Romae, apud Mazzantes.*
*Adduc. paullò ante Cap. huic praeced.*

L. ANNI. TRECIDE
COELIAE. Ↄ. L. HEPONE
SIBI ET SVIS

*Romae, Muſeo Magnino.*

CLAVDIA. GRA
C. ANNIVS. PRA
T. CLADIAE SAECLA
RIS F. SIBI. ET SVIS
POSTERISQ. EORVM

Ro-

*Extra Romam, in D. Pauli ex. Moenia.*

ACCEPTORES

| | | |
|---|---|---|
| | L. VAL. FLAVIANVS | L. CALP. MIT. ESS. ∴ |
| VOTIS | CN. COSS. FELICISSIMO | SVLP. AVME. ∴ |
| X | M. VIT. ANTICON. | T. AEL. TI. NEP. ∴ |
| | Q. ANN. FVRIANVS | M. PONT. FLA ∴ |
| FELIC. | T. FL. C. ∴ ICVS | C. SINFO ∴ |
| V | CN. COS. FELICISS. | L. LAMATVS ∴ |

*Ext. Romam, Vinea Brunona.*

OSSA
P. ANNI APOLLONI

*Ibidem.*

OSSA
P. ANNI. TERENIS

*E Sched. Vatican.*
*Adduct. ſup. hac ead. Sect. Quinta Cap XVII.*

ANNIA
ROMANA
ANNIA TYCHE
MATRI
CARISSIMAE FEC

*Ibidem.*

OSSA
P. ANNI, Ↄ. L
ACASTI

Ibi-

Ex

*Ex iiſdem.*

D . M
FIRMIVS FORTVNATVS
ANNIA DAPHNE FECERVNT
SIBI. ET SVIS. LIBERTIS
LIBERTABVS
QVE POSTERISQ EORVM

*Ex iiſdem.*

VARIVS OPELENTIVS ET. C. LVCENTINVS TVT. NECESS. CONSECR.
IMP. C. AVR. CAESAR. FELICISS
SACERDOTIBVS ANNIO COSSVTIO AVGVRE
TITO SOPHRONIO MESSIO. A. INITIATO
TORQ. ET. P. PATRATO CONSVLIB. AEDIT
P. ASPERATO FORMIONE. ET. M. THIAREO MAIORE

*Ex iiſdem.*

ANIAE L. F. PLARIAE
VERNAE PRISCILLAE
FLAMINICAE
MAN. ATILI C. LAMONIS. CON
D ♁ D
PVBLICE

*Ex iiſdem.*

IVNONI. REGINAE
D. D. K. I
P. ANNIVS. P. F. PAL
CARVS. SACERD
OS . NEPT. PATRON
COLON. OST. QVINQ
ITER. FL. VESPASIANO
AVGVSTO II. ET. TITI
VESPASIANO SAES. COS

*Ex iiſdem.*

ANNIAE QVARTIILÆ *ſic*
ANNIA TROPHIMAE
ANNIA DAPHNAE
ANNIA IRENE
PATRONAE SVAE BENEMERENTI
FECIT ET SIBI ET SVIS POSTERISQ EOR

*E ſched. Doctiſſimi Fabretti.*

D . M
C. POPILIVS VICTOR
ET ANNIA PEREGRINA
FILETENI. VERNACVLAE
SIBI B. M. FECERVNT
V. AN. VIII. D. XVI

*Ex iiſdem.*

C. ANNIO PRIMIGENIO
POS. C. ANNIVS
SAEVERVS FRA
TR. B. M. IN AG
P. VIII. FR. P. V

*Ex iiſdem.*
*Adduct. Sup. Sect. Secunda Cap. Vnico.*

ANIA. L. L. FORTV
NATA. V. A. XXXV
H. V

*Ex iiſdem.*

ANNIVS OR
FITVS. QVI. VIX
ANN. XVIII. M. VI

*Ex iiſdem.*

D . M
C. ANNI. C. LIB
CAMPESTRIS
C. C. ANNI CHRES
TVS ROMVLVS
ÉROS PROCES
SIANV. LIB
ET HERED. PATRO
NO B. M. FECIT

*Inventa hoc anno 1688. ac ad me miſs. ab eod. Cl. Viro.*

D . M
RELIQVIS
ANNI. PACCI
ARISTANETI

*E Lamina aenea Palotolae, praeter ſup. adduct. L. A N N I V M SECVNDVM*

L. ANNIVS PIVS
L. ANNIVS RVFVS

CA-

## CAPVT. XX.

*Romae nuperrimè repert. nunc in Vinea Nobb. de Taſſis, propè Caſtrum Praetorium, ad Viam Tiburtinam Veterem.*

D . M
T. VENNONI . LEM . AGRI
COLAE . BONO . MIL . COH
X . PR . 7. VICTORINI . MIL
ANN . VII . MES . XI . DIEB
XXIX . V . ANN . XXV . MES
V . DIEB . XV . FEC
T. VENNONIVS . SE
CVNDVS PATRONO
B . M

NOn impari ſtudio, quo deſcriptum vidimus *Annium Paullinum*, Militari laude coruſcum, repraeſentatur nunc nobis Titus VENNONIVS AGRICOLA

cui, uti PATRONO de ſe Benè Merenti, ponens praeſentem Titulum Titus VENNONIVS SECVNDVS, nedum è Tribu LEMoniâ, BONOnienſem, MILitem COHortis decimae PRaetoriae, ac ſub 7enturiâ VICTORINI eum fuiſſe declarat; ſed etiam MILitaſſe ANNis Septem, MEnSibus undecim, DIEBus vigintinovem, ac demum Vixiſſe ANNis vigintiquinque, MEnSibus quinque, DIEBus quindecim, minutatim, ut apparet, oſtendit.

Sic ſuo tertio nomine gaudet vel Miles iſte, eòque pleniùs gaudere debet, quò pridem cognomen idem vicarias gentilitii nominis partes agens, dare nobis potuit glorioſiorem longè Militem, nempe AGRICOLAM, qui Coeleſtis Patriae, ubi triumphat coronatus, civis effectus, dubiam non ſecus ac inanem ſpernit nunc in terris originem, quam, è VENNONIA gente tractam, quiſpiam ei forſan tribuere operosè moliretur.

De quo ſup. hac ead. Sect. Cap. IV.

Sufficiat ergo hinc colligere, ob tam celebre cognomentum, uni ac alteri Felſineo Militi commune, efficaciùs roborari VENNONIVM Genus, per ſe ſatis adeò belligerum, ut per regiones noſtras, Placentiae inquam, VENNONIAE ipſae foeminae non ita ab armorum ſtrepitu abhorruerint, quin prolem propriam bellicae artis ſtudioſam emittere quandoque valuerint, teſte Grutero, ita id tacitè inſinuante:

DXXII. 7.

*Placentiae, ad S. Antonii.*

D . M
T. ARRENI . T. F
RVFI. MIL
COH. I. PRAET. Ɔ
MVTTIENSI
PRVDENTIS
MILITAVIT. ANN. X
VIXIT. ANN. XXV
T. F. I

VE-

VENNONIA
PROCVLA. MATER
ET. G. VAL. TAPPO. F. C

Nec non alibi, Romae ſcilicet, Militarem hujus ſtirpis praeſtantiam ſic commoſtrante:

DLXVII. 5
*Romae, in aedibus Marcelli Delfinij.*

D . M
Q. VENNONIO
Q. F. SCAPTIA
VALENTI. AL
TINO. MIL. COH
VIIII. PR. 7. CHA
RITONIANI
MIL. AN. XV. VIX
ANN. XXXIII. FEC
PLAVTONIVS. EX
ORATVS. MIL. COH
VIIII. PR. 7. EADEM
ET. CHARISIVS. LIB

Accedat denique, in pace non minùs ac in bello, tantae gentis potentia, ita eidem familiariſac domeſtica, ut & ipſi VENNONIORVM liberti Seviratus dignitate non ſemel tumuerint, ut è ſequentibus ejuſdem Gruteri Inſcriptionibus, quarum primam valdè miror latuiſſe ſolertiſſimum nativae illius Urbis illuſtratorem Urſatum:

CCCCLXXXIV. 5.
*Patavij, in aedib. Ramusij Fragmentum.*

C. VENNONIVS
C. L. PRIMVS
IIIII. VIR
PETRONIA. M. F
MARCELLA

CCCCLXXXIV. 4.
*Auguſtae Taurinorum, in veſtibulo adium Pingonianarum &c.*

V F
L. VENNONIVS
Ↄ. L. ONESIMVS
VI. VIR. AVG. SIBI. ET
.....................

An- CA-

## CAPUT. XXI.

*In angulo quarundam aedium ad D. Mariae de Pace Romae, antequam, ob ampliorem, & regiam verè illius ſitus immutationem, deſtruerentur ab Alexandro VII. totius Vrbis inſtauratore munificentiſſimo.*

☞ Meminit Grut. DLVIII. 1

....POMPONIVS. Q. F
LEMONIA . FORTVNATVS
BONONIA . MIL . COH
VIII. PR. 7. PERPENNAE
MIL. ANN. IX. VIX
ANN. XXIIX
T. F. I

IIs omnibus, quos indagandarum, atque in bono lumine collocandarum Inſcriptionum nativarum ſtudium hucuſque tenuit, ſolemne fuit, Gentes ſeu Familias è Lapidibus emergentes, quò longè conſpectiores apparerent, è Romanis Proceribus ortas oſtendere. Sic egiſſe obſervamus Antoninum in Saſſinatenſibus Epitaphiis, Urſatum in Patavinis, Muſcardum in Veronenſibus, Lucium in Tragurianis, Spon in Lugdunenſibus, Andreantonellum in Auſculanis Welſerum in Auguſtanis, Vidrianum in Mutinenſibus, caeteroſque paſſim in propriis.

Ego

Ego verò (etſi more praedictorum omnium, in meis exponendis idem ut plurimùm exequi profitear) communi huic conſuetudini non ita haereo, quin ab eâ quandoque deflectere rationi conſentaneum exiſtimem: Eà videlicet, quò priſca progenies, proprio fulgore coruſca, externo nitore, à priſcis Quiritibus mutuando, non egeat, prout in praeſens POMPONIAE noſtrae uſuvenire crederem. Quanquam enim, quo pacto alibi *Calpurniam* gentem, Bononiae pariter incolam à *Calpurnio* Numae Regis nato deduxi, eodem POMPONIAM à *Pompone* ejuſdem Regis filio derivare poſſem, tamen quum ipſa per ſe ſatis copiosè ſplendeat ob *Lucium* POMPONIVM *Bononienſem*; qui nedum Urbem, ſed totum Orbem etiam in ſui admirationem convertit, ideo praedicto Regiae originis decori ſuperſedeo: Sat erit (ſi ſumma laus eſt à Viro laude digno laudari) hunc primum Attellanarum Autorem ac Magiſtrum (quem ideo *ſenſibus celerem ſeu celebrem, verbis rudem, & novitate inventi à ſe operis commendabilem* vocat Paterculus) à contemporaneo Cicerone non tantùm, ſed à Seneca, Macrobio, & caeteris encomia promeruiſſe. Vrſin. in Fam. Rom. in hac gent.

Hanc ergo tam claram originem, à Viro docto deſumtam, Viro forti tribuo: noſtro inquam POMPONIO MILiti, cujus cognomentum FORTVNATVS, ſoboli huic non inviſum forſan, ſed familiare potiùs, ut è ſequenti Romanâ itidem Inſcriptione:

Q. POMPONIVS Q. F. FORTVNATVS CCLI. col. 2.

ejus ſorti parum reſpondet, dum in virenti juventutis flore, vixque ſtipendio nono occubuit, nil ſpectatu dignius de ſe relinquens, praeter Militare exercitium, quo non ſecus ac Literis, Armis etiam praeſtitiſſe POMPONIOS BONONIENSES nobis indicat.

Et haec eadem tracta à doctiſſimo populari olim noſtro pro Milite Deſcendentia, aliis *Pomponiis* Romae progenitis ſic arriſit, ut, licet è ſupramemorato Numâ Pompilio Re-

Rege ſatos ſe jactarent, ab egregio aequè Poëtae hujus ſemine non abhorruerint. Sanè id deduci poſſe crederem è conſularibus dictae Familiae numiſmatibus quamplurimis, per me itidem poſſeſſis; ubi, quum in eorum uno (ad alludendum Sacrificiorum ritibus à laudato Numâ Romae primùm inſtitutis) in aversâ parte, popa capram ad Iunonis aram ſiſtit, augure praeſente, nec non dextrâ lituum extollente, cum epigraphe: *Numa Pomp.* in aliorum poſticâ, effigiata ut plurimùm proſilit una è novem Muſis, lateralibus verbis comitata: Q. POMPONIVS MVSA.

An porrò haec *Muſae* appellatio fuerit purum ac nativum iſtius *Q. Pomponii* tertium nomen, an verò cognomentum à facto deſumptum, alluſivum ſcilicet, ſi non Poëſi, quâ praeſertim excelluit jam laudatus Attellanarum Princeps, ſaltem ad *Pomponium Secundum*, Vatem eximium, quem magnificam coenam Caio Caeſari Germanici filio appoſuiſſe refert Plinius, ſeu alios ejuſdem Gentis, quos carminum excellentiâ celebrant Autores, definire non audeo. Urſinus, qui voluit, *Muſam* tertium fuiſſe nomen à *Rufo* diſſimilem, nec non alii Pomponio tributum, addidit: *fieri etiam poſſe, ut vterque Pomponius Gentis alicuius ſuae in Poetica facultate laudem celebrare voluerit, & Muſarum ſimulacra huiuſmodi in denario ſignauerit.*

Lib. 14. Cap. IIII ad fin.

Fam. Rom. in hac gen.

Ut ut ſe res habeat, POMPONIO jam dicto, Vati eximio *Bononienſi*, praeſentem POMPONIVM egregium Militem, ac eidem conterraneum nos hoc loci aſſociaſſe ſufficiat. Etenim ex tam admirabili Literarum & Armorum nexu non ſecus illuſtratur validiùs Patria noſtra, ac eodem tacitè ſe efferre ſaepius obſervemus POMPONIAM Sobolem Inſcriptis Lapidibus. Nos apud inquam ſe nobis offert inſigne Marmor POMPONIAE POLLAE poſitum, de quo ſuo loco: Conterminae nobis Mutinae bina ſurgunt aequè elegantia POMPONIORVM Epitaphia: Alibi denique & ubique locorum, praeter ea quae Gruterus, ac Reineſius habent, haec per me nuperrimè collecta prodeunt Epigrammata:

Infra Sect. Nona Cap. IV.

*Vidrian. pag. 83. & 100.*

*Ro-*

*Romae, ad D. Nicolai in Carcere.*

D M
POMPONIO DEMETRIO
POMPONIA SECVNDA,
PATRONO

*Romae, apud Sfortias.*

D M
L. POMPONI
SATVRNINI
L. CORNELIVS
NVNDINALIS
AMICO. B. M. F

*Romae, penes Alexandrum de Sardis lapicid. ingens cyppus & elegans.*

L. POMPONIVS L. F. LEM. GRATVS
V. CL. BIS COS. PROP.
ET ÆDIL.

*Ferrariae.*

C. POMPONIVS. C. F. MISERTVS
POMPONIAE RVBEAE. VXORI

*Patavii.*

L. POMPONIVS
D. L. GRATVS

*Bergomi,*
*In territor. Martinengh.*

D M
MINERVAE
L. POMPONIVS
MAXIMVS
EX PERMISSO
AE-
AELIORVM
V. S. L. M

*Ravennae.*

D M
POMPONIA DORIS
ET SEMPRONIA MONTANA
VIVAE SIBI POSVERVNT

*E Sched. Vatican.*

*Sup. adduct. hac ead. Sect. Quinta Cap. III.*

D M
POMPONIAE. PRESSILLAE
CONIVGI &c.

*Ex iisdem.*

D M
P. POMPONIVS
EPITYNCHANVS
POMPONIAE FAVS
TINAE COIVGI *sic*
B M

*Ex iisdem.*

*In S. Benedicti in Transtib.*

D. M. POMPONIAE L. F
MARCELLAE
FILIAE
DVLCISSIMAE
VIXIT ANNIS XVIII. M. VI. D. II.

*Ex iisdem.*

MESIAE. TI
TIANAE. C. F.
ET POMPONIAE
FIDICVLAE. C. F Alibi FADIVLAE.

*Ex iiſdem.*

POMPONIA
*ſic* SEX. L. DAPHNÆ
PIA. ET. SANCTA
VIX. A. XXIIX

*Ex iiſdem.*

D : M
SATVRNINO
VIXIT ANNIS. IIII. MENS. XI. D. X
POMPONIA SATVRNINA
MATERTERA
FILIO SVO SVISQ.
POSTERISQ. EORVM

*Ex iiſdem.*

T. POMPONIVS. T. F. DEXTER
POMPONIAE. L. CAR

*Ex iiſdem.*

D. M. POMPONIA
HEVRESIS
C. IVLIO APRILI
CONIVGI. B. M
ET. SIBI

*E Sched. Fabrettan.*

POMPONIA
A. POMPONI. L
TYRANNIS. NATA. AN. XX
HIC. EIVS. OSSA. SVNT. SITA

*Ex iiſdem.*

C. POMPONIVS
APOLLONIVS
SPECLAR. V. A. XLV

*Ex iiſdem.*
*In Caſtro* del Sangro.

C. POMPONIO. C. F. VOL. SEVERO
IIVIR. I. D.
Q. VENANTIA. SATVRNINA. VIRO. P.

*Ex iiſdem.*

DIS MANIBVS
L. POMPONI EPI
M. VLPIVS. AVG. L
CRITONIANVS
PATRI
OPTIMO

*Ex iiſdem.*

SEX. POMPONIVS C. F. CLV
BALBVS IIIIVIR. I. D
QVAESTOR A DECVRIONIBVS
TR. MIL

*Ex iiſdem.*
*Apud Gentianum, ex P. Aeſchinardo.*

CN. RICINIO. CN. F. PVP. PERSAE. TER
TR. MIL. AVONCOLO *ſic*
POMPONIAE L. F. RVFAE MATRI
THORIAE. A. F. AVIAE
L. ALBIVS L. F. FAB. RVFVS SER
AED
QVINTIAE RVFAE VXSORI *ſic*

*E lamina aenea Palotolae, colum.* 3.

C. POMPONIVS CVPICVS
T. POMPONIVS FELIX


*E Columna noſtra, de qua ſupra Sect. Quinta Cap. XI.*

M. POMPONIVS M. F. NVC. STORIA-
NVS. CONS.

*Ex* CA-

## CAPVT XXII.

### *Ad Sanctum Blaſium de foſſâ Romae, ante illius ſitus immutationem, & Cyppi everſionem.*




Habet etiam Grut. DXX-XX. 6.

ENEIVS, non ENIVS, ut ineptè deſcripſit Alidoſius è Grutero: Nam ſi *Enii*, ſeu *Ennii* fuiſſet huic Militi pag 96.

nomen, non pauca effari poſſemus de hac antiquiſſimâ Gente, de quâ idem Gruter. Inſcriptiones habet, Veteranorum quandoque, quandoque Tribunorum Militum refertiſſimas; ubi ex oppoſito de hac ENEIA, penes eundem, & quemcunque alium, ne verbum quidem; quò fit ut, quicquid de quovis alio Commilitone magnificè eloqui poſſemus, de praeſenti, invito irritove ſilentio, praeterire cogamur.

CA-

## CAPUT. XXIII.

*In Tuſculano DD. Marchionum de Bevilaquâ, Tertio à Bononiâ Lapide.*

| |
|---|
| D . M |
| M. CVSPIO |
| QVIETO. FRVM |
| LEG XXX. VV |
| Q. FLACCINIVS |
| VERVS FRVM |
| LEG. EIVSDEM |
| H . F . C |

E Tot Militibus hucuſque recenſitis, & quorum numerum videre neſcio, quaenam alia Civitas ( Româ exceptâ ) aequare valeat, fateor ad hunc terminum me ſervaſſe ex induſtriâ binos hoſce conterraneos & collegas M. CVSPIVM QVIETVM, & Q. FLACCINIVM VERVM, eò quòd cogitaverim ſaepenumero, animique incertus mecum volutaverim, an munus FRVM entarii, quo in LEGione Trigeſimâ Vlpiâ Victrice, ſeu Valente uterque eorum fungebatur, Militibus tantùm, an verò aliis extra Militare exercitium demandari conſueverit.

Dubietatem augebat, FRVM entarios quoſdam, à Grutero nec non Reineſio quandoque renunciatos, non in Claſſe *Militum*, ſed in Claſſe, quà *Officiorum domus Auguſtae*, quà *Magiſtratuum maiorum ſeu minorum*, quà denique, ſi poſ-

ſi poſſibile eſt, *Diis dedicatorum* collocatos conſpici. Verùm ſcrupulum ex animo evulſit, nedum Inſcriptio inter Vaticana MS. per me reperta, ita pariter appellans Militem eundem, quem vocat FRVMentarium:

D . M
VALERI PATERNI
SPECVL. EXERCIT. BRITAN
CVRA AGENTIBVS
SEMP. PVDENTE
MIL. FRVM.
ET. CVTIO. EVPLV
MINISTRO. SPEC
B. M. FECER
IN FR. P. VII. IN AG. P. V

Sed alios ab eodem Grutero memoratos, Milites eâdem operâ nominari, quâ FRVMENTARII dicuntur. Sic P.
CCCXLVII. 1. AELIVM MARCELLVM CENturionem FRVmentarium, PRIMIPILVM pariter LEGionis ſeptimae GEMinae Piae Felicis fuiſſe deprehendimus: Sic FVLVIVS ATRATINVS
DXLII. 9 FRVMentarius in LEG. VII. Geminâ Piâ Felici, MILITASSE dicitur ANNis XXI: Sic Titum AVRELIVM
DXXX. 7. PIVM FRVMENTARIVM, nedum MILitem LEGionis ſextae VICTRicis nuncupari videmus, ſed etiam adjici, MILITAſſe & ipſum ANNIS XXV. & quibus denique binos ſequentes addi poſſe crederem: Alterum, quem eodem tempore, quo munus geſſit PRimi FRVMentarii LEGionis primae MINERVAE FELicis, eodem etiam ſe jactaſſe AQVILiferum ejuſdem LEGionis, CVI PRaeerat, ita oſtendunt ſchedae Vaticanae:

T. FONTEIVS. SEX. F. ARN
SPEDIANVS
PR. FRVM. LEG. I. MINERVAE
FEL
AQVIL. LEG. CVI PR. DD

Alterum (ob mendum, quod fabri imperitiâ in Saxum irre-

irrepſiſſe ſuſpicor) *frumentinum* pro FRVMENTARIO ita appellatum:

*In iiſdem ſched. Vaticanis,* Lib. ſignat. 5253.
*Apud Bubalos.*

D . M
L. AVRELIO PIO
MIL. LEGION. VICTRIC
FRVMENTIÑO
VIXIT. ANNIS XLVII
MILITAVIT. ANN. XXV
AVRELIVS VERECVNDVS
H. B. M. F Heres Bene-Merenti Fecit.

Inter alios ergo conterraneos Praeliatores ſtrenuos, hos ambos reponere tutè liceat FRVMentarios, quorum munus praecipuum erat annonam hinc inde colligere, ac in unum cogere, pro alimoniâ ſtatis temporibus diſtribuendâ, quos *gl' impreſarii, ò proveditori del Campo* vulgò dicimus; & queis, quantum vel extra caſtra ac in pace à cunctis perpetuò tributum fuerit, neminem latet, atque, praeter tot alias, confirmat praeſens Inſcriptio:

*Ex iiſdem ſched. Vatican.*


N. TETTIO. N. F Eod. lib. ſign. 5253. pag. 340.
GAL. RVFO
.:.:.:. . ALIMENT
CVR. REI PVBLICAE
CVRATORI FRVMENT
CVLTORES IOVIS
OB MERITA EIVS
L. D. D. D

Qui majora cupit, ſcientiſſimum eundem Reineſium adeat in dictâ Claſs. Militum, ubi rem itidem copioſè pertractans, ſicuti nil ſibi addendum reliquit, ita eadem inutiliter repetere omninò diſſuadet.

CA-

## CAPUT XXIV.

*Cyppus duobus ab hinc annis repertus in Communitate Merlani, in praedio D. Bonifacii de Veroneſiis, unà cum altero, à colonis ignaris in uſum aquarioli verſo.*




Ambiguitas & haeſitatio, quam de viſis modò *Cuſpiis* ordini Militari inſerendis, me tenuiſse dicebam, de

de praeſenti LEVCONIO eidem ordini adſcribendo, mihi nunquam animo inſidere potuit. Quum enim à primâ die, quâ detecto Cyppo humi fixo, & glebis tecto, apparuere ibidem conſepulta Viri hujus arma, etſi longaevâ aetate eouſque corroſa & conſumta, ut vix dignoſceretur pugio rubigine & ipſe corroſus & malè habitus, hunc pariter Armigerum caeteris Militibus annumerandum fore, ſaltem in fine, ut hîc agimus, non ſum veritus.

Seu quòd in ipſo primae expeditionis limine, antequam de ſuâ virtute periculum faceret, occubuiſſet: ſeu quòd egregiorum facinorum ſuorum metam nondum attigiſſe praeſumeretur: ſeu tandem quòd haeredes relictis ſibi facultatibus citiùs, quàm defuncti mandato haerentes, benefactoris ingratè obliti fuerint, vacuum reliquere ſpatium inter ejus nomen à principio, & ejuſdem Iuſſionem in calce Lapidis cedens, uti ejus munerum futurae recenſioni paratum & apertum, vix nomini additâ tribu, Militibus paſſim apponi aſſuetâ, & quam Bononienſibus fuiſſe LEMoniam, millies dictum.

Quicquid ſit denique, ſatis erit, vel adeò reſtrictam Epigraphem è Saxo erumpentem, nilque novi ſubminiſtrantem, praeter declarandas ſingulas in imo Tituli inciſas, exhibere nobis hanc novam Gentem LEVCONIAM, ingenuam, Bononiae peculiarem ac praecipuam, cujus ideo nullum regerunt, quod ſciam, Epigramma Inſcriptionum Collectores, & (quod magis urget) eruditam ſupellectilem marmoream, quâ toties gloriamur villulam noſtram, in planitie ſitam, exornari, aliquandiu aucturam. Quum enim eo tempore quo repertus eſt Lapis (eò quòd ei conſimilis eâdem occaſione, & eodem loco inventus, praecoci nimis, & indignâ Coloni audaciâ, à parte literarum excavatus, in aquariolum pro pecoribus adaquandis ignominiosè abierit) clamores uſque ad ſydera ingeminaſſem ego, fundi Dominus hunc ſuperſtitem tempore ſe mihi dono daturum humaniſſimè pollicitus, me acquieſcere juſſit.

Quoad poſtremas interim, quas innuebam, ſiglas in imo Cyppi ſitas T. F. I. ſaepiſſimè apponi conſueviſſe, praeter viſas ſparſim ubique per hoc opus, è ſequentibus, per me nuperrimè adnotatis, liquet:

*Parmae, In D. Georgi propè plateam.*

D . M
TVR. INGENVAE. CONIVGI
CL. VALERIVS VIRGINIAE SVAE
CVM QVA VIXIT ANN. I
M. VIII
T. F. I

*Brixilli, in D. Gineſii.*

SALVSTIA. M. L. APIGVLA
SIBI ET Q. GAVIO Q. L. PRIMO FILIO
IIIIVIRO ET AVGVSTALI D. D
GRATVIT
T. F. I

*Ex iiſdem.*
*Tom. vocat.* le Aldine.

IVLIVS M. F. COL
VERECVNDVS
T. F. I

Et quas Notas interpretari Titulum Fieri Iuſſit, ſed frequentiùs Teſtamento Fieri Iuſſit, tritum eſt apud omnes, hiſce integris, quae ſequuntur, aſſentientibus:

*Proximae nobis & conterminae Ferrariae, In pariet. Eccleſia Maioris.*

DOMITIAE
DOMITIO T. F. ROM
AVONCOLO
L. PLACIDI. DEC. FRATRI
ALVIDIVS T. F. ROM
SIBI ET SVIS. TEST. FIERI IVSSIT

*Terami Abrucii.*

L. AMPIVS L. F. SEVERVS. SIBI ET
L. AMPIO L. F. PATRI
PVBLICIAE SEX. F. PAVLLAE. MATRI
TESTAMENTO EIERI IVSSIT
ARBITRATV CROTIS. L

*In Oppido Montone Tifern. verſus,*

D . M
C. IVLIO C. F. CLV. PROCVLO TIFERNIS. TIBERONIS MIL. COH. VII PR. 7. NEPOTIS.
V. A. XXXVI
MIL. A. XVI
TESTAMENTO FIERI IVSSIT. CVRAVIT
FIERI C. IVLIVS BARBARVS LIB. PATRONO BENEMERENTI

*In Suburbio Veronenſi.*
Alle Carotte.

M. TENATIVS. L. F
TESTAMENTO FIERI IVSSIT

*E ſched. Vatican.*

C. LICINIO
QVIR. FVSCINIO
LI-
LICINIA MATER
TESTAMENT. FIERI
IVSSIT

*E ſched. Zarat. Caſtellinii. Adduc. ſup. hac eadem Sect. Cap. XVI.*

FADIA L. F. SABINA
TESTAMENTO FIERI
IVSSIT

## CAPUT XXV.

### *De Gladiatoribus olim Bononiae, quorum imagines in dies emergunt.*

MIlitibus GLADIATORES, utpotè qui Militarem gloriam ipſi quoque appetunt

Manil. lib. 4. *Quum caput in mortem vendunt, & funus arenæ,*
*Atque hoſtem ſibi quiſque parat dum bella quieſcunt,*

non injuriâ hic ſubjicere conſilium eſt. Iis praecipuè Civitatem noſtram affluxiſſe, non erit qui fateri nequeat, quoties ab Etruſcis horum originem atque uſum emanaſſe, eâdemque operâ Felſinam Etruſcorum principem tenuiſſe locum, meminiſſe ſubeat. Eorundem hac in Urbe tunc temporis copiam indicare poteſt Veteramentarius ille Cerdo noſter, qui tenui viliſſimae artis ſuae quaeſtu GLADIATORES in arenam producens, ita ſemel atque iterum ab Epigrammiſtâ morderi meruit:

Hermip. apud Athenaeum. Plin. loco tot. citat. Dempſt. Morand. & omnes.

Martial. lib. 3. Epigram. 16.

*Das GLADIATORES ſutorum Regule cerdo;*
*Quodque tibi tribuit ſubula, ſicca rapit.*

& infra:

Eod. lib. 3. epigr. 59. *Sutor cerdo dedit tibi culta Bononia munus.*

*Culta* dixit Vates, ideſt, nedum in cunctis docta ſemper Bononia, ſed in hac etiam ludicrâ armorum tractandorum arte ac peritiâ exculta, elaborata, exercitata, arvorum veluti continuè agitatorum more, & de quibus Vergilius:

2. Georg. *Hactenus arvorum cultus &c.*
ibid. *Proprios generatim diſcite cultus.*
4. Georg. *Hæc ſuper arvorum cultu, pecorumque canebam.*

Culta igitur hoc loci, ideſt exculta in dicto munere peculiari, inſtituendi ſcilicet hanc Gladiatorum pugnam: quo tamen ſenſu non accipiendus Tacitus ibi, quum referens, in Vitelii Imperatoris gratiam atque oblectamentum, *Bononiæ*

*à Fa-*


*à Fabio Valente GLADIATORVM ſpectaculum editum*, ſubdit: *aduecto ex Vrbe cultu*; cultus enim ibi apparatum ſonat, è Româ deductum, ut eâdem Urbis magnificentiâ Bononiae pariter hujuſmodi certamen repraeſentaretur.

Horum imagines quotidie apud nos repertae ſunt, ſed hae tres prae caeteris ſervatae, & cuſtoditae. Prima aere conflata, atque exiguae formae, inventa olim inter rudera cujuſdam dirutae domunculae, loco quem etiam hodie vocant *il Campo de Buoi*, in Muſeo Coſpiano adhuc cuſtoditur: Altera marmorea, & humanam ſtaturam longè excedens, reperitur in ſecundâ curiâ ornatiſſimarum aedium DD. *de' Monti*. Tertia denique, quam etiam nunc poſſidet Magnavacca, Pictor ac Antiquarius praecipuus, detecta eſt non ita pridem à fabro murario, in excavandis quibuſdam fundaminibus incomparabilium aedium Illuſtriſſimi Senatoris Annibalis Ranutii, Comitis Porectae.





His



His conſentiunt Teſſerae Gladiatoriae crebrò è ſolo erutae, ſed non agnitae, ſeu non curatae, & ideo diſperſae, hac vix exceptâ earundem copiâ in Muſeo Metallico ſolertiſ-

tiſſimi olim Antiquarii D. Franciſci Loth ſervatâ, & à quatuor lateribus ſic inſcriptâ:

1
2
3
4




Nam primae teſſerae 1 latus, gladiatoris nomen, 2, nomen Domini ipſius, 3, diem ſpectaculi, 4, nomen Conſulis, ſeu, in municipiis, Magiſtratus, ſub quo ſpectaculum edi debebat, repraeſentant.

Similes videas in Grutero, in Reineſio, & aliis, quibus hae hactenus MS. aſſimilantur:

*E MS. Carpineis,*

CELER
CLODI
SP. ID. IVL
L. ASPRO A. PLAVT

MYRTILVS
ATTIAE
SP. III N. IVN
L. SVIL. L. SVLP

PHILODMVS DOTIE
A. D. X. K. NON.
SPECT.
M. TEREN. D. CAS
FE-

FELIX
MVNDICI
SP. K. APRIL
C. SENTIO

*E ſched. Fabrettanis.*

MANLIVS
MARTIALIS
SP. K. IVN
T. CATIO. P. CELER

*Ex iiſdem, Puteolis reperta.*

C. VMIDIVS
ACTIVS
ANICETVS
PANTOMIMVS

SE-

# SECTIO SEXTA

## Privatorum, qui ſibimet adhuc viventibus de Sepulchro providerunt.

### *CAPUT I.*

*Extra portam Galleriae, in eodem Tuſculano DD. March. Bevilaqueorum.*

M. CERELLIVS CLE
TVS FECIT SE VIVO
SIBI ET SVIS LIBER
TIS LIBERTABVS
QVE·POSTERISQVE
EORVM HIC MONI
MENTVS HEREDEM EX
TERVM NON SEQVITVR
HVIC MONIMENTO DO
LVS MALVS ABESTO A FV
TVRVS QVE

NVmeroſi Milites, quos agmine facto, adeò ingentem hujus noſtri Libri partem occupaſſe vidimus, ſequentem dimittunt iis vacuam, quos ex oppoſito, pacis, ac otii tranquillitati addictos, nulloque munere publico conſpicuos, Inſcriptis nihilominus Lapidibus decoratos inceſſiſſe & ipſos, conſpecturi ſumus. Verùm quia id pluribus modis contigiſſe potuit; vel eo quia parentes fue-

rint qui filiis, vel filii qui parentibus poſtrema rependerint pietatis officia: Sive mariti fuerint qui uxoribus, ſive uxores quae maritis: Fratres qui fratribus, ſervi qui dominis, domini qui ſervis, & id genus alii, qui ſuis defunctis recenſenda mox à nobis Coenotaphia incidi juſſerint; idcirco horum ſingula aptiori ordine quo res patitur, manifeſtare decernimus.

Sed prius ea praemittenda veniunt, quae nonnulli, nedum aliis tantùm, neque poſt funera, ſed ſibi ipſis adhuc ſuperſtitibus, primò & praecipuè conditorium poſuiſſe liquet; quòd quia uno è tribus modis eos egiſſe oportuit; vel quòd expreſſis verbis id manifeſtaverint, vel quòd quibuſdam tantùm ſignis ſeu notis id innuerint, vel quòd tacitè tandem & ex mero eorum facto id ab aliis comprehendi voluerint, ideo ſingula horum Capita in hac Sextâ Sectione, ſuis quaeque locis ſtatuenda veniunt.

Et primò, expreſsis verbis SE ſibi adhuc VIVO inſcripſiſse patet praeſentem Marcum CLETVM, ab iis forſan CERELIIS ortum, quos fuiſse Romae honeſto loco natos, In Sever. Imper. Vita n. 13. docet incidenter Aelius Spartianus, qui memorans *nobiles ſine cauſae dictione* ab Severò Imperatore *occidi juſſos*, tot inter alios, nominat CERELIOS *Macrinum & Iuſtinianum & Iulianum*, ſubdens: *Horum igitur tantorum ac tam illuſtrium virorum (nam multi in his conſulares, multi prætorii... certe ſummi viri fuere) interfectos &c.* Quamobrem ſi quis meae annuens conjecturae, hariolari vellet, tum hanc gentem ad nos profectam, cùm tam ſeverè erga eam ſe gerens Severus, non paucos credendum eſt (ut ab illâ immani carnificinâ ſe ſubtraherent) aliàs hyemaſſe, non inficias eam. Non me latet quidem Iuriſconſultorum noſtrorum regula: *non probare hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe*, ſed alia eorundem pariter non me fugit: *in obſcuris, opus eſſe conjecturis*; quocirca quamlibet, levem etiam, quae in tam alto apud Autores ejuſdem Familiae ſilentio ſe ſe adumbret, dimittere nequeo.

Gru-

Gruterus, inter innumeros, qui in ſtatuam dicandam Imperatori Veſpaſiano contribuere, vix nominat Q. CERELLIVM DVCEM, cui accedit Reineſius, in haud diſſimili Corporatorum recenſione annumerans L. CERELLIVM MAXIMIAN. etſi hujus Gentis praeſtantiam, in Spartiano delibatam, nedum ſpeciatim aſſerat in C. CERELLIO POLITIANO C. V. PROCOS. MACEDONIAE, ſed Inſcriptionem eandem tantâ ulteriùs eruditione condiat, ut nil magis optandum reliquerit. CCXII. Claſs. Sexta. XIIX

Praecationis formulam in calce Lapidis appictam: HVIC MONVMENTO DOLVS MALVS ABESTO, familiarem fuiſse huic Genti, docet CERELLIA Capitolina, cui Coenotaphium dirigens CERELL. EVODION, in illo concipiendo monſtruosè exceſsit. Non ſic caeteri, qui funebria ejuſcemodi Epigrammata claudentes, à conſueto, ut ſequitur, tenore minimè aberrarunt, praeſertim Flavii, quibus praecipuè eundem ritum fuiſse domeſticum, ita ab initio cernimus. Reineſ. Claſs. ead. n. eod.

*Romae, Villa Burgheſia.*

D . M
T. FLAVIVS. EVLETHER SERVIVS
FECIT SIBI ET SVIS LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. POSTERIS
QVE EORVM
H. M. D. M. ABESTO

*Sched. Vaticanis.*

LAETVS PVBLICVS. POP. ROMANI
AQVARIVS. AQVAE. ANIONIS
VETERIS. CASTELLI. VIAE
LATINAE. CONTRA. DRACONES
ET FLAVIA DIONYSIA FECE
RVNT SIBI ET ACILIAE
ARGYRIDI
FILIAE VIX. AN. V. XXIV
M. II. D. VIII. ET. LIB. POS
TERISQVE EORVM
H. M. H. N. S. ET. DOLVS
MALVS ABESTO ET
CALVENTIAE. ∴∴ TINAE. ITA. ADI
AMBITV ∴∴∴ VMENTI PERTI ∴∴.

*Ex iiſdem.*
*Eſt adduct. ſup. Sect. Quinta Cap. IV.*

M ❦ MANEIVS ❦ HERMES ❦ VIVVS
SIBI ❦ FECIT ❦ ET
MANEIAE ❦ CHRES
TENI ❦ LIB. SVAE. LI
BERTIS LIBERTABVSQ
SVIS POSTERISQVE EO
RVM. H. M. DOLVS
MALVS ABESTO

*Ex iiſdem.*

∴∴ MAXIMA FECIT
SIBI SVISQVE LIBERTIS LIBERTABVS
POSTERISQVE EORVM ADEMPTO
EX VTROQVE LATERE IN FRONTE P
IN AGRO P. XX. ET AREA QVAE IN-
TVS EST
IDEMQ.S.MACERIA CONCLVSERVNT
HOC MONIMENTVM HEREDEM NON
SEQV
ITVR. H. M. D. M. A

*Ex iiſdem.*


M. NVMESIVS. M. F. PAL. NEMESIA-
NVS
MAGISTER AVGVSTALIS COLONIAE
SETIN. SAL. MARTIALIS CAPVLATVS
IIIIVIR. VIARVM CVRAND AT∴
VS FECIT. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS.
ET
POSTERIS. EORVM. H. M. D. M. AB
IN FR. PED. XVII
IN AGR. PED. XVIII

*Ex*

*CA-*

## *CAPUT II.*

*In Communi Caſtagnoli Majoris,*
*In Suburbanis DD. de Zanchettis, paucis ab hinc annis duo adinventi Cyppi, ac me ſuadente, hodie ibidem honorificè collocati.*




Non




NOn expreſſis verbis, ſed conſuetis quandoque ſingulis V. F. hoc eſt Vivens Fecit, ſe ſibi Vivo ſignatum plantaſſe Sepulchralem hunc primum Terminum, oſtendit in Apice Titus FADIVS Titi Filius, ex illa FADIA gente profectus, quam regionibus noſtris non fuiſſe ignotam, in-

nuit

nuit Gruterus, *Veronae* eam renuncians pag. DCCCII. II. immo quam proximas nobis Civitates inhabitaſſe, auderem ego tutiùs aſſerere, ſi ab Inſcriptione, quam Mutinae ita ponunt Vaticanae ſchedae:

V.
C. FADIVS C. L.
CLARVS. SIBI
IN FR. P. XIIII
IN AG. P. XIIII

non diſsonaret Vidrianus, FABIVM pro FADIO exhibens; fidentiùs enim tunc putaſſem ego, eam faciliùs ſe potuiſse noſtris commiſcere Laribus, & non ſecus quàm COMINIIS, aliis ibidem conterraneis gentibus cognationis ſeu affinitatis nexu ſe obſtringere. Quandoquidem ſi COELIIS non tantùm, ſed MVNNIIS etiam ſe oſtendiſse quandoque conjunctam nobis revelant Gruteriana duo Epigrammata. DCCCCLXIX. 10. DCCCCLXXIIII. 11; COELIOS etiam & MVNNIOS extitiſse quondam, Bononiae conſtitit Superiùs Sect. Quinta Cap. XVIII. & conſtabit infra Sect. Nonâ Cap. II.

*Hiſt. di Mod. pag.* 119. & ubi aſſertioni huic noſtrae ſic & ipſe annuit: *Che i Gentili erano molto raccordevoli della Morte, mentre eſſendo ancor* VIVI, *in buona età, e ſani ſi facevano fabbricare le Sepolture.*]

Caeterum ſi reſtricta nimis noſtra Epigraphe conterraneorum tunc nobis FADIORVM qualitates reticet, non eſt quin ea alibi, quà Equeſtri conditione, quà Magiſtratuum dignitate; modò Tribuni Militum munere, modò mirâ in ſpectaculis, tum gladiatorum, tum ferarum edendis claruerit, ut tria teſtantur Gruteriana Epitaphia, nimirum pag. CCCCIX. 1. CCCCIX. 2. CCCCIX. 3.

Qui non diſſimilibus muneribus & honoribus coruſcos videre cupit COMINIOS, è quibus haec COMINIA FADII uxor, eundem Gruterum adeat, horum aequè praeſtantiam, ex ipſius Lapidibus erumpentem, admiraturus. Ego, ne nimius ſim ac moleſtus, iis parco; ſicuti ab iiſdem me tempero, quos nuperrimè de hac illuſtri Gente me undique collegiſse memini. Ad propoſitam potiùs à principio redeo formulam ſimplicis ſiglae V, denotantis, nondum

dum è Vivis exceſsiſse, qui ſibi inſcripſit; atque eam ſolemnem praeſertim extitiſse conterminis nobis Mutinenſibus obſervo, quorum non exigua pars Lapidum, hac contractâ ſcatet formulâ, diverſis tamen ſitibus collocatâ: modò ab initio, modò in fine, ſaepè à latere dextero, ſaepè à ſiniſtro, quandoque in medio, &, quod magè in earum alterâ Epigraphe admireris, adeò inversè cubans, ut eam in Ɔenturiae, ſeu Ɔenturionis notam commutare non timuerit Gruterus. MCLX.7.

Sic & in noſtris Bononienſibus Epitaphiis eam diverſimodè collocatam cernimus: à principio ſcilicet, ut in Cyppi praeſentis apice; ſive in fine, ut in Saxo *Fullonio* ſupra latè expoſito: ſive tandem à latere, ut in AVIDIANO, eidem *Fullonio* ſtatim addito, & ſic ibidem ex Grutero, regeſto: Sectione Secunda Cap. Vnico.

DCCCCLXII. 12.

*Bononiae.*

V. SEX. AVIDI. SEX. L
THEOPHILI
V. SEX. AVIDI. SEX. L
PATIAE
V. SEX. AVIDIA. SEX. L
PRIMA
⊖ AVIDIAE. SEX. SEX. L
FAVSTAE. IN. FR. P. XIII.

Quandoquidem ex eo patet, SEXtam AVIDIAM SEXti Libertam PRIMAM, utpotè quae in caſu recto ponitur, eam fuiſſe, quae non ſolùm ſibi Vivae, ſed duobus aliis conlibertis, itidem Vivis, & tertiae ⊖, ideſt mortuae inſcripſit. Genitivus enim caſus, quo ſunt omnes concepti, ſupponunt antecedentem caſum rectum (ut vocant Grammatici) ſeu dativum, à quo regantur, puta Dis Manibus, Memoriae Aeternae, Somno Aeternali, ſeu Oſſa,

Ci-

Cineres, Sepulchrum, & ſimilia, quae in ſequentibus pariter non adhuc auditis Inſcriptionibus, omnino praeceſſiſſe praeſumi debet:

*Romae, repert. ann.* 1688.

L. OFFILLI
FAVSTI

*Ibid repert. eod. anno.*

P. CORDI
FRVCTI
PARTE DEXTERIORE
INTROEVNTIBVS
PRO PARTE
QVARTA. OLLAE
NVMERO XXXVII

*Ibid. Ad D. Iacobi* de gl'Incurabili.

P. GRANI
CLEMENTIANI

*Extra Rom. Vinea Carpinea, fragmentum optim. caracter.*

TI. CLAVDI ATTIC.
IVLIAE SECVN
DAE PROCLAMVS. LIB. F

*Extra Romam, Vinea Macarana.*

L. TRIARI L. L. HERMOGE ∴
CLODIA C. L. MVNIA
CHRESTE MATER DIONYSIVS
HERM ∴

*Veronae, iux. Eccl. S. Thomae.*

C. AMVRI
TACVNVS ET HERMES
LIB.
LIB. VI. V. K. AVG. SIGNA
BAC ∴ CVM SIGNIS II
HERCVLIS ET AMPHALE
COLL. DENDROFOR. DD

*Saſſinae.*

L. STATORI
SILVANI

*Vltra Concordiam, loco dicto* il paſſo di Solara.
*in pariete exter. D. Poſſidonij.*

C. TVTILI. C. F. POL.
DEXSIA. L. F. VXSOR *ſic*

*Auguſtae Vindelicorum.*

C. IVLI. SILVANI. LIRI
LIBERTI. NATIONE
BITVRIX ANNO
RVM XIX. H. SIST *ſic*

*E Sched. Vatican.*

C. IVLI. AGATHONIS
QVI. VIXIT ANNIS
LXXV. FAVSTINVS
PATRI P. BENEMEREN
TI FECIT

*Ex iiſdem.*

GAVI. MAXIMI ALEXANDRI
ET CONIVGI SVAE CARISSIMAE
BENEMERENTI FECIT ET SIBI SVIS
PARENTIBVS POSTERISQ. EORVM

ET HAGNAE CONSERVAE MEAE
LOCVS IMPETRATVS A DOMINA
MEA ET
AELIA ARISTOBVLE SORORI ALE-
XANDRI

*Ex iiſdem.*

L. APPVLEI
EMPOLI

*Ex iiſdem.*
*Adduct. ſup. Sect. Quinta*
*Cap. XVI.*

C. MVRDI. FELICIS. VIX
ANN. LXXV. FECIT. MVR
DIA. SABINA PATRONO
SVO. BENEMEREN. ET SIBI.
POSTERISQ.

De hac AVIDIA gente, quam in *Caſſiorum* familiam migraſſe reperio, aequè pauca habent antiqui Scriptores, ac multa tradant de *Caſſiis*, quos inter primum obtinuiſſe locum videtur C. *Caſſius* ille, qui cum aliis Caeſarem de medio ſuſtulit; cujuſque ad vivum indolem relaturus erat (ſi optatis ejus ſors reſpondiſſet) AVIDIVS ille *Caſſius* quem in Antonini necem pari paſſu conſpiraſſe, oſtendit in hujus admirandâ, atque lectu dignâ vitâ, Vulcat. Gallicanus ad Diocletianum Auguſtum.

Pari ſilentio involvitur eadem apud Urſinum de *Familiis Romanis*, peneſque eximium ejus illuſtratorem, multiſque nominibus à me ſemper colendum, Carolum Patin. Gruterus ſolùm de AVIDIIS multas affert Inſcriptiones, quaſdam Reineſius, quas hiſce quinque noviſſimis augeo:

*Faventiae, reperta anno 1616. extra portam Montanaram. Subtus olla cum cinerib. & carbon.*

D 3 M
AVIDI
HYMNI
PRAENES
TINA
CONTIBER
NALI
OPTIM

*E ſched. Vatican.*
*Adduct. ſup. Sect. Quinta*
*Cap. XVIII.*

AVIDIA T. LICINIAE MATRI
ET CAELIAE TERTVLLAE SORORI
AVIDIA ETA. LVCVLA. POSVIT

*Ex iiſdem.*

DIS MAN
L. AVIDIVS NILVS
V. A.

*E ſched,*

V. A. XXXI

H. S

*Ex iiſdem,*
*Adduct. ſup. Sect. Quinta*
*Cap. XVII.*

D. M T. AVIDI ROMANI MILIT
COH. VII. VIG ∴
7. LAETORI AVIDIA
ROMANA
MATER
FILIO PIENTISS

*E ſched.*

*E ſched. Fabrettan.*

D ǫ M
AVIDIAE VRSVLAE
QVAE. VIXIT. ANN. XX. MENS.
VI
DIEB. V. AVRELIVS ANTIOCHVS
CONIVGI INCOMPARABILI
∴ NEMERENTI FECIT

Cyppus alter, quo ad ſui formam à jam expoſito minimè diſtans, characteres cunctos Aetatis damno amiſit, ſiglis exceptis V. F. in apice vix apparentibus: ſubtus verò retentâ tantùm formulâ, in imo aliorum Lapidum ita appingi aſſuetâ: Quo Quo Verſu Pedes &c. & de quâ ſatis actum antecedenti Sect. Quintâ Cap. XVI.

## CAPVT III.

*Fractum & minutum à capite, & in imo Marmor, dudum inventum in pavimento Eccleſiae D. Blaſii, ditionis Caſtri Panſani noſtri.*

C. ARRIVS. Q. F.
FIRMVS. SIB. ET SVIS

IN FR. P. XX.
IN AGR. P. XX.

QVòd expreſſis non tantùm verbis, ſeu ſingularibus non ſolùm notis, ſed mero quandoque facto, viventes adhuc, futuris ſuis cineribus ſe ſtruxiſſe mo-

monumentum, declaraverint pariter infelices Etnhici, oſtendit prae caeteris praeſens Marmoris Fruſtum, quod dudum caſus in novam lucem extulit. Quod paucis inquam ab hinc menſibus detexit fortuitò Co: Caeſar Albertus germanus meus, qui de mutuâ inter nos benevolentiâ mecum certans, inaneque dimittens tritum illud, quod ſit *fratrum concordia rara*, hoc novo in me ſtudii ſui pignore, illud erui, ac in Suburbanum, per me nuper in planitie acquiſitum, transferri voluit.

Quoties enim mentis non ſecus ac oculorum aciem in illud intendo, quid ad eximendum à lethali oblivionis damno mortuorum nomina, valeant egregia Poëtarum carmina, me docet in eo gens ARRIA, quae duorum melioris notae Vatum celebrata metro, in haec uſque tempora in ore omnium vivere cernitur. Sive enim Catullus ARRIVM *Quintum*, in quadam vocum pronunciatione, nondum aſſecutâ, ita jocosè mordeat:

*Chommoda dicebat, ſi quando commoda vellet*
*Dicere, & hinſidias ARRIVS, inſidias.*
*Et tunc mirificè ſperabat ſe eſſe locutum*
*Cum quantum poterat dixerat hinſidias:*
*Credo ſic mater, ſic liber auunculus eius,*
*Sic maternus auus dixerat, atque auia.*
*Hoc miſſo in Suriam, requierant omnibus aures,*
*Audiebant eadem haec leniter, & leuiter.*
*Nec ſibi poſt illa metuebant talia verba,*
*Cum ſubito affertur nuntius horribilis,*
*Ionios fluctus poſtquam illuc ARRIVS iſſet,*
*Iam non Ionios eſſe, ſed Hionios.*

Seu Martialis ARRIAM illam, quae *marito* (ait Plinius) *& ſolatium mortis, & exemplum fuit*, ſic laudibus efferat: Lib. 3. Epiſt. 16.

*Caſta ſuo gladium cum traderet ARRIA Paeto* Lib. p. Epigr 14.
*Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis:*
*Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit,*
*Sed quod tu facies, hoc mihi, Paete, dolet;*

ſem-

ſemper ac ubique ea magis horum Epigrammiſtarum ope, quàm propriae virtutis laude aeternitati donatur:

Non enim uſque in promptu ſunt militaria munera, quibus eam praeſtitiſſe nobis oſtendit, prae caeteris, haec Gruteriana Inſcriptio:

CCCLXV. 8.
C. ARRIO. C. F. COR .:.:.:.:.:.:.:.:
CLEMENTI. MILITI COHO IX .:.:.
PR. EQVITI. COH. EIVSDEM. DONIS
DONATO. AB. IMP. TRAIANO .:.:.:..
TORQVIBVS. ARMILLIS. PHALERIS
OB BELLVM. DACICVM. SINGVLARI
PRAEFECTORVM. PR. TESSERARIO. O
PTIONI. FISCI. CVRATORI. CORNICVL.
TRIBVNI. EVOCATO. AVG. 7. COH. I. VIGIL. 7. PR
STATORVM. 7. COH. XIIII. VRBE. 7. COH. VII. PR
TRECENARIO. DONIS DONATO. AB. IMP
HADRIANO. HASTA. PVRA. CORONA. AVREA
7. ER. III. AVG. PRIMIPILARI. II. VIR. QVIN
QVENNALI. PATRONO. MVNICIPI
CVRATORI. REIPVBLICAE
DECVR. ET. AVG. .:. MVNICIPES MAT

Plutarc. Non omnibus patet, quantùm ARRIO Alexandriae Philoſopho ipſe tribuerit vel Auguſtus, quum eâ nobiliſſimâ Urbe devictâ, tertiam cauſſam, ob quam Populo Alexandrino à ſe ignoſci aſſeruit, hanc eſſe dixit, amorem ſcilicet in ARRIVM Philoſophum, quem amicum habebat, manu eum deſignans, ut à Populo dignoſceretur. Non denique cunctis liquet, ab hac ARRIA gente proceſſiſſe, ad Imperiale culmen evectum, Antoninum Philoſophum, ut tot aliis dignitatibus ſuperſedeam, quibus eam excelluiſſe, adeò apparet, ut, quamvis inter plebeias recenſeatur, nulli alteri è praeſtantioribus quid invidendum habuerit. Vrſin. in hac gent.

Gentem ergo tam inclytam, Bononiae olim fuiſſe incolam, ex hoc Saxo evinci, ſicque novum tot aliis proceribus antiquiſſimis ingenuum huncaddi concivem, Patriae meae gratulor, eòque pleniori afficior gaudio, quò è noſtro Panſani Caſtro erumpens, recentem erga eandem obſequii ſignificationem in me promovere valuerit. SE-

# SECTIO SEPTIMA

## Privatorum, qui mortuis ſuis Sepulchrales Lapides erexerunt: & primò Parentum qui Filiis, nec non Filiorum qui Parentibus.


### *CAPUT I.*


*Duo Sarcophagi nunc poſiti in primo atrio aedium Illuſtriſs. D. Senatoris Coſpii.*

His explicitis, qui ſibimet vivis primò & principaliter inſcripſiſſe vidimus, ſuccedunt modò & impoſterum quos aliis jam vitâ functis Inſcriptionem poſuiſſe conſpecturi ſumus. Quum verò horum ſingulis anteant Parentes, ſuis natis conditorium ſtatuentes, hos inter primum jure ſuo ſibi vindicat locum praeſens (cui affinis & cognatus haeret alter) Sarcophagus; non ambo aliorum inſtar, qui in tot Nobilium aedibus, abraſis characteribus, ad viliora quaeque ſubeunda miniſteria impiè damnata, ignominiosè ſordeſcunt; ſed qui potiùs in primâ curiâ nobilium aedium Illuſtriſſimi Senatoris Philippi Coſpii (id etiam me ſuadente) conſpectiſſimam ſedem adepti, nobiliſſimum itidem nacti ſunt encomiaſten, Illuſtriſſimum ac Reverendiſſimum D. Abb. Antonium Felicem Marſilii, digniſſimum Bononiae Archidiaconum, nec non Magnum Archigymnaſii Cancellarium, propriis aequè ingenii dotibus, ac longâ

gâ Atavorum inclytorum ſerie conſpicuum. Is enim, me quondam magiſtro, Iuris Utriuſque interpretandi facultatem adeptus, non adeò puris putis Legibus ſe mancipandum ſtatuit, quin ad cuncta amoeniora ſtudia, quae verſatilem & omniſcium hominem decent, ſe totum addixerit ac mirificè profecerit. Quapropter, quum alius nemo praeter ipſum inventus fuerit, quem ritè magis Monumentorum horum hiſtoriam, atque explanationem texere decuerit; hanc eandem ab inſigni Viro enixis praecibus obtentam, exilibus meis, ut omnis ratio poſtulat, hîc praefero, non minorem ab humaniſſimo Lectore plauſum conſecuturam, quo tum exceptam vidimus, quum in celebratiſſimâ Gelatorum Archiacademiâ (cuius & ipſe non ſemel Princeps fuit) ita publicè habuit:

MARMOREOS Q. VENEI ET STATIAE MARCELLAE
SARCOPHAGOS
POST MILLE ET QVADRINGENTOS CIRCITER ANNOS
E PROPRIIS FVNDIS
CASTRO S. GEORGII CONTERMINIS
ERVTOS
PATRIÆ, ET DOMVS ORNAMENTO CONSVLENS
PHILIPPVS SENATOR COSPIVS
HVC TRANSFERRI CVRAVIT
ANNO MDCLXXXI






## *OSSERVAZIONI*

*Sopra duoi antichi Sepolcri ritrovati nella Villa di Cinquanta.*

„ FU ſempre in ogni tempo, ed appreſſo qualunque co-
„ ſtumata Nazione, atto non ſolo di lodevole curio-
„ ſità, mà quaſi obligo indiſpenſabile di Religione, la cu-
„ ra, che prendevaſi dell'antiche memorie. A i Pretorii,
„ a i Tempii, alle Baſiliche ſi ricorreva per farne un ſplen-
„ ne depoſito; I Principi, i Sacerdoti, i Magiſtrati erano
„ i publici Depoſitarii. In ſimil guiſa conſervavaſi il Toro
„ di Falaride in Agrigento, la Sede di Pitagora in Meta-
„ ponto, la prima Ancora inventata frà gl' Ateniesi; e
„ Roma ſteſſa in què tempi tanto feraci di recenti gran-
„ dezze mentre che ambizioſa, e ne' Marmi, e ne' bron-
„ zi improntava i titoli di Roma eterna, conſervava an-
„ cora frà i Sacrarii più intimi la Nave d' Enea, il Lituo,
„ e la Cote di Nevio, e ſi gloriava di additare allo Stra-

„ niero, frà la multitudine degl'Archi, e de' Coloſſi, il Fi-
„ co Ruminale, e la Caſa pagliareccia di Romolo; Ed all'
„ ora che nel Gianicolo a caſo ſotterrata trovoſſi la Sepol-
„ tura di Numa, ò come mai curioſa ſi vidde accorrere a
„ quell'avanzo di tanti Secoli, e d' imporre alle penne di
„ Dionigi, di Plinio, e di Livio il trammandarne i raccon-
„ ti con quella medeſima eſatezza, con cui deſcrivevaſi, ò
„ l'aſſedio di Sagunto, ò l'acquiſto di Cartagine.
„ Mi ſono fatto precedere il peſo di queſti eſempi, ò Si-
„ gnori Accademici, per dar credito all'aſſunto mio, in
„ cui d' antiche memorie io penſo di favellarvi. Due Se-
„ polcri poco fà ritrovati nelle noſtre Campagne ſaranno
„ il Suggetto del mio diſcorſo. Merita la loro bellezza ch'
„ io n'eſponga il racconto alla voſtra curioſità, e ne rap-
„ porti le mie rifleſſioni. Sono così rari nella noſtra Pa-
„ tria, e frà noſtri Confini gli avanzi dell' antiche memo-
„ rie, che pare un debito ben preciſo di portarne al pu-
„ blico le notizie, qual'ora ſe ne ritrovano. Se le carte
„ non ci faceſſero fede dell'uguaglianza di quella Maeſtà,
„ che Bologña ſempre godette e ſotto altro Nome, e ſot-
„ to altri Popoli, teſtimonij baſtanti non potreſſimo men-
„ dicar dalle Pietre, e non ſapreſſimo accennar le Reli-
„ quie di fabriche ſublimi per rendere perſuaſa la creden-
„ za de' Poſteri, ch'ella fù la Regia de' Toſcani, la Capi-
„ tale de' Boi, ed una delle prime Colonie d'Italia, che va-
„ le il dire, una delle più belle imagini della Romana
„ grandezza. E la cagione ſi è, al mio credere, perche
„ non eſſendo feraci le noſtre Montagne di duri Marmi,
„ e mancandoci il comercio de' Mari, che ne faciliti il
„ traſporto, rimaſero privi i noſtri Maggiori di quel bel
„ dono, che fà delle ſue viſcere la Natura all' Arte per
„ rendere vittorioſe del Tempo le fabriche, e le memorie.
„ Vedendoſi per l' oppoſta ragione, ancora in piedi gli An-
„ fiteatri in Verona, perche eternati dal comodo de' Mar-
„ mi nativi, ed in Rimini, in Fano, in Ancona ancora du-
revo-

„ revoli i Ponti, e gl' Archi trionfali, perche fabricati di „ que' Marmi, che il Mare facilmente gli porgeva pelle- „ grini da qualſivoglia Paeſe; Mà veniamo, ò Signori, all' „ oſſervazioni de' noſtri Sepolcri, che, come tumultuaria- „ mente le ſcriſſi, ardiſco d'eſporle al voſtro compatimen- „ to.

„ Eravi qualche raccordo, che in un certo Podere ſitua- „ to nella Villa di Cinquanta, foſſero ſotterrati Macigni, „ coſa che diede impulſo al Sig.Senator Filippo Coſpi, Pa- „ drone del Terreno, a commandarne l'eſcavazione. L' „ opera non ſortì in vano, perche, giunto che ſi fù ſotter- „ ra da ſei piedi in circa, in vece di Macigni, ſi ſcoperſe- „ ro due gran Sepolcri. Stavano queſti roveſciati a terra, „ diſuniti però da loro coperti, e ſituati in lungo l'uno à „ capo all' altro, come dovevano ſtare alzati. Per ſoſtene- „ re i Sepolcri, ſcorreva una Selciata di pietra cotta, lar- „ ga quanto la larghezza loro, e lunga quanto la lunghez- „ za. Oltre della Selciata, ſotto il più picciolo d'eſſi, era- „ vi un gran laſtrone di marmo poſto a ſolo fine d'ugua- „ gliarlo al più grande. Entro non ſi trovarono Cadaveri, „ ò conſunti dalla terra interpoſta frà l'aperture, ò diſe- „ polti per qualche militare incurſione. Solo in uno d'eſſi „ eravi una Lucerna, un Lacrimatorio, ed una Medaglia „ di bronzo di mezana grandezza, mà così coroſa, che „ rieſce impoſſibile l'accertare di chi ella porti l'imagine. „ Si oſſervarono ſcavati in un Maſſiccio di bianco Marmo, „ ch'io crederei di Verona, di una ſorte, che dagl'Opera- „ rii chiamaſi Biancone, il più vicino all'ora, com'oggi „ al noſtro Paeſe. La grandezza loro è quanto la commo- „ da capacità di un Cadavere. Ambedue i Monumenti ſo- „ no lavorati a guiſa di due gran Caſſe, che vengono ſer- „ rate da due coperti, uno de'quali doppo eſſerſi incur- „ vato nel mezo, riſalta alle cantonate con quattro orec- „ chioni, e l'altro ſemplicemente s'inarca. Dentro, per „ agiatura del capo del Cadavere, ſi ſolleva un pulvinare,

„ ò vogliam dire capezzale. E perche uno de' Sepolcri è „ deſtinato ad uſo di Donna, hà nel mezo del ſuo pulvi- „ nare uno Scavò, fatto forſe per agevolare il ripoſo della „ conciatura del crine.

SVAE ET EVPORINA
ET HILARINO FILIS ET *ſic*
LIBERTIS LIBERTABVSQ
POSTERISQ
EORVM

*Romae, apud Carpineos.*

DIIS
MANIBVS
METRODORVS
FLAVIAE
FELICVLAE
CONIVGI
OPTVMAE *ſic*
DE SE MERITAE
QVAE ANNV *ſic*
XXX AGES *ſic*
DECESSIT

Pe-

Ro-

*Romae, in Domo Eq. Gualdi.*

D. M. P. AELIO
ESVCHO
VIX. AN. XXVII. F. FLAVIA
VITALIS. CONIVGI
B. M.

*Romae, in domo Comendatoris Verospi,* al Corſo, *in ara magnifica.*

T. FLAVIO PAGI
FILLATO

*Romae, ibidem,*
*In ara quadam, ſupra quam in apice aquila alis expanſis.*

D. M
CLAVDIAE. SAMA
RIDI. VXORI. INCOM
PARABILI. QVAE. VIXIT
ANN. XXXVIIII. MENSIBVS. III. D. X
TI. FL. CALLITYCIANVS
MARITVS
CVM. QVA. VIXIT
SINE. QVERELLA *ſic*
ANNIS XIII
DIEBVS XVI

*Romae, penes D. Abb. de Bollis.*

T. FLAVIVS
APOLLONIVS. FEC
LIBERTIS. LIBERTABVSQ. SVIS
L. L. POSTERISQ. EORVM

*Romae, penes Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Praeſulem Fabrettum.*

D. M
FLAVIAE CHRYSOPOLI
M. VL.
M. VLPIVS
FLORVS
CONIVGI
BENEMERENTI. ET
FLAVIA NICE
MATRI PIISSIM
FECERVNT
ET. SIBI. ET. SVIS
POSTERISQ. EOR

*Penes eundem Fragmentum.*

FL. RVFINVS VP. FECIT V
ELIAE COIVGI BENEME *ſic*
QVAE MECVM SEMPER SI
MENTEM VIXIT CVIV
ADFECTIO ET AMORI
MIHI COESIT. EIVS. CIL
ET PVDICITIA INEXESTIMA
QVE MECVM. VIXIT ANNOS XX
VI DIE XXIV

*Penes eundem.*

CLAVDIAE. TYCHENIS
T. FLAVIVS ETHYCHVS. AVG. LIB
CONIVGI. B. M. CVM. QVA VIXIT
ANNIS XXVI. M. II. D XVIII
SINE VLLA QVERELLA ET SIBI *ſic*
ET SVIS POSTERISQ. EORVM.
H. M. D. M. A.

*Romae, penes lapicidam Barberinorum, è regione eorundem aedium, ad Quattuor Fontes, Cyppus quadratus.*

D. M.
.......MISI
RVFIANI
P. NEMESIVS
LIBERALIS
ET FLAVIA BRISH *ſic*

PA-

PARENTES
FILIO
DVLCISSIMO
ANNO VNO

*Romae, hortis Matthaeiis.*

DIS MANIBVS
T. FLAVI. SP. F
EVTYCHE
VIX. ANN. V. M. V
D. XXVIIII. FEC
FLAVIA PELORIS MATER

*Sub iiſdem.*
*Adducta ſupra Libro Quarto, Cap. XVI.*

FLAVIA.PROCLA.D.PRO SALVTE &c.

*Romae, apud Lapicidam olim ad Cajettanos.*
*Cyppus.*

DIS. MANIBVS
SACRVM
T. FLAVIO. DAPNO. ET
CLAVDIO. HESPERO. QVI
VIXIT. ANNIS. XVII
CLAVDIA. AVGE
PATRI. ET FRATRI. BENE
MERENTI. FECIT

*Romae, in quodam viridario.*

C. IVLIVS. EPAPHRODITVS
FECIT. SIBI. ET. FLAVIAE
ANIHVSAE. VXORI. ET
LIBERTIS LIBERTABVSQ
POSTERISQVE EORVM
ITVM. ADITVM. AMBITVM
ET. CETE ... RIS
RIS OMNIBV EX LEGE PLENA *ſic*
VT. PRAESTENTVR

*Romae, Vinea Nerlia.*

P. AELIVS. EVTI
CITES. FLAVIAE TERT
IAE. CONIVGI
RARISSIM. EX
EMPLI. FEM

*Romae, Vinea Cavaleria.*
*adduct. ſupra hac ead. Sect. Septima Cap. V.*

FLAVIA ONESIMAE
ET OCTAVIVS HERMES &c.

*Romae, Vinea Olgiata &c.*
*Cyppus.*

D. M. S
MESTRIAE TRY
PHENAE MATRI
PIENTISSIMAE OB
SEQVENTISSIMAE
C. MESTRIVS ASTYLVS
ET. FLAVIA. HERAIS
FECERVNT

*Romae, ad nuperam vineam Alteriam, ad Sanctam Crucem in Hyeruſal.*

FLAVIAE
ATHENAIDI
VIXIT AN. VIII
FIAVIA
HOREA FILIAE
DVLCISSIMAE FECIT

*Ro-*

*Romae, tabella olim Via Salaria.*

T. FL. HER
MES VIXIT AN. I
MENS. II. DIE XXVII

*A dextris, alia tabella effoſſa.*

.:.:.: AVIVS FELIX FECIT .:.:.:
.:.:.: GENIO PRIMIGEN .:.:.:
I VIX ANN. XVII. ET .:.:.:
FLAVIAE PRIMIGENIA .:.:.:
ET VIS IN MONVMENTO P .:.:.
COLVMBARIA V .:.:.

*Romae, Via Latina.*

Q. FLAVIVS. MENOPHILVS
COCCEIAE. T. 7LIONIAE. CONIVGI
SVAE PIISSIMAE

*Eadem Via, in Vinea Bordoneſia.*

D M
FLAVIAE TREPTENI
M. VLPIVS DIONYVSI *ſic*
VS CONIVGI SVAE
BENEMERENTI
DE SE FECIT

*Eadem Vinea.*

DIS. MANIBVS. S.
M. IVLIVS. M. F. PAL.
DIONYSIVS. MIL
LEG. V. GEMINAE
NAT. THRAC. ORIVND
FABATORI. ITAL.
FLAVIAE TREPTENI
F. FECIT. E. SIBI ET
MEMORIAE. ERGA
MARIT. PIENTISS
ET. FILI. EORVM
DVLCISS
COMPARAVIT. H. M
S-S ∞ &. CIↃↃ DEN
IN FR. P. XVII. IN
AGRO PED. XXVII

S-S eſtertiis Mille &c.

*Romae, ad bivium Viae Latinae & Aſinariae.*
*Adduct. ſup. Sect. Quinta Cap. III.*

D. M. T. FLAVIVS. PROCVLVS
ET. FLAVIA. CLEMENTILLA
ET. FLAVIAE. PROCLEN. P. T. &c.

*Extra Romam, ad D. Pauli.*

D . M
T. FLAVIO CITTVRVSO. PA .:.:
SODALES, BALLATORE
CYBELAE. BENEME
RENTI. FECERVNT

*Extra Romam.*
*Vinea olim Roſia, nunc Caſarina.*
*Adduct. ſup. Sect. Quinta. Cap. XIIII.*

DIIS MANIBVS
FLAVI. AVG. LIB
ABSCANTI &c.

*Extra Romam, Hortis Pamphiliis.*

MANLIA. ARTEMIS. SIBI. ET
T. FLAVIO. THEODORO
OPTIMO CONIVGI. ET
TRYPHONI. ERMIAE. F
ET SVIS. ET C. SEPTIMI

O GEMELLO ET SVLPICIAE SECVN
*ſic* DINE. ET. SVIS. LIB. LIB. POSTE-
RISQ ABORVM *ſic*

*Extra Romam, vinea Brunona.*

ANTHO
AVG. LIB
FLAVIA IANVARIA
PATRI. SVO
BENE MERENTI

*Extra Romam, vinea Benincaſa, Via Appia.*

T. FLAVIO ALEXANDRO
PHILOTERA
MATER. FILIO
DVLCISSIMO
FECIT

*Ravennae.*

Q. SEXTILIVS BARBVLA
SIBI. ET FLAVIAE PRIMAE
MAZIONIS L. CONTVBER
NALI SVAE V. F. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. SVIS
IN F. P. XXI. IN. A. P. XXI

*Terracinae.*

TI. IVLIO. TI. F. STEL
PAETINO
BASSIANO. PROC
AVG. XX. HER. PRAEF
CLAS. MIS. TRIB. LEGI
ITALIAE PATR. COLL
T. FLAVIVS. T. F. OVFEN
OPTATVS. IIVIR. F. COER

PROC uratorAVG uſti Viceſimae HER editatum.

*E ſched.*

*E ſched. Vatican.*

CLAVDIA EPIGONE
FECIT SIBI ET
T. FLAVIO PRIMIGEN. CONIVGI
ET T. FLAVIO SYMACO LIB. B. M
LIBERTIS LIBERTABVS. Q
POSTERISQ. EORVM.

*Ex iiſdem.*
*Adduct. ſup. Sect. Quinta Cap. III.*

ATTICO FIRMINO
ET CALLESTRATO
VERNIS B. M
T. FLAVIVS PROCVLVS &c.

*Ex iiſdem.*

C GRESIO APO
LAVSTO GRESSI *ſic*
VS MERCATOR
PATER ET FLAVIA BASSA MATER
FILIO PIENTISSI
MO FECERVNT VIXIT ANNIS X
MENS. XI. DIES XVIII *ſic*

*Ex iiſdem.*

T. FLAVIO PRISCO
V. A. VI. D. II
CN. DOMATIVS. NICO
ET AGHENA
IANVARIA ET IVNIA NEDA MA-
TER ET SIBI &c.

*Ex iiſdem.*
*Adduct. ſup. Sect. Quinta Cap. XIV.*

D . M
T. FLAVIVS CAPITO
FECIT
FLAVIAE PTOLEMAIDI
VXORI &c.

*Ex*

*Ex iiſdem.*

D . M
FLAVIAE VICTO
RIAE. FEC. FELICV
LA. MATER. FIL
PIISS. V. A. III. M. VII. D. X

*Ex iiſdem.*

L. FLAVIO. AVG. L
SEDATO
ANTONIANO
P. CORNELIVS
IASO. PATRI
PIISSIMO

*Ex iiſdem.*

DIS MANIBVS
T. FLAVIO. T. F
PALATINA
MIL. COH. I. PR
7. AVRELI
BASSI
H. S. E
IN F. P. III. IN. AG. P. IIII

*Ex iiſdem.*
*Adduct. ſup. Sect. Quinta Cap. XVI.*

FLAVIA LEDA
A. LIGVRIO. EVTYCHI
MARITO OPTIMO
ſic ADQVE BENEMER
ET T. FLAVIVS SABINVS &c.

*Ex iiſdem.*

FLAVIAE CAPITOLINAE CVI ET
PACCIAE MA-
MACEDONIS. AVG. LIB. CONIVGI
ZOTICVS. AVG. LIB. SORORI. BE.
NEMERENTI

*Ex iiſdem.*

FLAVIAE RESTITVTAE
T. FLAVI. AVG. LIB. BLA
STI. LIBERT. FECIT
TI. CLAVDIVS ONESI
MVS. CON. B. M. F

*Ex iiſdem.*

T. FLAVIO PRIMIGE
NIO FALACR. DEAE
POM. T. FLAVIVS T. F. NI
GRINVS ORNAMEN. D. D
IN FR. P. XV. IN AG. P. XVII

*Ex iiſdem.*
*Adduct. ſup. Sect. Quinta Cap. III.*

D . M . S
L. FLAVIO
SATVRNINO
MILITI COH. PR. VI
VIX. ANN. XXIIII. M. I
P. TITIVS PROCVLVS
FECIT PIENTISSIMO
ET FLAVIA SATVR
NINA FRATRI

*Ex iiſdem.*
*Adduct. ſup. Sect. Sexta Cap. I.*

LAETVS. PVBLICVS. POP. ROMANI
AQVARIVS. AQVAE. ANIONIS
VETERIS. CASTELLI VIAE
LATINAE CONTRA DRACONES
ET FLAVIA DIONYSIA &c.

*E ſched. Holſtenii.*

ATRIAE. PHYLLIDI. FEC. T. FLA-
VIVS
STICAS. CONIVGI SANCTAE. ET
FLAVIA. SVCCESSA. FILIA. MATRI
PIENTISSIMAE

*E ſched. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Fabretti.*

C. MATTIO LYGDAMO
MEDICO SATTIAE
VIX. AN. LXXVI
MATTIA MOSCHEIS
PATRONO ISDE. CONIVGI *ſic*
T. FLAVIO AVG. L. MARTIA
LI. CONIVGI. SVO
SIBI. POSTERISQVE SVIS

*Ex iiſdem.*
*Adduc. ſup. Sect. Quinta Cap. XIV.*

DI MS
T. FLAVIVS HILA
RVS ET HILARVS
FILIVS. FECIT
FLAVIA GRAPTE
CONIVGI ET FILIO
BENE MERENTIBVS
V. A. III. ET FILIVS A. I. MESIS. X *ſic*

*E ſched. Vatican.*
*Adduct. ſup. Sect. Quinta Cap. XVI.*

VLPIAE. SABINAE. CONIVGI
OPTIMAE ET DVLCISSIMAE
ET BENEMERENTI. P. RVFINIVS
EPHESTRON. LOCVM. CONCESSVM
ET DONATVM. AB HEREDIBVS FLA-
VI
LIBANI &c.

*Ex iiſdem.*

D M
FLAVIAE
ZOSIMAE
FLAVIA
IANVARIA
FILIAE
FECIT

*Ex iiſdem.*

DIS. MANIBVS
P. FLAVIO
CHRESTO. FLAVIA CHRYSIS
PATRONO SVO OPTIMO
BENE DE SE MERITO VIX. ANN.
LXXX

*Ex iiſdem.*

T. FLAVIVS. EARINVS
CONTVBERNAL
T. AMANDVS AMICVS
MEMORIAE
LVRIAE IVSTAE
BENE MERENTI
VIXIT. ANN. XXI

*Ex iiſdem.*

FLAVIA THEOPVSA
MATER APHRODAE
FILIO PIENTISSIMO
FECIT VIXIT ANN
XXXVIIII. ITEM APHRO
DEAE NEPOTI DVLCIS
SIMO. VIXIT ANN. XII. MENSIBVS.
VIIII

Quandocunque enim mihi objiceretur hunc T. FLAVIVM ALEXANDRVM non eâ praeſtare priſcâ nobilitate, quae in noſtris ſupponitur FLAVIIS, utpotè qui AVGuſti Libertus tantum nomen, uti adventitium, tum ſibi aſſumpſerit, cùm libertatem à ſuo domino obtinuit, occurrerem ego ſtatim hoc grandi Lapide, quòd in Villâ S. Vincentii Bononien. Dioeceſ. Ferrariam verſus, non ita pridem adinventum, ac in eod. Bevilaqueorum Tuſculano translatum, noſtrorum vel FLAVIORVM dignitatem largiſſimè, etſi tacitè, nobis ita aperit:

ARBITRATV

FLAVIAE C. F. FLACILLAE

POLLAE

EX TESTAMENTO

Ete-

Etenim qui divitiis non affluxit, qui ingenuitate ſaltem, ſi non dignitate, nituit, in ultimis voluntatibus hujuſmodi locutionis formulâ uti, nec potuit, nec aſſuevit; ut è ſe- quentibus hujus cenſus poſtremis tabulis, Grutero adjiciendis, conſtat:

in DXVI. 5. DLI. 7. DLXX. 5. & ſimilib.

*E ſched. Zaratin. apud nos.*
*Reperta Romæ, apud S. Cæſareum,*
*1599.*

D . M
M. VLPIO. AVG. LIB. NEDYMO. ET. LIBER
TIS. LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE
EORVM. EX. TESTAMENTO. FECERVNT
HEREDES
ARBITRATV. AELIAE. LESBIAE. SORO
RIS. ET. COHEREDIS. VLPI. NEDYMI
EX. S-S. X. N̄

EX S-S eſtertiis Decem Nummum.

*E ſched. Vatican. Tom. vocato* le Aldine, *ſignat. ab extra* 5237.
In caſa di Felice Romaulis, trovata in una cantina, hora è nel Cortile in pezzi preſſo il Cardinale Capiſſuchi.

D ♁ M
M. ANTONII. MODIANI. PRAEF.
COH. I. COMMAGENOR. TRIB. LEG. XX. VAL. VICTR. M. M. M. ANTONII
CARPOPHORVS. LIB. ET MODIA
ANVS. ET. CARPOPHORVS. ALVMNI.
HEREDES. ARBITRATV IPSIVS DE H-S
XII. N. ET. SIBI. LIB. LIBERTAB
POST. EOR
H. M. D. M. A. ♁

*E ſched. Vatican.*

DIIS MANIBVS
SACRVM
O FILLIAE PITHVSAE
TESTAMENTO . FIERI
IVSSIT ARBITRATV
C. TALASI. APTI
IN FR. P. V. IN AGR. P. V

*Ex iiſdem Aldinis,*
*in Vatican. aſſervatis.*
A Terazzo d'Abruzzo.
*Aliàs Alduſt.*

L. AMPIVS L. F. SEVERVS. SIBI. ET
L. AMPIO. L. F. PATRI &c.
TESTAMENTO FIERI IVSSIT
ARBITRATV. CROTIS. L

ARBITRATV ergo FLAVIAE Caii Filiae, FLACILLAE POLLAE grande hoc aſpicimus & admiramur Marmor elatum, ſive nudus ac ſimplex fuerit Cyppus, nil aliud praeter ſe ipſum referens; ſive Index fuerit potiùs egregiae alicujus molis ſeu aedificii, quod eadem excitari juſſiſſet. Quicquid enim magnificum de hac pariter nunc mihi ſubeat.

beat, eandem haud dedecet, quae tribus inſignita nominibus, ingenuorum ac illuſtrium more virorum appellata cernitur.

Nec profectò poterat FLAVIA FLACILLA hoc tertium POLLAE non aſſumere nomen, FLAVIIS haerens nimis & conſentaneum, dum è tribus Imperatoribus è FLAVIORVM Genere emanantibus, FLAVIVS *Veſpaſianus*, matrem habuit *Veſpaſiam* POLLAM, ita à Svetonio celebratam: *Veſpaſia* POLLA *Nurſiæ honeſto genere orta, patrem habuit Veſpaſium Pollionem, ter tribunum militum, præfectumque caſtrorum, Fratremque Senatorem prætoriæ dignitatis.* In Vit. Veſpaſ. ad prin.

Nunc verò, quod in majorem tertii hujus nominis laudem, ab Autoribus depromptum, teximus, pleniùs etiam augendum venit, tum è POLLA illâ Argentarii, Lucani uxore doctiſſimâ, quae in emendandis tribus primis Pharſaliae libris à marito ſcriptis, eundem non parum juvit: tum è POLLA *Donatâ* Bononienſi, ob aetàtem annorum centum novem, quos vixit, ſi non à popularibus ſuis, tam longum tempus ſupergredi etiam aſſuetis, ab extraneis ſanè invidenda. Stat. Lib. I. Sylvar. Flegont. Tralian. de mir. & lōgev. pag. 101. Sup. pag. 67.

*CA-*

## *CAPUT VIII.*

### *Ex Antiquario MS. P. Ferrarini; ſub Bononiâ, pag. LX. verſâ.*

*Ad Divi Stephani:*

M. AEMILI
AEVIANI
QVI. VIXIT. ANNOS
XXVIII. M. VII. DIES
X. M. ÆMILIVS
VALENTINVS
FILIO. OBSEQVENTIS
SIMO. ET. SIBI

NUllus ambigo, arcto cognationis, ſeu ſaltem affinitatis vinculo, fuiſſe inter ſe obſtrictos praeſentes AEMILIOS cum illo M. AEMILIO *Phoebo*, cujus Inſcriptionem, hinc olim ſubreptam, extare proximae ac finitimae nobis Mutinae, conquerebamur ſupra Sect. Prim. Cap. I. utpotè evidentius SACRORVM DONA riorum, AB ROMA etiam huic ISIDI Felſineae dementer miſſorum, ſpecimen. Utrunque autem fuiſſe germen aliquod é nobiliſſimâ AEMILIORVM Romanorum Stirpe ad nos derivatum, cùm Triumvir Romanae Reipublicae Conſtituendae Lepidus, (quem ex AEMILIA extitiſſe Sobole nemo ignorat) hîc moratus eſt, à veriſimili non abſcedit.

Quod

Quòd ſi quis huic non minùs, quàm ſupra habitae animadverſioni obſiſtat, velitque potiùs ad nos translatam hanc Gentem non aliâ de cauſâ, praeter communem immanis ejus ubique propagationis, tantùm abeſt ut me opponam, ut veriùs eorundem AEMILIORVM affluentiam, tot aliis hucuſque editis Monumentis probatam, his recentibus impleam:

*Romae, apud Antonium Palumbum.*

D ❦ M. DOMITIAE VITALIS
P. AMICVS MANSVETVS
CONIVGI BENEMERENTI
AEMILIA FIRMINA MATRI
PIENTISSIMAE FECERVNT SIBI ET SVIS
POSTERISQ. EORVM
SOLARIVM. HVIVS. MVNIMENTI SIVE
SVPERFICIVM PERTINET AD GENTEM .....
........................

*Romae, hae binae, Via Latina in quadam aedicula, eod. anno 1599. detectae, quo reperta eſt, quam affert Reineſ. in append. omiſſorum.*

M. AEMILI
CHRESTI
SER. XI.....
M. AEMILIVS
CHRESTVS
ET AEMILIAE. L. MENE
LAINI

*Extra Rom. ad D. Agnetis.*

II. AEMILIVS. ET TIMOCLEA FECERVNT
FILIO DVLCISSIMO QVI VIXIT ANN IIII
MENSIBVS X. DIEB. XXIII. REDEDIT *ſic*
XII. KAL. NOBEMBRIS IN PACE *ſic*

*Extr. Rom. Vinea Buratta.*

D M
D. AEMILIO. AEMI
LIANO QVI VIXIT
ANN. LXXXVI
AEMILIVS ZOILLVS
FILIVS ET CLODIA
ZOILLA. HERED. B. M. F

*Extra Romam, Vinea Caeſarina, olim Boſia.*

AEMILIO. ALCIMO
PRINCIPI. PEREGRINORVM
OMNIBVS EXEMPLIS ADQVE TITVL *ſic*

*Extra Romam, Vinea Brunona, in Via Appia, altàs adduct.*

DIS MANIBVS
C. AEMILIO
SECVNDO
VIX. AN. II. M. X

*Ex Romam, in Vinea Servidia, Via Nomentana. Fragmentum mirificè hinc inde ſcalptum.*

AEMILIAE MONTA
NAE CONIVGI RA
*ſic* RISSIME. VEE
GAIANVS VET
*ſic* BENAE MEREN
TI POSVIT

*Saxoferrati.*

D. M. S
VETTIAE
VICTORIAE
PIISSIMAE
M. AEMILIVS
MEVANAS

*E ſched. Vatican.*

C. AEMILIO C. F. FAB
ANTONINO
EQVITI ROMANO
QQ. PATRON
MVNICIP
OMNIBVS HONORIBVS
HONESTE PERFVNCTO
CVR. FAN. HERC. VICT. PONTI-
FICI

Quin Quenalitio PATRONO MVNICIPii CVRatori FANi HERCulis VICToris.

*Ex iiſdem.*

DIIS MANIBVS
Q. AEMILIO MAXIMO
FECIT

AEMILIA RESTITVTA
MATERTERA
VIXIT ANN. L. DIEBVS XXXI
HORIS V
AEMILIA CVPITA. V. A. XIV. D. XL
FECIT AEMILIA RESTITVTA MATER

*Ex iiſdem.*

PAVLO ÆMILIO *ſic*
PAVLLI F. PAL
REGILLO XVI VIR. SAC. FAC
PRAEFECTO VRB
IVRIDICVNDO
QVAESTORI
TI. CAESAR. AVG
PATRONO

*Ex iiſdem.*

CORNELIAE
PIAE
LIBERTAE KARISSIMAE
CORNELIA CETHEGILLA
AEMILIA PLANCINA

*E ſched. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Fabretti.*

D M
Q. CORNELIO
OLYMPO
AEMILIA PALE
CONIVGI B. M. F

*E Lamina aenea Palotolae. Col. 2.*

M. AEMILIVS MARCELLVS

## *CAPUT. IX.*

### *Marmor in interioribus Aedibus laudati toties Tuſculani.*

D . M
D. OCTACILI . PAVLINI
DVO . QVI . VIX . MEN
V . D . VIIII . ALIVS . M
V . D . VIII .
D . OCTACILIVS . FRONIMVS
ET . MEZAEA . IVLIA . FECER

*Fragmentum in Muſeo Coſpiano olim, nunc in Studio Aldrovandeo ſervatum.*

QVI VIX , ANN . V . M. II ∴

ET SIBI POSTERISQ .

DVLCISSIMO Q . V . A ∴∴

D. XXIIX . FECERVNT FI ∴

∴∴∴∴∴ M ∴ C ∴

UTrumque è duobus hiſce Marmoribus duos etiam nobis offert Natos, acerbo nimis Fato hoc inter ſe diſcrimine ſublatos, quòd ubi primi eleganti ac

integrâ Epigraphe gaudent, à nemine nec ullibi memoratam OCTACILIAM hanc Gentem nobis donantes; ex oppoſito qui ſequuntur, Gentem è quâ prodierunt nedum nobis adimunt, ſed etiam inani ſtudio noſcendi eos qui inſcripſerint, nos torquent & angunt. Fuiſſe tantùm nunc mutile Saxum poſitum Filiis à Parentibus oſtendit aetas eorum alterius, nempe ANNorum quinque ex unâ, ex alterâ τὸ FI.·.·.· FIlium expreſsè indicans, quoties id per ſe ſatis non evinceret epitheton DVLCISSIMO, natis vitâ functis à genitoribus jugiter apponi aſſuetum. Quanquam enim eodem uſi fuerint inter ſe conjuges, ut ex hiſceignoratis hactenus venerandae Vetuſtatis rhapſodiis:

*Romae, ex. portam aedium de Maximis ad Quatuor Fontes.*

AVRELIAE IANVARIAE
CONIVGI
DVLCISSIMAE
ET INCOMPARABILI
EVGENIVS
MARITVS

*Romae, urnula penes Annam Adamiam.*

D . M . S
VIBIA ACTES L
SVESTILIVS EPIVYME
CONIVGI DVLCISSIM
FECIT ET SIBI
ET L. SVESTILIVS EVTHYCHIVS LIB

*Florentiae, apud Guicciardinos, Adduct. ſup. hac Sect. Septima Cap. II.*

D M
A. FVRIVS DORYPHORV
A. FV-

A. FVRIO THYMOLTE F S V
V. A. XII. M. X. ET FVRIAE
REGILLAE COLLIBE
ET CONIVGI DVLCISSIMAE &c.

*Ravennae, ad S. Spiritus. Adduct. ſup. Sect. Quinta Cap. XIV.*

A. IVNIVS MARINVS SIBI
ET CONIVGI SVAE AVR. THEODO
RAE DVLCISSIMAE &c.

*Veronae, apud SS. Firmum & Ruſticum.*

D. M. MARONIAE MATERNIANAE
CONIVGI
DVLCISSIMAE VIXIT ANNOS XXII

*Regii Lepidi, ad D. Raphaelis.*

ALLIAE
BENIGNAE ANTONIVS
PRIMVS
CONIVGI
DVLCISSIMAE

*E ſched.*

*E ſched. Vatican.*

IVLIVS DIADVMENVS
PHILETENI DVLCISSIMAE
MARITAE Q. V. AN. XXV

*Ex iiſdem.*

M. AVREL. TE
LESPHORVS AVR
*ſic* HELIODORE CON. DVLCISSIMAE
TITVLVM
FECIT

*Ex iiſdem.*

DIIS MANIBVS SACRVM
A. MENENIO A. F. QVI CAPITIO
HOREARIO. PLE. ET. TRIB
PAL. VIX. AN. XL. M. VIII
MENENIA IVNIA TYCHE
MARITO DVLCISSIMO POS

*E ſched. Barberinis.*

CAECILIAE SEMPRONIAE SATYRE
QVAE VIXIT ANNIS NVM. XXIII
ET FVIT IN CONIVGIO ANNIS
NVM. V
MEN-
MENSIBVS N. II. DIEBVS N. XXI
VALERIVS CORINTHVS. COIVGI D *ſic*
VLCISSIMAE
MARCIVS DECER

*E ſched. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Fabretti.*

CAECILIAE
TVTICANAE
CONIVGI
DVLCISSIMAE
P. RABONIVS
IVSTVS MARIT

*Ex iiſdem.*

CLISSA FECIT
AVRELIO THEOPHI
LO CONIVGI
DVLCISSIMO

*Ex iiſdem.*

FADIA BONO
SA DIONYSIO
*ſic* COIVGI DVL
CISSIMO. ET INCOMPARA
BILI. CVM. QVO
VIXIT ANNIS
XXVI QVI. VIX. A. P. M. L — VIXit Annis Plus Minus Quinquaginta.

frequentiùs tamen id cadere in mortuis filiis, praeter jam viſas hactenus per totum hoc opus diſſeminatas epigraphes, quae ſequuntur docere poterunt:

*Romae, penes Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. meum, Don Leonem Strozzium, & quam Graecam ſic in Latinam reddidi:*

DAMASVS PATER
EVANDRADI
DVL-
DVLCISSIMO FILIO VIXIT
ANNIS DVOB MEN DVOB

*Romae, in Villa eius Fr. Ducis Strozzii, in ara magna & nobili, in cujus apice rotundo caput ſenis: ſubtus majoris formae tria alia capi-*

*capita: à lateribus urceus & patera.*

DIIS MANIBVS
IVNIO PERSO PATRONO
ET M. IVNIO SATYRO
ET M. IVNIO IVSTO
ET IVNIAE PIAE
FECIT
IVNIA VENVSIA CONIVGI SVO
ET FILIIS DVLCISSIMIS
IVNIA CVM PHARNACE LIB

*Romae, muſeo Magnino, parvus Sarcophag.*

L. IVLIO PHILIPPO
Q. V. A. IIII. M. VIIII. D. VIII
L. IVLIVS ARISTEAS
ET AELIA PVSILLA
PARENT. FIL. DVL
CISSIMO FECER

*Romae, Hortis Iuſtinianeis.*

SACRVM
M. TITIENO M. F
MARTIALI
VIXIT ANN. I
DIEB. XI. HORIS V
MARTIALIS FIL
DVLCISSIMO FECIT

*Romae, hortis Pamphiliis.*

D . M
C. PEDANIO VALENTI
F. C. PEDANIVS
THEODOTVS PATER
FIL. DVLCISSIMO QVI
VIXIT MENSIBVS N. X
DIEBVS N. VIIII. H. VIIII

*Ext. Romam, ad Turrim novam, via Labicana, Sarcophagus.*

AVRELIAE STATILIAE
AGATHONIVS FILIAE
DVLCISSIMAE. QVAE
HIC SITA EST
ET VIXIT ANNIS XVI
MENS. VII. DIEBVS XII

*Ext. Romam, vinea Morona, ad viam Appiam.*

D . M
P. P. P. TIMINIIS ELPISTO
ET HEDIBIO ET VERNEO
ET HYGIAE FILIS DVLCISSI *ſic*
MIS .........................

*E ſched. Vatican.*

D. M. AVR. GENEROSAE
QVAE ET MATRONILLAE
QVE VIXIT ANN. III. D. XVI *ſic*
FILIAE DVLCISSIMAE
B. M. FECIT
AVR. FELICITAS
QVAE ET SABINA

*Ex iiſdem.*

D . M
M. VALERIO. M. F. PAP
ASTERI
VERONA
LANARIO. A. ME Ꝺ
LORET. MINOR
FILIO DVLCISSIMO
VIXIT. ANN. LVIIII
MENS. IIII. D. VIIII. M. VALERIVS. M.
P. PAP
AXIANVS FRATRI
ET VALERIVS IANVA
RIVS

RIVS AXIANVS PATR
INFEL. FEC

*Ex iiſdem.*

M. VLPIVS. TAL
LION PROCLE *ſic*
FILIAE DVLCIS
SIMAE. QVAE
VIXIT. ANN. V
MENSES SEX. DIES XXVII
FECIT

*Ex iiſdem.*

AVRELIO P.'.'TIANO. QVI. VIXIT
ANNIS XXXI. MENS. VIII. D. XXIII
FILIO DVLCISSIMO. VIRIVS COLO
NICVS. ET AELIA CHRESTINA. PA
RENTES ET SVIS LIBERTIS LIBER
TABVS POSTERISQ
. EORVM

*Ex iiſdem.*

D . M
VLPIO VENERIO
QVI VIX. ANN. XVII. M. D
C. ANNEIVS ONESIMVS
FILIO DVLCISSIMO
FECIT

*E ſched. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Fabretti.*

LIVIA EVPHROSYNAE
V. A. V. M. VII
T. CLAVDIVS PRIMIGENI
VS. PATER FIL. DVLCISSIMAE

*Ex iiſdem.*

D . M
C. IVLIO C. F. IVLIANO FILIO
DVLCISSIMO. V. ANN. II. M. VII. DIEB.
XIII
C. IVLIVS VIRILIS ET ABVTIA ME-
LITINE
FECERVNT SIBI ET SVIS LIBERTIS
LIBERTABVSQ. EORVM

*Ex iiſdem.*

D . M
AVRELIO SIMPLICIO
AVRELICES PROTOGE
NES ET AVRELIA DIONYSIAS FI-
LIO DVL
CISSIMO B. M. F

*Ex iiſdem.*

TREPTVS HILARO
FILIO *puer innixus* DVLCIS
SIMO *baculo.* QVI VIX
IT ANN. XVIII. ET M. III. ET D. VIII

*Ex iiſdem.*

D . M
LVSIVS MAXIMVS
AGNETI FILIAE DVLCIS
SIMAE. QVAE
VIXIT ANN. V
MENSES SEX
DIES XXVII
FECIT

*Ex iiſdem.*

C. BRVTTEO DIONYSIO F
DVLCISSIMO

VI-

VIXIT ANN
VIII. MENS. XI. D. XVI
DIONYSIVS PAT
A. C. T

P ater A mã-tiſs. C uravit T itulum, ſeu T umulũm.

*Ex iiſdem.*

D. M. S
VICTORIAE ET SALACIO
*ſic* FILIS DVLCISSIMIS
*ſic* FELIXS. ET NIMFE
PARENTES FECERVNT

*Ex iiſdem.*

VIBIAE VENERIAE
VIXIT ANNIS XVIII
M. VII. D. XXV
TI. CLAVDIVS
PHASIS
FILIAE DVLCISSIMAE

*Ex iiſdem.*

D. M. S
ZO-
ZOSIMB APOLLONIDI FILIO
DVLCISSIMO

*Ex iiſdem.*

D. M. ZOSIMO V. A. I. M. IIII
SEX. SALONIVS ZOSIMVS
FECIT DVLCISSIMO F

*Ex iiſdem.*

D M
SEX. ANNIDIO
MONTANO
FIL. DVLCISSIMO
HERMES PATER
V. A. VIIII. M. VI. D. VIIII

*E ſched. Gammari.*

D M
SARINO INFANTI GYMNICO DVL-
CISSIMO
QVI V. A. IIII. M. III. D. III. PAREN-
TES

Sed quid ultra, ad probandum mellifluae iſtius vocis frequentiam in ore parentum, ita amaritiem ac moerorem de abreptâ ſibi prole lenientium, externis fatigamur exemplis, dum nos apud tam domeſtica vigent? Sanè ſuaviſſimi hujus attributi, de quo Martialis ipſe ita modularetur:

Lib. 9.

*Nomen cum violis roſiſque natum, &c.*

*Nomen nectare dulcius beato,*


mentionem in Inſcriptionibus Felſineis reperiri crebrò habitam, oſtendunt paullò ante Capite IV. memorati C. *Quintius Salvius*, & *Quintia Glyconis*, qui titulum ponentes C. *Quintio Iuniano* communi filio, eundem appellant DVLCISSIMVM. Oſtendunt eodem Capite L. *Quintius Soranus*, & *Caecilia Maximina*, vocantes acerbâ morte ereptam ſibi filiam DVLCISSIMAM; docet noviter, in

toties

toties laudato regio verè ſuburbano Tuſculani, hoc inciſum Graecis characteribus Saxum, ubi DVLCISSIMAM pariter unitim vocant ONISAM FILIAM, ONISIMVS pater ET OLYMPIA MATER:

Θ K
ONHCIMOC
KAI OΛΥΜΠΙΑ
ONHCЄI
ΓΛΥΚΥΤΑΤΙ
ΘΥΓΑΤΡΙ

Ac denique confirmat & auget, ab exteris etiam oris ad nos olim delata, ſequens Tabella Marmorea, parietibus interioribus infixa Eccleſiae Sanctorum Omnium, viâ dictâ *la Braina*, in quâ ſervatur unà cum duabus aliis, è Romanis Cryptis ad nos tranſlata.




Vide plenius *la Bologna Perluſtrata d'Antonio Maſini, pag. 23. e 329.*

## CAPVT. X.

*E Reineſio, Claſſe Duodecima LIV.*

***Bononiae.***

D. M.
L. LICINIVS PRISCVS
ET FABIA. EVPLIA
PARENTES. L. LICINIO
SEVERO. FILIO. PIENTIS
SIMO.

***In memorata toties Villa Tuſculana.***

MOGVLNIVS. MENOPHANES ET
AVFIDIA. FELICVLA
FECERVNT. SIBI. ET
AVFIDIAE. ATHENAEIDI. F
SVAE. BENE. MERENTI
VIXIT. ANNIS. X. DIES XLV
ET. SVIS. POSTERISQVE. EORVM

CLaudit denique hunc primum ordinem, hoc eſt Parentum extincta Filiorum nomina inciſis characteribus perennantium, praeſens Par Marmorum, quorum quia primum, alibi adductum, ſe ſatis aperuit, nimirum in aliàs à nobis expoſito Bononienſi Aenigmate *Aeliae Laliae Criſ-*

*Criſpidis*, ideo hic jure ommittitur, Sub cap. IV.

Alterum verò intra remotiora dicti Tuſculani gy- pag.55. naecea in praeſentem uſque ferè diem latitans, poſtremum hoc loculamentum, ubi poneretur, vix invenire potuit, conſpectiorem nihilominus ſedem, plenioremque ſuimet recenſionem minimè conſequuturum; ex quo hujus nativae nobis, ac prorſus peculiaris MOGVLNIAE Gentis, nulla, nedum penes eundem Gruterum ſeu Reineſium, ſed nec apud ipſos vel Hiſtoricos habetur (quod ſciam) mentio.

De AVFIDIA veriùs, cui nunc jugata MOGVLNIA, non pauca, ex oppoſito, ac inter ſe diverſa effundunt hinc inde Scriptores: nam ſi rerum mirandarum Collectoribus riſus ſimul fuit & admirationis AVFIDIVS, (non ideo injuriâ cognomento *Lurco* dictus) qui primus omnium Plin. lib. 10. pavones ſaginare aggreſſus, ex eo quaeſtu reditum ſexage- cap. 20. norum millium ſeſtertiorum coegit: Si Satyricis ludum de ſe fecit AVFIDIVS ille, qui matronarum Romanarum corruptor, de ſe canere audiebat: Iuvenal. Satyr. 9.

*Notior AVFIDIVS moechos celebrare ſolebat*

& aliàs: Martial.

*Procuratorem vultu qui proferat ipſo,*

*Acriter hoc cuius non erit* AVFIDIVS;

ab Oratoribus etiam celebrari meruit Cn. AVFIDIVS inſignis Hiſtoriarum Autor, qui oculis captus, lumine mentis adeò praeſtitit, ut ſplendidius itidem Eloquentiae Lumen, Ciceronem ipſum ſui encomiaſten habuerit. Et, ne Lib. 5. Tuſcul. ab inſtituto noſtro longiùs aberremus, extollunt denique AVFIDIORVM nomen non pauca Gruteri nec non Reineſii Scripta Saxa, quà Militari munere, quà Conſulari dignitate, quà ſpectabiliori miniſterio eos non ſemel claruiſſe demonſtrantia: Conſentiunt quae nuperrimè in hujus Familiae decus adducunt Antoninus in ſuis *Antiquitatibus Saſſinatenſibus* pag. 34. Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Praeſul Fabrettus, multis nominibus à me ſemper colendus, in *Colum. Trajan.* pag. 37. Medicus Spon in *Miſcell.*

*Erudit. Antiq.* pag. 102. & quibus haec duo, etſi privata, opportunè reſpondent:

| *In agro Ferrarienſi,Territorio Bononiae contermino.* | *Romae,ad D. Laurentii in Damaſo.* |
|---|---|
| AVFIDIAE C. L. VENVSTAE<br>VIATORES. SALVETE<br>ET. BENE. VALETE | T. AVFIDIVS EX VO<br>LVNTATE IPSIVS<br>HEREDES FECERVNT |

*Ro-*

*CA-*

## CAPUT. XI.

*Ex Antiquario MS. R. P. Ferrarini Regienſis, mihi humaniſſimè indulto ab Admod. Reu. P. Gaudentio de Robertis; cuius erga me ſtudio, comitati, ac munificentiae quantùm ipſe debeam; teſtatur praeſens Opus, ejus conſilio, curâ & aere, tam magnificè ut patet, publici juris factum.* Sub. Bononia pag. LX. verſâ

*Ad D. Stephani, propè oſtium.*

# L. CVRIVS. CVRIO. PAT.

DE Filiis modò pari methodo defunctorum Parentum nomina Inſcriptionum ope inſtaurantibus, neſcio an duo ſaltem nanciſci valeamus Inſcripta Marmora, quorum praeſens, exile adeò atque reſtrictum ſe ſe nobis offert, ut ni poſtrema in eo nota PAT. facem aliquam praeferret, cui verè, & à quo inſcriptum extiterit, ignorari oporteret: ſed vox ibi PAT ris eo pacto dimidiata, quo in Grutero eandem ſic correptam conſpicimus pag. DCCXXVIII. 4, integratam verò pag. DCCXXVIII. 8. DCCXXXV. 17. tacitè nos docet, Patrem pariter fuiſſe CVRIVM, cui ergo Lucius CVRIVS filius titulum erexit.

De CVRIIS Inſcriptiones paucas habet Gruterus, nullam Reineſius, & ego è meis pugillaribus ne unam quidem tali nomine indutam adinvenire potui, quae hanc puſillam noſtram roboret ac impleat: Solus Spon doctiſſimus ab ſe coeptas mirabiles *Miſcellan. Erudit. Antiq.* hujuſmodi nomine vacuas in lucem prodire haud eſt paſſus, dum in pag. 61.

Col-

Collegio quodam Fabrûm, nedum nobis detexit quendam P. CVRIVM *Blaeſum*, ſed etiam quam ſubjicio, integram Epigraphem exhibuit, cùm paucas Gruteri nullâ dignitate coruſcas, tum hanc gentem, nos penes nunc comparentem, illuſtrare aliquantùlum pollentem:

P. CVRIO P. F. Q. VIR
BLAESO
PRAEF. FABRVM. TRO
LEG. VI. CLAVDIAE. P. FEL
PROC. XX. HERED
IMP. CAES. TRAIANI
ADRIANI AVG. PROVIN
HISPANIAE CITE. PROC
CADVCORVM IIY
RCO AD LEG. INTER. P. R. III

CAPUT. XII.

*Ex Alidoſio Pag. 67. 5.*

In Comune di Saletto, ſulla ſtrada fra la Chieſa di S. Maria, e li beni del Sig. Aſtorre Paſelli.




ALterum eſſe poterit Marmor Parentibus inſcriptum à Liberis, quod modò cernimus, quotieſcunque

liceat

liceat poſtremam ſiglam F, in calce ipſius ſitam, interpretari Filia ſeu Filii, quòd nimirum tales fuerint C. CLODIVS ZOSIMVS & MARCIA MYRTALE, ſeu ſaltem talis haec poſtrema, dicti CLODII fortaſſe uxor, Lapidem hunc ponentes, ſeu ponens, M. MARCIO LEBINTHO patri, & MARCIAE FVSCAE matri. Quanquam enim peculiaris haec expoſitio communi aliorum adverſetur, tenentium F, in fine praeſertim collocatam, importare Fecit; non eſt quin Filium ſeu Filios etiam quandoque ſonet, praecipuè ſi qui fuerint qui inſcripſerunt, ex eodem ſcriptò themate (prout in caſu noſtro) deſumi nequeat, ut è pluribus exemplis, *affectus liberorum erga parentes* è Grutero nec non Reineſio libandis, deduci poterit; ut DCCXLI. 7. DCCXLI. 7. CCXLVII. 6. Claſſe Decimatertia. XLIV. Ead. Claſſe. LIIX. Ead. Claſs. IIII.

De nobilitate hujus Gentis MARCIAE mens mihi fuerat nonnulla attexere, ſed quia plenius id aſſequutum comperio ab ingenioſiſſimo Viro D. Ioſeph Maria Bellino, qui à me rogatus ex ipſo archetypo Inſcriptionem accuratiùs deſcribere, nedum effigiatum apicem, ab Alidoſio omiſſum, addidit, ſed doctiſſimis & elegantiſſimis inſuper notis adauxit, ideo jure ſuperſedeo, pleniſſimamque potiùs illius paraphraſim ita ſubſtituo:

„TAle è l'Iſcrizione in vna Lapida di pietra incaſtra-
„ ta in un pilaſtro, vicino all'ingreſſo del Cimite-
„ rio della Chieſa di Saletto; Su i Caratteri della quale
„ cade in conſiderazione l'ultimo del terzo verſo, che ſe
„ è veramente Ɨ, cioè una linea col taglio nel mezo, non
„ à dubbio, eſſer quello un'E, a tal foggia troncato, per-
„ chè l'intoppo dell'eſtremità, e contorno della Lapida
„ non ve lo laſciava capire intero; E fa dittongo a FVSCA,
„ rilevandolo in FVSCAE, che s'accorda con MARCIA.
„ Se poi quel taglio foſſe illuſivo all'occhio del Copiato-
„ re, perciochè non ſi diſtingue con tutta chiarezza, di-

ma-

„ maniera che reſtaſſe la ſola linea I, aurebbe forza della „ lettera I, e ſarebbe il medeſimo dittongo in Æ, all' uſo „ de'Greci, che ſcrivevano *alfa iota*, cioè ai, per Æ; Il „ qual coſtume Greco era tanto da'Romani poſto in pratica, che talvolta anco lo dividevano in pronunciando-„ lo, come due ſillabe ſeparate, e ſcrivevano *animai*, e „ pronunziavano *anima-i*, di quattro ſillabe incambio d' „ *animæ*: *Muſai* di tre Sillabe per *muſæ*; ed altri tali di „ queſt' ordine, per tutti i quali ſia eſempio Perſio nella „ Satira. VI.

„ *Lunai portum eſt opere cognoſcere Cives.*

„ Dove *Lunai* e di tre Sillabe in cambio di *Lunæ*, Porto „ allora nella Liguria.

„ Chiede anco rifleſſione il carattere Y, e l' ultimo F, „ nella parola MYRTALE F, perciocche l'uno, e l'altro di-„ ſtinguendoſi malamente, fa che alcuni pigliano il primo „ per O, e l'altro per I, che abbia una, o due traverſe, „ che poſſano ſignificare un S: Ed altri piglino il primo „ per *ipſilon*, e l' ultimo per Fi: Talmente che in Senten-„ za dei primi ſi rileverebbe tutta la parola MORTALEIS, „ ed al parer dei ſecondi MYRTALE Fe. Col primo ſuppoſto „ *Mortaleis* può eſſer dativo, e può eſſer nominativo del „ numero plurale: S'egli è nominativo, ſi riferiſce a C. CLO-„ DIVS ZOSIMVS, ET MARCIA, eſſendo ſcritto *Morta-„ leis* in vece di *Mortales* alla Greca, eſempi di che sí tro-„ vano in ogni Scrittor Latino infiniti, cosí *crineis*, *gra-„ veis*, *eduleis* &c. incambio di *crines*, *graves*, *edules*, &c. „ E vorrà dire : *Caio Clodio Zoſimo, e Marcia, perſone, e „ creature anch' eſſe mortali, ſecero queſto monumento a Mar-„ co Marcio Lebintho, ed a Marcia Fuſca.*

„ *Se poi Mortaleis* è dativo, s'accorda con M. MAR-„ CIO LEBINTHO, e MARCIAE FVSCAE, eſſendo ſcrit-„ to in vece di *Mortalibus* pure alla Greca, ſiccome ſi „ trova tra gli Autori Latini, *queis*, *treis* &c. incambio di „ *quibus*, *tribus* &c. E vorrà dire : *Caio Clodio Zoſimo, e*

„ *Marcia fecero queſto monumento a Marco Marcio Lebinto*, „ *ed a Marcia Fuſca creature mortali*; L' una, e l' altra delle quali forme ſi trova in molte lapide antiche adoprata, e nell' una, e nell' altra potrebbe l' *o*, eſſere *ipſilon*, „ e dir *myrtaleis*, perciocche appreſſo i Romani l'i, l'ipſilon „ l'o, e l'u, e l' e confondevanſi tra loro, e diceaſi *olli* per „ *illi*, *Silva* per *Sylva*, *Sulla* per *Sylla*, *lubet* per *libet*, *vorto* „ per *verto*, *Volgus* per *vulgus*, *volt* per *vult &c.* la quale ſcambievolezza ricevettero eſſi dai Greci, preſſo i quali l' iota, l' ipſilon, l'omicron, l' epſilon ſi praticavano l' un per l'altro; anzi che quelle parole latine, che „ anno l'u per entro di ſe, e vengono dalla lingua Greca, „ in eſſa lingua Greca anno l' ipſilon; così per eſempio il „ Greco *Sydor*, *ydos*, *lydos*, *mytos &c.* ſi traportaron nel „ Lazio in *ſudor*, *udus*, *ludus*, *mutus &c.*

„ Ma ſe veramente ſta ſcolpito in queſta Lapida MYRTALE F, non par fuori di ragione il perſuaderſi, che „ quella F. voglia ſignificare *Fecerunt*; dimaniera, che l' „ iſcrizione così ſi ſpieghi: *Caio Clodio Zoſimo, e Marcia* „ *Myrtale, fecero queſto monumento a Marco Marcio Lebinto*, „ *e a Marcia Fuſca*.

„ Che poi queſti Soggetti, dei quali ſi fa menzione, „ foſſero di gente qualificata, primieramente ne fanno fede i titoli, o come dicevano i Romani, i prenomi di „ *Marco*, e di *Caio*, che non ſi davano che a perſonaggi „ di merito, e ſuonavano, coſpicuo, ed illuſtre: E poi ne „ dà infallibile argumento il quarto Re di Roma che fu di „ queſto cognome, Anco *Martio* appellandoſi, e ſimilmente Gneo *Marcio*, cioè il generoſo *Marcio*, che per „ aver' eſpugnato Coriolo Città forte in Campagna di Roma, ebbe il ſoprannome di Coriolano nella guerra Latina: Ed altreſi *Marcio* Filippo, che eſſendo Conſole con „ Seſto Lucio Ceſare fù nella guerra Sociale ucciſo a furor „ di Popolo, mentre era al Tempio: E finalmente quel „ *Marcio* Macro, che ruppe valoroſamente in favor di Otto-

ne

„ ne Imperatore, le Genti di Vitellio a Cremona.
„ S'appòggia ancora queſta opinione ſul nome di FVS-
„ CA, che di prenome ch' egli era, e importava ragguar-
„ devole, e chiaro, e divenuto cognome (giacchè al dir di
„ Varrone, e d'altri, quei che eran prenomi, col tempo
„ diventaron cognomi) ebbe per ſoggetto quel *Fuſco*, con
„ cui ragiona Orazio nell' ode XXII. del Libro primo dei
„ ſuoi verſi; e quel Cornelio *Fuſco* mentovato da Giove-
„ nale nella ſatira IV, che onorato del Capitanato della
„ Guardia del corpo da Domiziano, nella Spedizion con-
„ tra i Daci rimaſe morto: E brevemente lo confermano i
„ nomi dei *Clodij* famiglie a Roma qualificate, e degli *Zo-*
„ *ſomi*, che l'origine traevano di Grecia: Ed a me pare,
„ che trà le molte iſcrizioni antiche portate da Ambroſio
„ de Morales nella ſua Cronica di Spagna, una ve n' ab-
„ bia in Lerida di Quinto Lucio *Marcio Lebintho*, Ne im-
„ porta, che qual di queſti tutti ſi trovi ſcritto per *Mar-*
„ *tio*, e qual *Marcio*, perciocche ſuonan lo ſteſſo, mentre
„ al dir di Varrone, il t, e'l c avanti all'i ugualmente dai
„ Latini con indifferenza adopravaſi.
„ Era oltracciò coſtume dei Gentili lo ſcolpir nei lor
„ monumenti alcun geroglifico ſignificante in miſterio, o
„ la profeſſione, o le prodezze, o altre qualità del ſepol-
„ to, il qual'uſo in molti Paeſi Eretici di Germania, do-
„ ve alla Gentileſca ſi ſeppelliſcono i cadaveri all'aria aper-
„ ta in urne levate ſopra terra, tuttavia ſi conſerva: An-
„ zi che a Faicht, luogo una poſta di là da Norinberga a
„ Levante, io vidi un di tali Sepolcri di un Mareſcalco,
„ nel coperchio del quale, o per difetto di ſcultore, o per
„ volontà del teſtante, o per capriccio dell' eſecutore,
„ ſtava incaſtrato un gran ferro di cavallo, e con molti
„ chiodi confitto. E gli Egizzij, e i Cartagineſi impron-
„ tavano tante piccole guglie ſopra le lapide Sepolcrali, o
„ ve l' alzavano dattorno, quanti erano ſtati coloro, che
„ il morto aveva di ſua mano uccisi in battaglia, la qual

# SECTIO OCTAVA

## Inſcriptos Lapides continens, poſitos Uxoribus à Maritis, Maritis ab Uxoribus, nec non Dominis à Servis.

### *CAPUT I.*

*In Caſtro Plumatii,*
*In Turri Campanariâ Divi Iacobi;*
*& quam regerit in prin. & in fin. mutilam*
*Reineſius Claſs. Decimaquartâ* CVI.

POST jam viſa Coenotaphia, & à Parentibus poſita Liberis, & à Liberis dicata Parentibus, ſuccedunt quae ſibi mutuò à Conjugibus frequentiùs inſcribi conſuevere, ac proinde, ſicuti penes Gruterum ac Reineſium, ita nos apud, cunctis aliis longè numeroſiora. In his ergo ſibi viciſſim rependendis, caeteris anteunt laudati modo MARCII, hoc in Lapide qui ſequitur, denuò nobis obvii; quippe qui à dicto MARCIO *Macro* per hanc Galliam Ciſalpinam pro Othonianis partibus ſtrenuè dimicante forſan deſcendentes, poſt victos Cremonae tandem Vitellianos hoſtes, perpetuâ impoſterum per hunc Florem Italiae ſtatione requieſcere flagrarint, & dictae ſequenti Inſcriptioni cauſſam dederint:

A pri-

D . M
T . MARCIVS
PAVLLINVS
CREPEREIAE
SABINAE CC
☞ QVI . CVM . VIXI
ANN. V. M. VII
D . A . XX . H . XV
ET . T. MARCIO
SABINIANO . FI
LIO
D . A . X

A primis horum Majoribus propriam duxiſſe originem, gloriabatur Caeſar, praeſertim quum in Iuliae amitae ſuae funebri oratione ajebat : *Ab Anco Marcio ſunt MARCII Reges*, cui conſonat Ovidius:

*Sveton. in ejus Vit.*

MARCIA *ſacrifico deductum nomen ab Anco*;

à duobus enim Regibus emanavit, ſi Numam Regem hîc addamus, è cujus filiâ Pompiliâ, Numae MARCIO deſponſatâ, eundem MARCIVM primum vitae ſpiritum hauſiſſe ferunt, à quo deinceps omnes Marcii genus traxerunt.

*Vrſin. in hac Gent. tab. 2.*

A dignitatibus eorundem, ac muneribus caeteris repetendis me cohibeo, quippe anteacto Capite à Clariſſimo Viro

Viro ſatis expreſſae fuerint, eiuſdemque potiùs numeroſitati, ex hiſce nuperrimis intactae Vetuſtâſtis Memoriis erumpenti, inſiſto:

*Romae, penes ſapientiſſimum ac humaniſſimum D. meum Bellorium.*

M. MARCIO AGATHOPO
CONIVGI. B. M. ET
Q. SERVILIO AGATHOPO
FIL. PIENTISSIMO. FECIT
SERVILIA. LARES. SIBI. ET. SVIS
LIB. LIBERTABVSQ. P. E
H. M. D. M. A

*Penes eundem.*

D ❦ M
L. CAECILIO AQVILIO
EVPORO .·.·.·.·.MARCIA
CHRESSTINA CONIVGI *ſic*
BENEMERENTI CVM QVO
VIXIT ANN. XX. SIBI SVIS LI
BERT. LIBERTABVSQ. POSTERISQ
*ſic* AEORVM

*Romae, repert. ann. 1686. prope Templum olim Herculis, ad ripam Tiberis, in horto DD. de Ceciaporcis.*

SACRVM HERCVL
MAG. VICI. ANNI. II
A. A. MARCI. ATHENODORI
LIB. HILARVS ET BELLO
N. LVCIVS HERMEROS
AEQVITAS MAGISTER
PONDERA AVRARIA ET
ARGENTARIA
VICINIAE POSVERVNT
IDEM TVENTVR
AN-
NO XIX
PRO. PARTE. IN
VNA. CVM MAGISTR
CONTVLERVNT

*Romae, Muſeo Magnino.*

D. M. ACVIA POLLA SO
RORIS FILIAE
BENEMERENTI
FECIT MARCIA
BASILLAE. VIXIT
ANNIS XII

*Extra Romam, Vinea Brunona,*

Q. MARCIVS. Q. L. MAICHIO

*Iannae, penes D. Canonicum de Ferris.*

DIIS MANIBVS
VV AVRELI SEVERI
VIXIT ANNIS XXIII. MEN. V
M. MARTIAE SPE SABINAE
MATRI QV. VIXIT ANNIS
XXXX .·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.
FAVSTVS
CORNELIÆ *ſic*

*E ſched. Vatican.*

D. M. MARCIAE PRISCAE
❦
T. CLAVDIVS PENIGENES
FECIT COGNATAE. B. M
H. V. E. M

H as (ſc. lacrymas) V ovit E jus M emoriae, ſc i Merito.

*Ex*

*Ex iiſdem.*

Q. MARCIVS ∴ DECVRIALIS
NEGOTIATOR COLLEGI PECVRA-
RIORVM
SIBI ET SVIS VIVVS FECIT ET
LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTE-
RISQ. EORVM
H. M. D. M. A

*Ex iiſdem.*

D M
C. MARCI EVHEMERI
C. MARTIVS
SATVRNINVS ET
C. IVLIVS ETRVSCVS
FILI PERMISSV
IVLIAE SEVLECIDIS
MATRIS PATRI
BENEMERENTI
FECERVNT

*Ex iiſdem.*

L. MARCIVS. PHILEROS
MARCIA PHOEBAS

*Ex iiſdem.*

D M
A. FABIVS ONESIMVS. V. F
SIBI ET MARTIAE NYMPHAE
CON. OPT

*Ex iiſdem.*

MARCIA DANAE
EVRYALO
FI-
LIO
SVO SEPVLCRV
M. FECIT

*Ex iiſdem.*

ATTICILIAE
PRENOME MARCI
AE. PESTIS. CVI. DIRA NE
*ſic* GAVIT

*Ex iiſdem.*

D M
SATVRNINO
MARCIA GALLAE
SINE FECIT VERNE
SVO IN FRONTE
P. III. IN AGRO P. VI

*Ex iiſdem.*

CN. OCTAVIO ANTHO
CN. OCTAVIVS PRIMIGENIVS
PATRONO. OLLAM DONAT
MARCIA HELPIS

*E lamina aerea Palotolae*
*Col. prima.*

P. MARCIVS MAXIMILIANVS

*Col. Secunda.*

L. MARCIVS FORTVNATIANVS

*Col. Tertia.*

P. MARCIVS CARPOPHORVS
M. MARCIVS IANVARIVS

Cauſſam ergo nullam, quam ſuſpicabatur amicus meus, unquam nanciſci potui, cur ſub illa inſolenti notâ CC in cal-

calce 5 verſus poſitâ, conjugium ſuum cum tam honeſtâ Muliere tegere debuerit Titus MARCIVS PAVLLINVS eâdem operâ, quâ tempus QVI CVM VIXIT, minutatim adeò deſcribere ſtuduit. QVI CVM, hoc eſt CVM QVA; tantum enim importat τὸ QVI CVM, ac ideo, non mendum in pugillari, ſive erratum in Marmore, ſive tandem barbarè prolatum (ut addebat amicus idem) ſed optimè & eleganter dictum; ſi Voſſium attendamus, in foeminino genere id etiam admittentem; nam in maſculino, res omni prorſus caret ſuſpicione, exuberantque exempla, nedum Antiquorum, Terentii nimirum: QVI CVM *loquitur filius?* Catulli:

Lib. 4. de Analog. pag. 255.

*Paſſer delitiæ meæ puellæ,*

QVI CVM *ludere, quem in ſinu tenere &c.*

Ad Paſſerem. Lesbiae.

Immo Ciceronis: *quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt, cum* QVI CVM *bellum geras tam molli nomine appelpellari?* ſed recentiorum etiam, Tulliani praeſertim eloquii inſtauratoris mirifici, amantiſſimi olim mei, Ioannis Victoris de Rubeis, ibi: *In iis uſus eſt plurimum Roberto Cardinali Ubaldino,* QVI CVM *multas horas traducebat:* alibi: *impenſius quidpiam optabat, quàm ut is,* QVI CVM *omnis ipſi res eſſet*, & ubique paſſim.

primo officiorum.

Ficto nomine Ianus Nicius Erichreus. in Pinacotheca parte 2. pag. 139. &c.

Minutatim dixi, dum non ſatur maritus iſte exprimere ANNOS, Menſes, ac Dies, quibus cum uxore VIXIT, eoſdem Dies in Artificiales & Naturales diſcriminaſſe vult diſertiſſimus Reineſius. A quo ergo poſtremarum trium (quas tamen omiſit ipſe) ſiglarum D. A. X declarationem mihi deducere non denegetur; quòd nimirum aetas quam vixit Titus MARCIVS SABINIANVS FILIVS; non plurium fuerit, quam Dierum Artificialium Decem: ni velimus, eaſdem denotare, eum Deceſſiſſe Anno Decimo, ad quem uſque procraſtinaverit MARCIVS PAVLLINVS hanc Lapideam Memoriam, & uxori, & filio excitare.

In ſua expoſit. ad hunc Lapidem.

*CAPUT. II.*

*E Reineſio, Claſs. decimaquartâ. LXXXI. eadem quam refert Alidoſius, in Eccleſiâ D. Stephani, ſed monſtruosè mutilam :*

pag. 64. 1.

*Bononiæ ſuper Altare S. Nicolai.*

IVLIA AFRODITE QVAE ET IVLIATIA
PIENTISSIMA VIRO SVO VIRGINIO QVI SE VI
VVM FECIT. BENEMERENTI CONIVGI CVM
QVA VIXIT ANNIS XXXVIII. D. N. XXXV.
C. LEONTIVS. ANTIOCHIANVS. MAR
FECIT

EX quo, in fine antecedentis Capitis, nos docuit idem Reineſius, Dies Artificiales à Diebus Naturalibus in hoc diſtingui ac dignoſci, quòd Artificiales hac ſimplici notâ A indicantur, neſcio an inde mihi deducere liceat, quòd ergo D. N. è praeſenti Marmore erumpentes, Dies Naturales ex oppoſito connotare debeant. Memini ſiquidem, me aliàs & alibi obſervaſſe, hanc eandem literam ſimplicem N, annis, menſibus, ſive diebus additam, importare Numerum, ut ex Inſcriptione undecimâ Capitis IX. anteactae Sect. Septimae ſic conceptâ.

CAECILIAE SEMPRONIAE SATYRAE

QVAE

QVAE VIXIT ANNIS NVM. XXIII
ET FVIT IN CONIVGIO ANNIS NVM. V
MENSIBVS N. II. DIEBVS N. XXI &c.

& quae ideo, ferè ac tacitè declaret hanc noſtram Epigraphem, venit ad expoſitionem alterius huic cognatae, quae vigeſimum primum occupans locum in eodem Capit. IX, ſic legitur:

D M
C. PEDANIO VALENTI
F. C. PEDANIVS
THEODOTVS PATER
FIL. DVLCISSIMO QVI
VIXIT MENSIBVS N. X
DIEBVS N. VIII. H. VIIII

Pari modo anceps haereo, cujus nam lectionem in primo verſu ſequi debeam, quum Langermannus, qui Epigramma iſtud communicavit Reineſio, legerit FILIATIA, Reineſius vocem iſtam recoxerit in IVLIATIA, & Marmor ipſum, quod omninò, uti jacet, diligentiſſimè aſpicere volui, habeat FILTATIA, ut infra patet:

IVLIA ʒ ADRODITE. QV.F EI FILTATIA

PIENTISSIM
VIVAM F....
CONIVGI
NXXVIII. ID
ANTIOCH.

Q.VI. SE ʒ
..ERENTI ʒ
IT. ANNIS ʒ
EONTIVS ʒ
...IT



Sed

Sed quicquid oſtendat ipſe Lapis, quicquid immutare placuerit Langermanno, mihi magis arridet cum eruditiſſimo Viro IVLIATIA, non tantùm ob rationem optimam hiſce verbis ab eo adductam: *Vitiosè deſcriptam emendare ad hunc modum placuit. Verſ.* 1. *pro* Iuliatia *erat in ſchedis Langerm* Filiatia. *Iuliatia eadem cum* Iulitta, *cognomen Iuliae in Ferrar.* 9. *Cl. IX. Verſu ſecundo erat* VIRO SVO ∴ VIPIO, *undè rectè puto, exiit mihi τὸ* VIRGINIO. *Vide ad* 3. *h. Claſs. & 322. Claſ. XX*; ſed quia IVLIATIA egregiè conſonat IVLIAE huic, quae fortaſſe, ob nativuam quandam ruſticitatem, ſeu inelegantiam, tale adiectivum à nomine proprio derivatum, quodque in agnomen abiit, in ſe tranſtulit. Sic noſtris vel temporibus, quos admiramur, excedenti proceritate nobis ſupereminere, ſeu à communi aliorum urbanitate inciviliter declinare, in ſpretum quodammodo & per irriſionem, non abſimili attributo onerare conſuevimus: *Pietro, Pietraccio, Giacomo, Giacomaccio*, & ſic de aliis.

Hunc porrò fuiſſe Inſcribentis animum, confirmat tacitè τὸ QVISC. Alidoſii, immo QV F EI praedicti Exemplaris Marmorei, quod quid ſibi velit, ita explicat oppimè Langermannus: QVAE ET; hoc eſt IVLIA AFRODITE QVAE ET IVLIATIA, ſupple vocatur; forma non inſolens in hiſce Monumentis, ut penes Gruterum XVII. 1. DXXI. 9. DCLXXXV. 2. DCCLXXXVII. 7. & quibus omnibus, quae ſequuntur, noviter appendimus:

*Romae, ad D. Sylveſtri in Quirinali.*

D. M. IANVARIO CVI ET CONSTAN
TIO SERVO INNOCENTI
SSIMO
QVI VIXIT ANNIS XVI
CVRTIVS FELIX MIL. COH
XIIII VRB. BENEMERENTI
FECIT

*Romae, in D. Alexii, in pavimento.*

ACCVIA. QVAE
YCHIA SIBI ET
TYCHE FILIAE SVAE
POLI NEPTI ET
TABVS POSTERISQVE EORVM
P. XII IN AGR. P. XIIII

Ro-

*Romae, Hortis Matthaeiis.*

DIIS MANIBVS
TI. CLADIO, TI. F. QVI
VALERIANO
QVI VIXIT ANN. VIIII. MENS. VI
D. VALERIVS EVTICHES
ET SIBI ET
VALERINO SOPHE
CONTVBERNALI

*E ſched. Vatican.*
*Adduct. ſup. Sect. Septima Cap. VIIII.*

D. M. AVR. GENEROSAE
QVAE ET MATRONILLAE &c.

*Ex iiſdem.*
*Adduct. ſup. ead. Sect. Septima Cap. VII.*

D M
FLAVIAE CAPITOLINAE CVI ET PACIAE &c.

*Ex iiſdem.*

L. PERCENNIO LASCIVO
QVI ET MONICVS
EQ. R. KARISSIMO ET INCOMPARBILISSIMO DVLCISSIMO AMANTISSIMO
SVI. L. PERCENNIVS
POLLIO. V. C. PARENS
AMANTISSIMVS EIVS
ET SABINA FELICITAS
MARITO DVLCISSIMO ET INCOMPARABILI COMI
.......................

*E ſched. Zaratin. apud Io: Petrum Caffarellum.*

D M
CORIDIAE Q. F. IVSTAE
FONTEIA QVAE CL
BACCHIS. AVIAE
DVL. FECIT

Et quae formula aequipollet dictioni ſeu alternativae SIVE, de quâ in Grutero pluriès, praeſertim in DCLXXI. 13 AVR. CONSTANTINAE SIVE PALLADIAE MCLXXIX. 14. CANDIDA SIVE MARTINIA: & in Reineſio Claſs. undecima poſt Exc. Spon *Rechèrche des antiquites de la Ville de Lyon.* & Claſs. decimaoctava. XXIV. & ſimilibus, penes me itidem exiſtentibus, & brevitatis cauſsâ omittendis. pag. 101. 3. & pag. 199. 1.

At ſi in ſchedis Langermanni, verſu ſecundo, fuiſſe ſcriptum VIPIO fatetur & ipſe Reineſius (objiciet quiſpiam) quare, hoc eodem retento nomine, vixque unâ variatâ literulâ, non mutare potiùs τὸ I primum in L, ita ut

exeat VLPIO? Sicque totum conferre errorem in inſcium lapicidam, ſeu in indiligentem deſcriptorem, qui I pro L dederit; ex quo ſaepiſſimè L, deperditâ baſi, pro I arripi docet idem alibi, nimirum Claſs. Octavâ xxxi? ſeu quare non potiùs commutare τὸ P in B, ita ut legi debeat VIBIO, quum non rarò P & B alternent, ut in Grutero cccli i. i. ccccxxii. 8. 9. cccclxvii. 2. pleps pro plebs lxi. i. ccccxxxvi. apſens pro abſens clxxxvi. 2. mlxxxiii. 8. apſolutum pro abſolutum, ac alibi per totum illud magnum opus, apſtinenti, apſtulit, opſides, opſtetrix; & è contrà clxvi. 2. cixi. 4. cxcii. i. collabſum pro collapſum. cviii. 2. clviii. 7. obtio pro optio, & ſic de aliis?

Sane (addere poſſet ſuppoſitus hic cenſor) VLPIO Langermanni plus accedit, eique magis adaptatur VLPIVS, ſeu VIBIVS, quàm VIRGINIVS ab inſigni Viro ſuppletus ac ſubrogatus; praeſertim quòd Bononiae VLPIAM gentem nec non VIBIAM floruiſſe colligitur ex Alidoſio noſtro, memorante pag. 72. VLPIAM *Pſychem* mox à nobis exponendam, & pag. 77. C. VIBIVM, cui inſerviunt ac opitulantur, è noſtro Suburbano prodeuntes, VIBIA *Iocunda*, & VIBIA *Calint*, à Maritis itidem ſuâ epigraphe inſra honorandae.

Optimè quidem, ſed non appoſitè, reſponderem ego; nullo ſiquidem hîc eget nomine Inſcriptor noſter, ita ut illud ab VLPIIS à VIBIIS emendicare debuerit, quùm ſatis ſuperque ſuo peculiari ac nativo, à LEONTIIS tracto, appellatus fuerit, debito ulteriùs praenomine atque cognomine aucto. Quicquid igitur à ſummo Viro ſuperadditur, adiectivum quoddam dicitur, ac honorarium epitheton VIRGINII, illibatum Virginitatis florem tum redolentis, quum matrimonii fructus è ſponsâ IVLIA expeteretur: id enim, & nil aliud indicare tale adjunctum, doctiſſimè exponit Reineſius, mirificiſque exemplis, ab eruditione, tum Latinâ, tum Graecâ petitis, id illuſtrat; in cujus ideo obſe-

ſequium ſolummodo haec nuperrima Epigrammata, idem confirmantia, ſubjungam:

*Romae, alicubi.*

AVRELIVS MVCIANVS MISSI
CIVS COHOR. VI. PRAET. QVI VI-
XIT ANNIS
XXVI. MES. VII. DIES VIIII. HORA
VIIII
FECIT AELIA LVCIA CONIVGI VIR
GINIO SVO BENEMERENTI FECIT

*Romae, in agro dicto* della Nonciata, *Cyppus.*

DIONISIO BE
NEMERENTI TH
EAGENES VXOR
VIRGINIA CVM
QVA VIXIT AN
NOS XXVII. ITEM THEAGENES
ET DIONYS FIL
PATRI B. M. FECERVNT

*Ravennae, ad D. Mariae in Coelo Aureo.*

SEX. MARCELLVS SIBI ET
CLO

CLODIAE SIRICIAE VIRGINIAE ME-
AE
CVM QVA VIXI ANN. XIIII. MEN-
SIBVS IIII
DIEBVS VI. VIVI SIBI. POSVERVNT
QVAE PERIT ANNO RO. VI

*E ſched. Vaticanis*

II MATTIA MAXIMINA VIRO IN
COMPARABILI
CVM QVO VIXIT ANN. XV
VIRGINIO INFÆLICISSIMO. M. P.

*Ex iiſdem.*

PRIMIPIVS SE VIVO
SIBI ET ASTEMIAE
VIRGINIAE SVAE
DOMVM PERPETVAM FECIT

CA-

## *CAPUT III.*

*Ex Alidoſio pag. 72.*

Nel Caſamento de'.Signori Fava à Funo vi è queſta Memoria, che fù trovata alla Pieve di Paſtino:

D  M

VLPIE. PSYCHE
CONIVGI. PIENTIS.
Q. V. A. XXIII. M. VII. D. XV
C. THARSIDIVS FORTV
NATVS. Q. BENE
MECVM. VIXT. ANNIS. X
M. R. P

HAec eſt VLPIA PSYCHE illa, quae ad aſſerendam VLPIORVM Sobolem Bononiae ac alibi indigenam,

nam, in anteacti Lapidis expoſitione, caſu quodam & obiter apparens, nunc firmiori hîc ſtatione ſe ſiſtit, de ſui non ſecus ubique copiâ ſuperbiens, ac propriâ ſterilitate minuatur THARSIDIORVM Genus. Ne una quidem horum reperiri datur Epigraphe, ſi modò ea non eſt quam refert Gruterus, TRASIDIVM tamen, non THARSIDIVM repraeſentans, cui VLPIA FELICISS. non VLPIA PSYCHE Titulum poſuit. At quum è contra Gens VLPIA, nos apud Huic THARSIDIAE Matrimonio juncta, à nemine ſileatur, idcirco Inſcriptionibus innumeris, quae de ipsâ habentur, & quarum quamplurimae alibi adductae ſunt, nuperrimas per me ubique itidem collectas conſilium eſt addere; ſicque ab ulteriori, tediosàque forſan diſquiſitione me abſolvere. Sunt ergo quae ſequuntur:

*Romae,*
*in DD. Ioannis & Pauli,*
*in pavimento.*

M. VLPIO PAENONI
O. F. L. VLPIVS
ALEXANDER

*Romae, in Hortis Vaticanis,*

D . M
Q. MAGIVS AESIMVS
DEDI. DONAVI. VIVVS
M. VLPIO EPITYNCHA
NO. ET. SVIS HABITV POSSIDE
RE HABERE CVM SVIS PERMISIT

*Ibidem.*

D ❦ M
M. VLPI . FAVSTI. VIXIT
ANNIS. X. MENSIBVS. V
DIEBVS XVIII
M. VLPIVS ANTAS AEDITVVS
AE-
AEDIS CONCORDIAE FILIIS
DVLCISSIMIS SIBI ET
.:.:. COIVGI FECIT *ſic*

*Romae, in Collegio Germanico,*
*in Coquina, Sarcophagus.*

D ❦ M
M. VLPIO PATERIO
VIXIT. ANN. XXXX

*Romae, prope Arcum Portogalli,*
*antequam devaſtaretur.*

FLAVSVS EVTYCES ET. VLPIA
BRISEIS FECERVNT SIBI ET SVIS
*ſic* FILIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE
SVORVM

*Romae, penes Barberinos.*
*in column.*

AQVIS ALBVLIS
SANCTISSIMIS

affert Spon. in Miſcel. pag 95. ſed mutilam, quum ego quoque exſcripſerim.

VLPIA ATHENAIS
C. LVPTO AVG. LIB. AB EPISTVL *ſic*
LIS. VXOR
LIBENS
D. D

*penes eoſdem.*

D . M
VLPIO FLAVINIO
EQ. SING. AVG. CLARA TVRMA
VLPI MARTIALIS
V. A. XXXX. M. A. XX
VLPIVS SIMPLEX
FE

*Romae, in Aedib. Alteriorum.*

VLPIAE SYNORIDI
TERTIVS. AVG. LIB
TABVLAR
SVMMI. CHORAGI
CONLIBERTAE BENE DE SE
MERITAE F

*penes doctiſs. D. meum Bellorum.*

D . M
VLPIA BASSILIA
T. IVLIO DEMETRIO
*ſic* COIVGI. BENE
MERENTI FECIT

*Romae, Hortis Vrſinis, ad Arcum Neronianum.*

VLPIAE EGLOG
FILIAE SVAE
BENEMERENTI
FECIT POSTERISQVE SVIS

*Romae, Villa Theophila, in Coelio.*

D M
VOLVMNIO IVSTO
VIX. ANN. XXII
MENSIBVS III
DIEB. XVIII
VLPIA NICE
MATER FILIO
DVLCISSIMO
FECIT

*Extra Romam, ad Mauſoleum Helenae, Via Labicana.*

AVREL. VICTORI EQ
SING. TVR. CONSTAN
TINI. NAT. DACVS
ALLECTVS. EX. ALA. IILI
RICORVM VIXIT ANN. XXXXII
MIL. ANN. XIII. VLPIVS
MACERO. ET VLP. MA
TERNVS. DVPL. HERED
B. M

*Extra Romam, in Coemeterio Priſcillae.*

D. M. VLPIAE KAPVENI
M. VLPIVS
FAOR. CONIVGI
KARISSIMAE FECIT

*Ad D. Pauli, extra moenia.*

VLPIVS LECTOR QVIESC
PACE QVI VIXIT AN. XXV
D. XXIII. DEFVNCTVS
D. XV
KAL. APRIL
DEP. XIIII IL

*Ex. Romam, ad D. Agnetis.*

D M
VL. DEMETRIAE
Q. V. A. XXX. M. II. D. VII
GEORGIVS
BENEMERENTI
FECIT

*Ibidem.*

D. M. AELIAE AVG. L. SATVRNIN
AE
VLPIVS ALEXANDER
VXOR OPTVMAE
DE SE MERITAE
VIXIT. ANN. XXXV

*Extra Romam, Villa olim Boſia, nunc Caeſarina, ex. portam Flaminiam.*

M. VLPIO FAVSTO
CL. ARA. EQ. SING. AVG
TVR. PRISCI
MILIT. ANN. XXVI
VIXIT. ANN. XXXXVI
VLP. NOBILISS. DEC
ET. CANVSIVS. TVR. FESTI
HEREDES
BENEMERENTI FECER

*Ex. Romam, in quadam vinea ad D. Sebaſtiani, parvus Cyppus.*

DIS MANIBVS
M. VLPIO. AVG. LIB
APHRODISIO
AMORIANO
VLPIA
CAMILLA
VXOR. B. M.

*Flo-*

*Florentiae. apud Gaddios.*

D. M. VLPIO AVG. LIB
FLORIDO PATRONO
OPTIMO ET BENE
MERENTI
M. VLPIVS PHILETVS ALVMN
M. VLPIVS TELESPHORVS
VLPIA PARAMONE
LIBERT

*Ibidem. apud Ricardos.*

VLPIAE VITALI FECIT CL. TVFI
CIVS FELIX AMICAE SVAE FIDE
LISSIMAE QVAE SIBI MORIENS
FIDEM
SERVAVIT ET SIBI LIBERTIS LI-
BER
TABVSQVE POSTERISQVE EORVM

*E ſched. Vatican.*

D M
M. VLPIO AVG. LIB
CLEMENTI. VLPIA. M. F
CLEMENTINA. FIL
PATRI PIISSIMO FECIT

*Ex iiſdem. Tiburi.*

D M
VLP. MAX. QVI. VIXIT.
ANN. XXXV, M. III. D. XVIII
M. VLPIVS MAXIMVS FIL
PATRI DVLCISS
CVR. ARR
IA. L. F. PACATA. MATRE

*Ex iiſdem.*

D. M. S. VLPIA SECVNDINA
VIXIT MECVM ANNIS. XVI. GA
VIVS MERCVRIVS MARI
TVS FECIT CONIVGI BENE
MERENTI

*Ex iiſdem.*

D . M
STERTINIAE RESTI
TVTAE V. A. VI. M. III. FECIT
VLPIA PRIMA

*Ex iiſdem.*

VLPIAE M. P.
HYGIAE
PARENTES FILIAE
PIISSIMAE FECERVNT

*Ex iiſdem.*

D . M
VLPI AS
ET
*ſic* IL VLPIO
CALO AVGVS
TORVM LIB
ERTO

*Ex iiſdem.*

M. VLPIO
ARACINTHO RETIA
∴∵ HISPANO. P. PRIM
∴∵ ANTIONE PALATIANO
PVGNAVIT ∴ SVP. XI. E
∴∵ XXXIIII

*Ex iiſdem.*

D ; M
VL-

VLPIAE
AELIANAE V
AN. XXII
CHRYSANTHVS
CAES. N. SIBI
CONIVGI PIEN
TISSIMAE FEC

*Ex iiſdem.*

M. VLPIO. AVG. LIB. PHILO
TAE. P. P. VESTIS SCAENICAE
VLPIA VENERIA MARITO
INCOMPARABILI PIETATE HIC
IACET ILLE SITVS. M. FORMOSIOR
VLLO
QVOD MERVIT VERVS MORIENS
QVOT ET
IPSE ROGAVIT
CONIVGI SVAE
GRATAE PRAE
STITIT ECCE FIDES

*E M S. Dom. miei Camelli, Reginae Bibliotecarij. Genazzani.*

D M
M. VLPIO
ABASCANTO
CVSTOS A COM
BENEFICIORVM
FLAVIA PALLA
B. M. ET. CECILIV
FILIVS EIVS SIBI
LIBERTABVSQVE
EORVM

*E MS. Io. Lucii, amantiſs. olim mei.*

D . M
NVSIO VLPIA

FE-

FELICVLA
FILIO
FECIT. B. M

*E ſched. Zaratin. Caſtellin.*

D . M
AELIAE AVG. L. SATRIAE
VLPIVS SATRIVS VXORI
DE SE MERITAE
VIXIT. ANN. XXV

*E ſched. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Fabretti.*

M. VLPIVS AVG. LIB
EVPHROSINVS.
A VESTE VENATORIA

*Ex iiſdem.*

VLPIAE DAPH
CONIVGI KARISSI
MAE QVAE VIXIT
ANN. XVII. DIEB
XII. DEMETRIVS
AVGG. LIB. POSVIT

*Ex iiſdem.*

VLPIAE
RESTITVTAE
PARAMONVS
MATRI DVLCISSIMAE

*Ex iiſdem.*

D . M
ZETHO FRATRI
M. VLPIVS
CALLISTVS
BE-
NEMERENTI
FECIT

*Ex iiſdem.*

.....................
FILIVS HERENNIAE
MARCIANES. P. AELI
SACERDOTI ET VLPIAE
TROPHIMAE COCESSIT *ſic*
DONAVITQVAE LIVER *ſic*
LIBERTABVSQ. POS AEOR *ſic*

*Ex iiſdem.*

D . M
M. VLPIVS AVG. LIB
DOCIMVS TI
VLPIO IRENAEO
FILIO FECIT. ET PRO
PINQVIS EIVS ET LIBERTIS
LIBERTABVSQVE EORVM

*Ex iiſdem.*

M. VLPIVS PHILO
CVLVS  FECIT
VLPIAE
FELI
CITAT. LIB
IDEM

*Ex iiſdem.*

MARVANAE LVPERE
FEMINAE SANCTISS
PIISSIMAE. Q. VIXIT
ANN. CI. MENS. VI
M. VLPIVS L. MARCIANVS
B. M. F

CA-

## *CAPUT IV.*

*Ingens Cubus Marmoreus, grandibus literis Inſcriptus, nunc in Suburbano meo poſitus.*




Gens

GEns altera (poſt jam viſam VLPIAM) ad quam referri, ſeu veriùs in quam verti ac reformari potuiſſe advertebamus incomptam vocem VIPIO Langermanni, eſt VIBIA, cujus quia magnificum Bononiae diximus extare Saxum, illud, ut patet, exhibemus, magnificentiùs etiam ac fieri licuit, in conſpectu maioris ambulacri toties memorati Suburbani noſtri exaltatum. Munus fuit Illuſtriſs. ac generoſiſs. D. Marchionis Achillis de Graſſis, cujus in praedio ad *Samodiam*, per integra ſecula, ſtratum ac inverſum jacuerat inutile pondus, priuſquam, interceſſione humaniſſimi D. mei Comitis Bonaventurae Boſelli obtentum, in priori ac longè amoeniori praediolo meo, vulgò *la Sampiera*, illud primà vice honorificè collocaſſem.

Quò pleniùs in eo inciſa memoratur Gens VIBIA ab Hiſtoricis, eò firmiùs ab iiſdem reticetur VIBRENIA, quae ideo ignorata à cunctis, ſeu praeterita, ex hoc eodem Marmore vix ſemel conſpicienda erumpere geſtit; ubi ex oppoſito, per innumeras, quà Gruteri, quà Reineſii ſe diffundens affinis & conſocia nunc ei VIBIA, hiſce vel ineditis non parùm augetur:

*Romae,*
*ad S. Anaſtaſiam, in latere.*

C. VIBI DONA
FELIX SERV

*Nobis conterminae Ferrariae.*

C. VIBI PRIMI
VALERIA
DVBITATA FILIO
PIISSIMO,
ET SIBI

*Genuae, penes D. meum Can. Ferrum.*

M. LIVIVS F
ANTIGONVS LIVIAE
LIVIA AE. F
CVRATVRA SVA PARIETE MOP
PICTO AB ANGLO TRICHILLAE
IN CIRTIONE VSQVE AD OSTIVM
PI
A VIBIO HABITO L. APR

*Capuae,*
*In Turri D. Benedicti.*

D. M.
CLODIO FLORENTINO CONIVGI
CVM. QVO VIXIT A. XVIII. MEN. XI
DIEB. XXII. VIBIA PODDIA. B. M. F

Re-

*Regii Lepidi.*
*Sarcophag. marmor. cum duab. figuris à latere.*

C. SVLPICIO AGAT
ANGELO ET VIBIAE VI.
BIANAE . PARENTIBVS
SVLPICIA TRIARIA FILIA
ET LVCIVS NONIVS VERVS
GENER

*Oſſunae.*
*In D. Sebaſtiani.*

APOLLINI
AVG
VIBIA TROPHIME
VOTVM ANIMO
LIBENS SOLVIT

*Apud Polam.*

D M
VIBIAE RVFIN. PANTO
NIVS HILARVS. MATRI
PIENTISS

*In Caſtro* del Sangro.

M. VIBIO. CAEPVLO
C. VIBIVS CAEPVLVS FILIVS

*E ſched. Vatican.*

C. VIBIVS VALENS VI
VIR AVG
T. F. I
VX. H-S. XX

*Ex iiſdem.*

D  M

M. VIBIO M. F. CAM
RESTITVTO ALBE
MIL. COH. VI. PR. 7
FLAVI MILITAVIT
ANNIS V. VIXIT. AN
NIS XXII . MESES VIIII *ſic*
D. V. VIBIVS MARCELLI
NVS FRATRI PIENTISSIMO
FECIT

*Ex iiſdem.*

D M
VALERI FELICIS
EQ. R
VIBIA HERMODIA
CONIVGI PIENTISSIMO
FECIT

*Ex iiſdem.*

L. VIBIO L. F. ANI
ASPRO
SEX. T. F. FAVSTINVS
CONIVGI
BENEMER. FEC

*Ex iiſdem.*

DIS MAN
VIBIO EPITYNCHANO
FECIT
A. HELPIS
CONIVGI. BENEMER
ET SIBI ET SVIS POSTERISQVE EO-
RVM

*Ex iiſdem.*

P. CATIENO. T. F.
SERG. FESTO
PVPILLO
VIXIT ANNIS XI
MENSIBVS VI. MARIA. N. F. MODIA

T. VIBI CATIENI
SABINI MATER FECIT

*Ex iiſdem.*

A SVMO. COLVMBARIA. DVA
IVNCTA. L. VIBIVS. ALCIMO. QVEM
SEQVENTVR. POST ME. L. COR
DIVM EVPORVM. ET. CORDIA
TRYPHAENA

*Ex iiſdem.*

D . M
C. VIBIVS FELIX. ET
CLAVDIA AGELE
FECER. SIBI. ET. SVIS
POSTERISQ. EOR. ET
M. IVLIO PAVLINO
AMICO. DE. SE. B. M
IN. FR. P.

*Ex iiſdem.*

VIBIAE MATERNAE
VIXIT ANN. XXVII
M. IIII. D. XVII.
T. MINIVS
LVPVS
FILIAE DVLCISS
ET SVIS

*Ex iiſdem.*

D. M. VIBIAE AGATHE VXORI BE-
NEMEREN
TI. CVM QVA VIXIT ANN. XXVI. C.
VIBIVS
EVTROPVS FECIT

*Ex iiſdem.*

VIBIA SECVNDA
V. A. XXX. H S

*Ex iiſdem.*

LOC
VIBI RVFI
IN. F. P. XX
IN. A. P. XX

*Ex iiſdem.*
*Benevent.*

D . M
VIBIAE PRIMA
E VIBIA SAE *ſic*
CVNDA. PAT
RONAE
B. M. F

*E ſched. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Fabretti.*

M. SILANO. M. L. SYRO
LANARIO
VIX. ANN. XXXV
HOR. VIII
M. VIBIVS. M. L. EPA
PHRODITVS. LEG
C. VALERIVS. C. L. VACE
NVS FECERVNT
SIBI ❦ ET. SVOR

*Ex iiſdem.*

D . M
VIBIVS FRV
TVS. VIBIAE. EV
FROSINAE. CO
NIVGI. B. M. F
*ſic* CON. QVA VIXIT
AN. XXXX

*Ex iiſdem.*

D M
L. VIBIO CHARIXENO

ALVMNO. CALLISTIANVS
AVG. LIB. SABINIANVS
F. SIBI. ET SVIS LIB
LIBERTABVSQ POSTERISQ
EORVM

*E Lamina aerea.*
*Palotolae.*
*Secunda Col.*

C. VIBIVS OCTAVIANVS

*Ter-*

*Tertia Col.*

L. VIBIVS FAVENTINVS
C. VIBIVS SATVRNINVS
M. VIBIVS ANTHIMVS

*Quarta Col.*

C. VIBIVS FAVSTINVS

*E columna noſtra,*
*de qua ſup. Sect. Quinta Cap. IX.*

Q. VIBIVS Q. F. CLAV. NEPTOLE-
MVS GRVM

Conjugali ergo foedere junctus Caius VIBRENIVS, Cai Filius, VIBIAE CAI Libertae IVCVNDae, & VXORI ſuae, SIBI & eidem non ſolùm, hoc Monumentum poſuit, ſed duobus aliis cujuſdam CALINI LIBertis, VIBRENIO ſcilicet (aliquo forſan cognationis vinculo ſibi obſtricto) ET alteri VIBIAE pari conſanguinitatis, ſeu affinitatis nexu cum ejus VXORE VIBIA implicatae.

Et hac retentâ lectione, ſic repleri lacunas omnes, & totum integrari Epigramma poſſe crederem:

Caius VIBRENius Cai Filius
SVAVIS APOLlinaris SIBI ET
VIBIAE. Cai Libertae IVCVNDae
VXORI
VIBRENI. ET. VIBIAE
LIBertae CALINI

SVAVIS, cognomen C. VIBRENIO impoſitum, deductum forſan à dulcedine ſermonis, ſeu à ſuavitate morum, non eſt inſuetum ac novum in editis hucuſque Inſcriptionibus; quandoquidem apud Gruterum habemus DCXLIX. 3. CASSIAM SVAVEM. CI. 5. in Indice tantùm, non in corpore, M. COELIVM SVAVEM. DCCCCLXX. 7. CORNELIAM SVAVEM. Penes Reineſium, Claſs. Sextâ II. CLOVSTRIAM SVAVEM. Claſs.

eadem

eadem ſextâ. II. PLAVSVRIAM SVAVEM. ead. Claſs. xxxIIX. P. SOLONIVM SVAVEM. In Appendice Omiſſorum V. SEXTVM ORCIVM, ſeu PROCIL. SVAVEM; quibus denique è meis collectaneis hae nuperrimè accommodantur:

*Aſulae.*

T
ATILIABVS
MAXIMAE ET
SVAVI ET QVARTAE

*E ſched. Vatican.*

DIIS MANIBVS
MINVCCIAE SVAVIS
P. SEXTILI CAMPANI
VIXIT ANNIS XIII. MENS. VIII
DIEBVS XXIII FECIT TI. CLAVDIVS
SVAVIS
PATER PIISIMVS

*Ex iiſdem.*

L. VESTIARIVS
SVAVIS VIXIT
AN. V

*Ex iiſdem.*

VESTIARIA SEVERA
VIXIT ANNOS XXX
PHARNACES CONTVBERNAE
SVAE BENEMERENTI FECIT ET
L. VESTIARIO. SVAVI. EIVS
VIXIT ANNOS V. ET SVIS

APOL. vox ſecunda in ſecundo verſu, inſolens nec ipſa Antiquis in Epigrammatis, per regiones noſtras praeſertim exiſtentibus; dum Mutinae quatuor, immo quinque eâdem notâ inſcripta viſuntur; & à quibus propterea ejuſmodi truncae vocis, toties repetitae, uſum mutuare haud fuit difficile Inſcriptioni noſtrae, quae à ſui primaevâ origine ad laudatam *Samodiam* poſita, ſicque medium inter Mutinam ac Bononiam tenens, hoc eſt decimo ab utrâque Urbe lapide diſtans, hunc morem ad ſe attrahere potuit. Hinc quo pacto penes Mutinenſes APOL linarem, hoc eſt Sacerdotem APOL linis, indicare hoc ſemiverbum creditur, eodem miniſterium idem apud nos pariter importare non inconvenit: quòd nimirum VIBRENIVS noſter ex iis eſſe potuerit APOL linis Sacerdotibus, qui APOL inares appellabantur, & à quibus fortè non abludit

 haec

haec alia Mutinenſis Inſcriptio, quinque ſupradictis addenda, ſextumque earundem numerum impletura:

C. ALBIVS L. PHILODAVVS
APOLLINARIS SIBI ET
C. ALBIO C. L. INGENVO
LIBERTIS FIERI IVSSIT

Et quae ſi innotuiſſet Equiti Urſato, idem aſſerenti, tutiùs haec verba protuliſſet: *In Modana penſo potere eſſer ſtato lo ſteſſo Apollo, onde in alcune oſſervazioni da me ſcritte al mio erudito amico M. Ludovico Vidriani, Hiſtorico di quella Città ho creduto, che la nota APOLL, quale leggo Apollinaris, in molte pietre da lui nella ſua hiſtoria raccolte, poſſa forſe dinotare il Sacerdote Apollinare.*

Marm. Erudit. pag. 174.

Si quis verò exiſtimet, per eam potiùs indicatum fuiſſe quartum nomen, quod agnomen vocant, hujus VIBRENII noſtri domino additum jure quodam adoptionis, ſeu ob haereditatem ejdem relictam cum onere tales ſibi aſſumendi nomen, equidem haud reluctabor: ſicuti non ibo inficias ſi quis immò putet, aliquam è tribus connotaſſe Civitatibus, queis APOLloniae fuit nomen inditum, & è quâ ſuum primum traxerit ortum hic VIBRENIVS; quòd mihi non minùs arridet, ex quo altum iſtius Gentis ſilentium in Marmoribus, nec non apud Scriptores, eum fuiſſe totaliter exterum, noſtrarumve regionum recentem incolam, arguit.

Secus in VIBIA, quam Latii indigenam ſatis ſuperque ſuperiùs adductae decantant Inſcriptiones, probantque, tum Tribunitiae, tum Conſulares dignitates, quibus jugiter ac ubique eam praeſtitiſſe, demonſtrant Urſinus, ac ejus nobilis illuſtrator & amicus meus, doctiſs. Carolus Patin, in Conſularium Numiſmatum expoſitione.

Porrò quâ viâ è Româ ad nos profecta hîc conſtiterit, novumque inclyti hujus Stipitis germen per noſtros Lares ſe dilatandum reliquerit, ſatis ſupra demonſtratum eſt Sect.

Quin-

Quintâ Capite XI, quapropter eadem nunc repetere fruſtraneum exiſtimo. Sat erit tantae propagationis apud nos effectum indicare in praeſens horum Libertinorum progeniem, VIBIOS olim ſibi dominos ac ingenuos tacitè oſtendentem, & quibus clariùs ac magnificentiùs accedant, & C. VIBIVS VERECVNDINVS Iunoni Reginae Votum Solvens, de quo ſuprà Sect. Quartâ Cap. IX. & L. VIBIVS MARCELLVS Miles COHortis IX. PRaetoriae, de quo dictâ Sect. Quintâ Cap. XI.

De Calinio tandem, in calce omnium ſito, & cujus in Lapide memoratos VIBIAm & VIBRENIum aequè LIBertos appellat Lapis, quid proloquar, non ſuppetit; quum gentis hujus itidem nil reperiatur apud Autores; & Gruterus hoc unum vix nomen fortuitò inter caeteros milites emeritos locaverit:

CCCI

T. CALINIVS MARCELLVS

ſicuti unam vix pariter de CALENIIS obſervo hanc retuliſſe Epigraphem:

DCCCCXXXV. 3

C. CALENIO. P. FILIO
ET PATRONO
C. CALENIVS. DEMETRIVS
E T
CALENIVS. PRIMVS
E T
CALENIA FVSCA
B M
AMICI OPTIM. AVETE
ET. AVETE
FELIX. LAPIS

E quibus mihi non ſpernenda perhibetur ſuſpicandi ratio, CALENIAM & CALINIAM unam ac eandem fuiſſe

Gen-

gentem, etſi unam pro alterâ quandoque uſurpatam, ob facilem lapicidarum non tantùm, ſed & ipſorum paſſim obloquentium conſuetudinem permutandi mutuò E in I, de quo frequenti uſu, quum eruditiſſimè, more ſuo, exemplificet eloquentiſſimus Reineſius Claſs. Primâ LI. pag. 100 ad finem, & aliis locis ab ipſo adnotatis paſſim, ab eo dicta haud repeto, ne aliorum pennis indutus, magnificè me circumſpicere videar. Solùm addam, nullum ſibi magis probatum adinvenire potuiſſe extraneum domicilium Bononiâ, ſub clientela Antoniorum poſitâ, CALINIOS hoſce ſeu CALENIOS, quippe quorum ſtudium erga eundem Antonium tacitè quidem ſed latè teſtetur Dion, in eâ ſibi effictâ declamatione, quâ merita adverſarii Ciceronis tam acriter perſtrinxit, & quam ſummâ cum animi voluptate facilè quondam legerit humaniſſimus Lector.

Libro 46.

CA-

## *CAPUT V.*

### *Ex Alidoſio pag. 76.*

*Ad Arcum Veterem, vulgò* l'Arcovegio; *primo à Bononiâ Lapide.*

D . M
FVRFAN
AE . C . F
PAVLIN
AE
COIVGI
RA . EX
TVISVLA
NIVS . T . L
APOLLO
NIVS

MEns mihi fuerat, priuſquam Epigraphem hanc vulgarem, poſſeſſorem Autographi Lapidei adire, nec non ſolerti inſpectione idem cum hoc exemplo comparare, quum hujus eſſem opinionis, quòd in deſcribendo bis erraſſet Alidoſius: Primò in fine ſecundi verſus, ſeu mavis in principio tertii, permittens ſibi excidere ſiglam I, quò fieret ut τῷ FVRFANIAE nomen gentis, in cognomen FVR FA-

FANAF ineptè evaderet: Secundò in octavo verſu, ubi literam T, quae ibi praenomen eſt, importans TITVS, adeò affixiſſet ſequenti nomini VISVLANIVS, ut conflaretur & exiret indebitè TVISVLANIVS, prout aliàs in ſimilibus non raro uſuveniſſe tranſcriptoribus, ſeu etiam ipſis marmorariis comperimus; ut in TAVRELIO pro T. AVRELIO notat Reineſius Claſs. Prima. VI. non pauca ſimilis errati afferens exempla, in Grutero ab eodem obſervata alibi.

Sed ab hac oculari, quam adornabam, exquiſitione me exemit, meae illicò favens ſuſpicioni, ac haerens ſententiae, quod ſequitur, Inſcriptionis exſcriptum fortuitò quidem, ſed tempeſtivè erumpens è Vaticanis Schedis, eandem ita mihi renunciantibus:

Lib. MS. ſignato ab extra hoc num. 5238.

*Bononiae, in Suburbano Bernardini Bonſignati.*

D M
FVRFANI
AE C F
PAVLIN
AE
COIVGI
RA EX
T. VISVLA
NIVS T L
APOLLONIVS

De hac Gente, Epitaphia nonnulla protulit Gruterus DLII. 2. MCXV. 2. MCXXXII. 7. quibus hoc nuperrimè addendum fit obvium:

*Romae, Ex. moenia, Via Nomentana,*
*Vinea Cinquinia.*

DIS. MAN. SACR
M. FVRIANIVS. M. F. QVIR MARCELLVS

M.FVR-

M. FVRFANIVS. M. F. M. N. VELOX
FVRFANIA VIRGVLA MATER
FVRFANIVS LARISCVLVS
SABINVS
FAC. IN FR P. XIS IN AGR. P. XXIIS

De T. VISVLANIO, quid proloquar non habeo, quum de hac Familiâ, à truci forſan LANIOnis VISV, hoc eſt aſpectu, ſeu veriùs à VISVLA Sarmatiae in Europâ Fluvio, (è quo primum facilè ortum traxit) denominatâ, ſileant Autores, nullaque hactenus, quod ſciam, inſpecta ſit Inſcriptio.

COIVGI dictum eſt in ſexto verſu pro CONIVGI, non ſolùm cum Antiquis qui COIVX ſive CONIVNX quandoque dixerunt, ſedè blandâ quadam vocis etiam decurtatione, ſuaviorique verbi hujus prolatione, quâ ſaepiſſimè ita pronunciatum, & à nobis adnotatum vidimus in Inſcriptionibus hactenus adductis, quibus quae ſequuntur, affines prorſus & cognatae ſe oſtendunt:

*Romae, in Muſeo D. mei Cl. Bellori.*

D M
C. IVLIVS ANNIANVS
COMPARAVIT. SIBI. ET
CARTILIAE FELICITATI
*ſic* COIVGI. ET FILIS SVIS. ET
LIBERTIS LIBERTABVSQ
POSTERISQ. EORVM

*Romae, adinventa anno 1686. ac ad me miſſa à Don Leone Strozzio.*

D. M. S.
AELIAE APHRODITENI
COIVGI. ET
AELIAE MODERATAE FIL.
AELIVS. FESTVS

*Romae, Hortis Alteriis.*

MEMORIAE
ANICI ZOSIMI
*ſic* CVN COIVGI.
SVI. VAL. VICTORIA
*ſic* SIVI ZMARNA
MERENTIBVS
FECIT AVREL. SEC
VNDINVS FRAT
RI ET COGNATAE

*Romae, intra portam Capennam. in Vinea de Marchis.*

D. M.
T. AVRELIVS CALLISTRATVS
EX TESTAMENTO SVO

EMI IVSSIT SIBI ET
THAIDI COIVGI SVAE
EX H-S X̄. M. V̄
POSTERISQVE EORVM

*Ext.Romam,Vinea Morona.*
*Via Appia.*

D. M. T. AEL. DIONYSIVS
AVG. LIB. FECIT SE VIVO
ET AELIAE COLLYTYCENI
COIVGI. SANCTISSIMAE
*ſic* CVM QVEM. VIX. ANN. XXX. SIN
VLLA. QVERELLA. FEMINAE
INCOMPARABILI. ET. AEL
PERSEO. COLLIBERTO. ET LIBER
TIS. LIB. POSTERIQV EORVM

*E ſched. Vatican.*

D M
P. AELIO. AVG. LIB
ERASINO. DVLCISSIMO ET PIENTIS-
SIMO
AEMILIA HELENE COIVX
ET PP. AELII. AVG. LIB
MVSICVS ET HELENVS FILI
FECERVNT. ET SIBI ET SVIS LIBER-
TIS LIBER
TABVSQVE POSTERISQVE EORVM
ITA VT NON LICEAT HOC MONV-
MENTVM VENDERE
VEL DONARE. QVOD SI FACTVM
FVERIT
VTRISQ ARK PONTIFICVM
HS, X̄X̄X̄M N. POENAE NOMINE
INFERT
H. M. D. M. A

*Ex iiſdem.*

D M
CLAV-
DIAE AMMIAE
L. VALERIVS GLYCON FEC
COIVGI KARISSIMAE
*ſic* CON QVA VIX. ANN. XXVIII
MENS. VIII. DIEB. VII. ET SIBI
ET SVIS LIB LIBERTABVSQ
POSTERISQV. EORVM

*Ex iiſdem.*

P. AELIO ANDRONI
MARITO SANC
TISSIMO AVREL
FORTVNATA COIVX
B. M. FECIT. Q. I. VIX. IN
CONIVGIO ANN. XXV

*E MS. Ioannis Lucij.*

LVCIVS BOLVMNIVS SEBERVS *ſic*
SE. BIBO. COMPARABIT. QVI *ſic*
BIXIT. ANNIS XLVIII. MESI *ſic*
BVS VIII. DIEB. XVII. FECIT Ɔ.
CŌIVX. BENEMERENTI. CVM Ɔ
FRATRE TITO FLABIO *ſic*
GOSANDRO. LIB. LIBER. POS

*E ſched. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Fabretti.*

M. S. LVCII. INCOMPARABILI PV-
DICITIAE
ADQVE AMORI
COIVGALI
ANNIAE ALEXANDRINAE. C. F
COIVGI
RELIGIOSISSIMAE
LVCIVS STEIVS AEMILIANVS V. C.

*Ex iiſdem.*

C. IVLIVS BAETRANVS AVG. ...
FAECIT. ET MVCIAE AELPIDI *ſic*
CO-

COIVGI. ET LIBERTIS. LIBER
TABVSQVAE. POSTERISQ.....

*Ex iisdem.*

D . M

IV-

IVLIAE SEVERAE
C. IVLIVS ALEX.
ANDER. COIVGI
B. M. DE. SE. FECIT

In ſeptimo denique verſu RA. EX. lego RA ri, ſeu RAriſſimi EX empli, cujus ſcilicet ſe praeſtiterit FVRFANIA PAVLINA. COIVX. Quandoquidem ſi, eo pacto quo non eſt novum in Iure, *unam per aliam legem exponi ac declarari*, ita liceat unam per alteram Inſcriptionem interpretari, hujuſmodi declaratio expreſsè colligitur è conſimilibus Gruteri Lapidibus, id ad literam perhibentibus in LXIII. I. CLXVII. 12. DCCLIII. 5. DCCLIIII. I. DCCCIIII. 9. & è Reineſio Claſs. Decimâ LXXIV. XCIII. quibus è noſtris Schedis, praeter viſum paullò ante pag. 424. col. 2. & alios fortaſſis alibi, è ſched. Vatican. hunc jungimus:

*E ſched. Vatican.*

IVLIAE
STRATONICAE
SACRVM
Q. VENONIVS
BENEGESTVS
CO-

CONIVGI CARISSIMAE ET
RARISSIMI EXEMPLI
CVM QVA VIX. AN. XXXIII
DE SE. B. M. F
ET SIBI ET SVIS
POSTERISQVE EOR

Phraſim denique ſui exemplo approbante, & rivos claudente Quintiliano, qui conjugem & ipſe, RARISSIMI EXEMPLI vocitat. Declam. 16.

## CAPUT VI.

*Ex Antiquario P. Magiſtri Ferrarini Regien. ſub Bononiâ pag. LX.*

In S. Michele in Boſco.

CAECILIAE.PROFVTVRAE.P.VETIVS
VICTOR.VXORI.RARISSIMAE.V.F.

*E Reineſio, Claſſ. Decimaquarta* XXXVII.

*Bononiae, in aede D. Stephani.*

Leg. TERTIAE
L. EVHODVS
vel EVPORVS

CALVEDIAE. VETTIAE
L. CALVEDIVS. EVDOPVS
CONIVGI. INCOMPARABILI
CVM. QVA. VIX. ANN. XI,

AMborum hujuſmodi Epigrammatum, hactenus ignoratorum, notitiam debemus Reuer. Patri Ferrarino, primo verè repertarum ubiquè Inſcriptionum Collectori ſolertiſſimo, nec non Reineſio, unico hucuſque Gruteriani Operis amplificatori mirifico. Horum inquam beneficio memoratorum aliàs à nobis, & CAECILIORVM in CAECILIA *Maximina* de quâ paullò ante, & VETTIORVM, in P. VETTIO *Perenni Carnutino*, de quo alibi actum, non ſecus in Urbe noſtrâ creſcit propagatio, ac eorundem ubique locorum, ſed Romae praeſertim, & in hucuſque ſpar-

Ante Gruterum, immo Appianum, ipſum, Amantium, & caeteros anteriores.

Sect. Septima Cap. IV.

ſim

ſim adductis, & in hiſce nuperrimis Antiquitatis verendae rhapſodiis multiplicatur recordatio:

*Romae, penes Forum Boarium, in quadam arula.*

D . M
CAECILIAE PRECVLAE
NATIONE HISPANA
VIXIT ANNIS XXXX
P. AELIVS MENOPHILVS
FECIT

*Extra Romam, ad D. Pauli.*

Q. CAECILIVS
CERDO SAGARIVS
FECIT SIBI ET
CAECILIAE COSMIAE
L. COGNATAE CONIVGI
DE SE BENE MERITAE

*Neapoli ad Divae Crucis.*

D . M
CAECILIAE LIBERALI
CONIVGI PIENTISSIMAE
AC DE SE BENEMERITAE
Q. GRANIVS EPAPHRODITVS

*Aquileiae.*

CAECILIA. Q. L
CINNAMIS
DIDIAE. LAVRIDI
DELICATAE. SVAE. ANN
NATAE. XXIV

*E ſched. Vatican.*

P. CAECILIVS ELPIDIVS
VI VIR. AVG
CALCVLATOR
OSTILIAE. ILENE. VXORI SVAE

In Gente CAECILIA

*Ex iiſdem.*

D . M
SEX. CAECILIO. QVIETO. FILIO
DVLCISSIMO
QVI. VIXIT. ANN. XIX. MENSIBVS.
XI. D. V. ET
CAECILIAE. SECVNDAE. CONIVGI
KARISSIMAE
QVAE. VIXIT. ANNIS XXI. MENS.
VIII. DIEB. ET SIBI
ET. SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQ. EORVM

*Ex iiſdem.*

*Fragmentum Cyppi &c.*

D . M
Q. CAECILI
BENIVOLI
AMICI
..............

*Ex iiſdem.*

CAECILIAE Q. L. EVPOSIAE
CAECILIAE. Ɔ. L. MACARIAE
Q. MINVCIO. Q. L. SALVITTONI
C. IVLIO. Ɔ. L. TYRANNO.
CAECILIAE. Ɔ. L. IRENE
FECIT SIBI ET LIBERTIS. LIBERTABVS
SVIS POSTERISQ. EORVM

Ex

*Ex iiſdem.*

D . M
CAECILIAE. SYNETE
D. CAECILIVS
SELEVCVS
CONIVGI BENEMEREN
FECIT ET SIBI
ET SVIS. LIBER. LIBERT
POSTERISQVE EORVM
IN FRON. P. X. IN AGRO. P. X

*Ex iiſdem.*

C. CAECILIO C. L. HILARO
SVAVITTIAE P. L. MACARIAE
C. CAECILIVS. C. C. Ɔ. L. PVDENS
ET SVAVITTIA. Ɔ. L. GLVCINNA
FECERVNT. PATRONIS. ET
SIBI ET SVIS. ET
Q. LAELIO EROTI

*Ex iiſdem.*

D. M. A. CAECILI. RESTITVTI
VIX AN. XXI
M. CLODIVS RESTITVTVS
ET CAECILIAE ITALIAE
FILIASTRO
BENEMERENTI
FECERVNT

*E ſched. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Fabretti.*

D . M
POMPVSIDIAE
EVTYCHE
VXORI OPTIMAE
FECIT. T. CAECILI
VS PHILOXENVS
SVRVS. SI. LIB. ET. SIBI. ET
SVIS LIBERTIS LIBERTA
BVSQ. POSTERISQ. EORVM

*Ex iiſdem.*

Q. CAECILIVS
Q. F. RESTITVTVS
VIX. ANN. XX
CAECILIA. IVCVNDA
FILIO FECIT

*Ex iiſdem.*

CN. CAECILIVS
CN. L. ZETHVS
VIX. ANN. XL

*Ex iiſdem.*

CAECILIVS. Q.
L. ALEXANDER
ET L. MALCONII
L. MAHES. IN
FRON. P. XIII. IN
AG. P. XVI

*Ex iiſdem.*

CAECILIA ZOE HELPI
DI MATRI
B. M. P

*Ex iiſdem.*

D . M
C. CAECILIO C. F. PALATINA
PLOTINVS AVGVR
CAECILIAE ET LVCIAE
CONIVG. SANCTISSIM
PIISSIM. ATQVE FIDELIS
FECIT ET SIBI

*Ex aerea Lamina Palotolae. ſub Colum. prima.*

L. CAECILIVS MAXIMVS

Ro-

*Romae, in Tranſtiber. in domo cujuſdam barbitonſoris.*

A. SAVFEIVS. Ͻ. L. ASPHALES
FECIT SIBI ET
TERTVLLAE SAVFEIAE
PATRONAE SVAE. ET. VETTIAE SE-
CVNDAE
CONTVBERNALI SVAE
LIBERTIS. LIBERTABVSQ. SVIS
POSTERISQ. EORVM

*Piſauri.*

VECTIA Ͻ L
HOSPITA
IN. FR. P. XII. IN AGR. P. XIII

*Placentiae, in Abbatia Claravallis.*

C. VIBVLLIVS. AR
RENIVS VETTIVS
V. C. ET. C. VIBELLIO
ARRENIPVS
C. V. FILIVS

*Oſſunae, in templo S. Sebaſtiani, in columna*

L. VETTIVS. C. F. SERG
CENTVR. LEG. XXX
IIVIR ITERVM
CEC. IVL
SACRVM DAT

*Sulmonae.*

SCOLPENI. VIX. ANN. XI. VETTIA
NATALIS. VETTIA. PRIMA ∴∴∴∴
FATO CRVDELI SI QVA EST ERE-
PTA PVELLA
CERTE EGO QVAE DOMINAE CA-
RA PVELLA FVI
QVE ME OMNES ARTES DOCVIT *ſic* — In Gente VETTIA.
DOCTISSIMA CVNCTAM
MEA RAPTA SCOPE NVNC TEGOR
HOC TVMVLO

*Sancti Angeli in Vado.*

L. VETTIO L. F. STEL. STATVRAE
XI VIR. STIL. IVD. TRIB
MILIT. LEG. II. AVG. QVAESTORI.
PROVINC. NARBO
NENSIS. TRIB. PL. PRETORI, IIII VIR
QVINQ. I. D
PATRONO MVNICIPI. DECVRIONES
EX AERE CON
LATO OB PLENISSIMA MERTA EIVS
QVOD PRIMVS
OMNIVM CVM QVINQVENALIS ES-
SET ANNVVM EPV
LVM MVNICIPIBVS SVIS DATVRVM
POLLICITVS

*E ſched. Vatican.*

M. VETTIVS MARCELLVS EROC.
AVGVSTORVM
ET NEVIDIA C. F. PRISCILLA MAR-
CELLI. S. P. F

*Ex iiſdem.*

L. VETTIVS NYMPHIVS
AVRIFEX. V. A. XVII
ET TE SANCTA PRECOR LEVITER
SVPER OSSA RESIDES
SENTIAT VT PIETAS PREMIA
QVAE MERVIT
ET QVICVNQVE SVIS SINCERE PRAE.
STAT HONOREM
FELICEM CVRSVM PERFERAT AD
SVPEROS

Ex

*Ex iiſdem.*

VETTIA
PRISCA
MATER. V. A. XXI
VETTIA
PALLAS
FILIA ..........

*Ex iiſdem.*

T. VETTIVS L. F
POL. AEDILIS

VETTIA T. F. SECVNDA
VXOR FECIT

*E ſched. Illuſtriſ. ac Reverendiſ. Fabretti.*

D . M
VETTIAE SOZVSAE
VIXIT ANNVM
MENSIB. III
FECIT
VETTIA
DIOCILA

Quanquam enim in altero è duobus adductis à principio Lapidibus noſtris, VETTIA, nomen ſit non cognomen, quid impedit quin priùs nomen fuerit, in cognomen tum verſum, & pro cognomine retentum ab hac foeminâ, cùm in viri ſui traducta poteſtatem, ab eodem CALVEDIAE ſibi nomen aſſumpſit, quaſi duobus gentilitiis nominibus inſigniri meruerit? Sanè duplici nomine gentilitiò quandoque dotatas inceſſiſſe mulieres, oſtendere poterit Gruterus ac Reineſius, & à quibus hae non recedant:

*Romae, in D. Silveſtri Theatinorum.*

PRECARIO
A MARCIA
REPENTINA
C. IVLIVS PHI
LETVS. POSV
IT IVLIAE LARC
IAE. F. SVE. V. A. I. M. XI

*Romae, in Vinea Matthaeiorum.*

NEVIAE. M. L
ANTONIAE RVFINAE. C. M. F
DOMINAE ET
MATRI
INCOMPARABILI
NEVIA
ANTONIA
RVFINA. C. F

*Extra Romam in nupera Vinea Alteria, Ad D. Crucis in Hjeruſalem.*

OSSA
OPIMIAE DIONISIAE

Ex-

*Extra Romam, extr. portam Tiburtinam, in Vinea Michael. Charon.*

DIIS MANIBVS
IVLIAE VICTORIAE
T. CLAVDIVS
AVG. LIB. FAVSTVS
A COPIIS. MILITARIBVS
CONIVGI. ET. SIBI

*Extra Romam, Via Nomentana, in muro cujuſdam Vineae.*

D . M
LICINIAE
SEXTILIAE
EPIVS. ISAVRI
CVS MARITVS

*Ravennae.*

AVRELIAE ANNIAE
VIX. ANN. XXVI
M. AVR. IVST
PARENT. B. M. P

*Mutinae.*

D . M
VRANIAE APVLIAE
VRAN. DRACO
PATRONAE OPTIMAE. B. M

*Oſſunae.*

OPTATVS
CALPVRNIAE VARIAE
FILIVS LEG. XXVIII
HIC SITVS EST

*E ſched. Vatican.*

L. CORADIVS POSSIDOMIVS
FECIT SIBI ET SVIS
ET
ET CAETRONIAE PROCVLAE PO-
STERISQ
*ſic* EORVM QVI HOC DIE VIVERANT
QVO DIE TITVLVS SCRIPTVS EST

*Ex iiſdem.*

AVRELIVS BELLIVS
ET AVRELIA AQVILIA
SIBI ET SVIS LIBERTIS
LIBERTABVSQVE POS
TERISQVE EORVM
FECIT
H. M. H. N. S

*Ex iiſdem.*

AVRELIAE SALVIAE
THEODORAE. H. E
PATRONAE PRAESTANTISSIMAE
AVRELIVS ALEXANDER

*Ex antiquario P. Ferrarini, pag. XXVI.*

GAVIA. C. F. IVLIA. VIVA. SIBI. FE-
CIT. ET. M
AVRELIO. CRISPINO. FILIO. Ɔ. LVII

*E ſched. Barberinis.*
*In Ocriculi ruinis.*

IVNIAE LIVINEIAE
PRISCILLAE
M. LIVINEIVS. IIVIR
OCR. P. LIB. OB. MER. E
PVBLICE

*E ſched. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Fabretti.*

D . M
M. RAECIVS ROSCIVS
CLAVDIANVS SICVLVS
SYRACVSANVS
HOMO BONVS ET PIVS VIXIT
*ſic* ANNIS LXXIV. DIEB. XLIII. CLODIA
ROSCIA F. F. PIO PATRI

Sed ut ad VETTIAM revertatur ſermo, hanc non ſolùm vertit Reineſius in TERTIAM; ſed etiam virum ejus EVDOPVM ( quem Lilius noſter vocat EVDOXVM ) commutat in EVHODVM ſeu EVPORVM, annuentibus hiſce tam ſcitè ſubrogatis ab ingenioſiſſimo viro nominibus, quae ſequuntur, Coenotaphiis, è meis ſchedis deductis:

*Romae, penes Macaranos.*

DIS MANIBVS
IVLIAE BONISIAE
VIX. ANN. XXXV. FECIT
EVHODVS CARISSVMAE
CONIVGI BENEMERENTI

*Extra Romam, Via Praeneſtina.*

COELO AETERNO
TERRAE MATRI
MERCVRIO MENESTRATORI
SACRVM
POSVIT
L. OCTAVIVS. L. F.
VERVS ET
OCTAVIA EVHODIA
MATER

*Extra Rom. Vinea Brunona.*

D M
EVO-
DO FRATRI
ET F. THYCHENI. MAT
LELIVS
MERENTIBVS
FECIT

*Romae, apud doctiſs. Bellorum. Adduct. ſup. Sect. Octava Cap. I.*

D M
L. CAECILIO AQVILIO
EVPORO ∴ MARCIA &c.

*E ſched. Vatican. Adduct. ſup. eadem Sect. Octava, Cap. IV.*

A SVMO COLVMBARIA DVA
IVNCTA L. VIBIVS. ALCIMO. QVEM
SEQVENTVR POST ME L. COR
DIVM EVPORVM &c.

Ego in ſimilibus permutandis vocibus, meam fateri cogor animi debilitatem, inde verè emanantem, quòd debitâ haud vigeam mentis perſpicaciâ, neque cunctorum nominum calleam notitiam, ut tanta ac talia audeam. Humi repo, atque primo verborum ſonitui, quoquomodò ea derivari valeant, acquieſco: Quapropter ſi; exempli cauſsâ, haec mihi occurrat Inſcriptio:

Claſ. Vndecima CIV.

OSSA
TERENTIAE HIRE
SALVIAE &c.

ne-

nequaquam cognomen HIRE recoquam ego in HIRENE, ſed HIRE ibi ſcriptae mordicus haerebo, ex quo reperitur alibi HIRA Rex Thiti, HIRA urbs maritima &c.

Si haec altera fiat obvia:

P. CRITONIVS
P. L. HILVS &c. Ead. Claſ. Vndecima CXIIX.

HILVS non vertam ego in PHILVS ſeu PHILarVS, ſed perſiſtam in HILVS, utpotè facilè derivandus ab HYLLO Herculis filio, ab HILA ejuſdem Herculis comite, ab HYLLA regione Ponti, praeſertim quòd Gruterus CCCXXXIX. 5. exhibet HYLLVM Medicum.

Si ſubdatur quae ſequitur:

D . M Claſ. Decimquart. LVII.
CREONITAE PROCILLAE
CONIVGI SANCTISSIMAE
MVNDVS MARCELLINVS

in CREONITAE locum minimè ſubſtituam CRITONIAM neque in locum MVNDI, MINDIVM vel MVNIVM quotiens reminiſci ſubeat CREONTIS Thebanorum Regis, nec non MVNDI conſtupratoris Paulinae in Templo Iſidis. Ioſeph. Hiſtoric. lib. 18 cap. 10.

Si haec adjiciatur: Ead. Claſ. Decimaquarta. LXII.

C. ENNIAE. P. RVBRIVS. CELER
VXORI CAR.

haud mihi vice ENNIAE arridere unquam poterit SENNIAE, ſeu cum Glandorpio SIMIAE, ſed arridet ENNIAE ob ENNIVM Poetam, ſeu ENNIVM Grammaticum, huic praeſertim nomini favente Grutero: DXL. 7. DCCCCLXXIII. 3. & ſimilibus.

Si denique (caeteris ſuperſedendo ne exemplorum nimie-

mietate moleſtus fiam) infraſcripta proponatur:

Ead. Claſ. Decimaquarta CXXVII

D. M

POMPEIAE HELPIDIS

LICIN. ISMARIVS

ISMARIVS haud legam ego IANVARIVS, ex quo ISMARII nomen provenire potuit ab ISMARA urbe Armeniae, ſive ab ISMARO monte Thraciae.

CA-

## CAPUT VII.

*E Reineſio Claſſ. Decimaquartâ* CXXXIV.

*In Suburbano Bononiae.*

D M

SEPTIMIAE. CRESCENTIAE
CONIVGI. INCOMPARABILI
QVAE. VIXIT
ANNOS
XXXX

*Ex Alidoſio pag. 73. 5.*

In Caſa del Sig. Codibò.

D . M
FONTEIAE. FAVSTILIAE
BOIONIVS. EPAPHRODITVS
CONIVGI. SANCTISSIMAE
FECIT. ET. SIBI. ET. SVIS
POSTERISQVE. EOR

MIrabitur fortaſſe quiſpiam, quòd in recenſendis anteacto Capite Lapidibus, foeminas exhibentibus, quae duobus gentilitiis gaudent nominibus, hos binos ejuſdem

dem cenſus, eò magis propalandos omiſerim, quòd in agro noſtro quondam reperti, nedum caeteris inſeri, ſed iis etiam anteferri debere videbantur. Sed evaneſcet admiratio ſtatim ac conſtiterit, in utroque eorum neutram mulierum hoc duplici ſuppoſito auctam ſe vidiſſe nomine. Non SEPTIMIAM CRESCENTIAM, quia non ſolùm anceps haereo, nunquid CRESCENTIORVM nomen ſit gentilitium, ſed quia pariter Lilius noſter in ſuis ſchedis, in Vaticanâ aſſervatis, hunc eundem Lapidem ſe à quodam librario acquiſiiſſe, ac in ſuo ſuburbano collocaſſe admonens, eam non CRESCENTIAM, ſed CRESCENTINAM vocat, eidem lectioni aſſentientibus Patre Ferrarino in ſuo Antiquario pag. LX. & ſchedis Vaticanis in volumine ſignato 5326. pag. 19.

Lib. Signat. 5238. pag. 5.

Non FONTEIAM FAVSTILIAM, quia nullibi memorata reperitur haec Gens FAVSTILIA; quapropter non injuriâ exiſtimem erraſſe, more ſuo, Alidoſium, ac FAVSTILIAM pro FAVSTILLA dediſſe. Cognomen eſt iſtud, non nomen penes vel ipſum Gruterum, bis id demonſtrantem in *Saluidiena* FAVSTILLA DCLXIII. 5. in *Claudia* FAVSTILLA. MCXII. 9. & nuperrimè in MSS. Vaticanis ita habentibus:

CORNELIA. L. F.
FAVSTILLA.

Quoad FONTEIAM Gentem, Svetonius, cui non adverſatur Cicero ſuâ & ad Atticum, de FONTEIO quodam ſic loquitur: *P. Clodius ad expellendum ab Vrbe Ciceronem, plebeio homini, atque etiam natu minori in adoptionem ſe dedit.* E quibus verbis conjicere licet, vel de ſui induſtriâ plebejam fuiſſe hanc Gentem. Quicquid ſit, FONTEIAM noſtram à FONTEIS potiùs proceſſiſſe reor, quorum fidei, conſilio, atque virtuti adeò ſe credidit M. Antonius, ut praefecturam ſuae claſſis maritimae P. FONTEIO *Capitoni* com-

in Tiber. lib. p. Cap. 17. & 18.

commiſerit: quod innuere ſatis videtur argenteum hujus Gentis numiſma, in meâ pariter numariâ penu aſſervatum, cujus in poſticâ parte navis, emiſſis remorum pedibus, expanſiſque velorum alis, movetur ac vehitur. Non enim à veriſimili abhorret, horum FONTEIORVM quempiam, fidum magni hujus Triumviri aſſeclam, ad tempus aliquod Bononiae, patrocinio tanti Herois commendatae, degentem, ut partes quodamōdo mediatoris, ſeu internuncii inter patronum & clientes ageret, apud nos remanſiſſe, ac inde germen ſuae Gentis, à quâ poſtmodum prodierit, ut ajebam, FONTEIA noſtra, reliquiſſe.

BOIONII tandem, quem huic CONIVGI Titulum poſuiſſe cernimus, ſi denominationem ſcrutamur, ex quo nunquam auderem ego eam derivare ab Urbe noſtrâ, tunc BOIONIA dicta, quum Gallorum BOIORVM prima Sedes ac Metropolis extitit, ita appellatam fuiſſe dicam à BOION, oppido ſive Cyrenes ſive Doridis in Greciâ, de quibus Plinius: Si verò nobilitatem quaerimus nulla expetatur eâ ſublimior, quam eidem tribuunt Spartianus & Aurelius Victor, aſſerentes, tali nomine conſperſum inceſſiſſe Antoninum Pium Imperatorem.

Lib. 5. cap. 5. & lib. 4. cap. 7.

pag mihi 296 in prim. pag. mihi 616. col. 2.

At ſicuti non benè olentis quandoque ejuſdem nominis rara apud Gruterum reperitur mentio, ita crebra, ex oppoſito, penes eundem cognominis EPAPHRODITI, quod venuſtatem & leporem redolet, invenitur repetitio, adductis aliis, nec non hiſce per me collectis Inſcriptionibus roboranda:

*E ſched. Vatican.*

D. M.
Q. LVCRETI
EPAPHRODITI
LVCRETIA BONI
TAS PATRONO
B. M. F

*Ex iiſdem.*

D. M.
AELIAE FELICVLAE
T. AELIVS EPAPHROD
ITVS CONIVGI BENEMERENTI FE
CIT

*Ex*

*CA-*

## *CAPUT VIII.*

*E Grutero, Pag. DCCLXXII. 3.*

*Via Caſſia.*

CLAVDIAE VENERIAE
A. GELLIVS. A. F. DVM
SECVNDVS
BONONIA
FECIT. ET. SIBI
IN. FR. P. VI. IN. AGR. P. IX.

*Fragmentum Marmoreum,*
*mihi dono datum. ab humaniſs. Viro D.* Bianco de Negri,
*Canonici olim germano fratre.*

MEMORIAE
CLAVDI. AGRESTIS ET
CLAVDIAE. ROMANAE PAREN
TVM ET NICEPHORI FILI CLAVDI
ANVS. ET LITE. FECER

NObiliſſimum CLAVDIORVM Genus, Bononiae pariter copioſè propagatum, nos apud etiam Seviratus quondam munere, atque non ſemel militari laude claruiſſe, agnovimus ſuprà Sect. Quintâ Cap. XV. & XVI. quapropter, ut conjugii cum CLAVDIA VENERIA, inclytâ belligerorum hujuſmodi noſtrorum Sobole, non immerentem ſe oſtenderet A. GELLIVS SECVNDVS, neque

de

de ipſius matrimonio ritè dici poſſet, quod de quadam ſuae Gentis foeminâ, GELLIA inquam, nuptâ tandem, Martialis cecinit: Lib.5. epig.

*Dum proavos, atavoſque refers, & nomina magna:*
*Dum tibi noſter Eques ſordida conditio eſt:*
*Dum te poſſe neges, niſi lato, GELLIA, clavo*
*Nubere, nupſiſti, GELLIA, ceſtifero;*

non ſolùm Uxoris hujus conterraneum ſe aperuit, BONONIAE ortum ſuum jactitans, ſed militarium quoque Inſcriptionum more, Tribum, cui eadem BONONIA adſcripta fuerat, adjecit. Tribum inquam adjecit, quum valdè dubitem, DVM, in calce ſecundi verſus à Grutero appoſitum, eſſe hoc loci mendum, vice LEM, hoc eſt LEMoniae Tribus, ineptè intruſum, non diſſimili errato, quo eundem Gruterum, cvidam militi Bononienſi Tribum aptantem, hanc TEM pro LEM, ſuprà eadem Sect. Quintâ Capit. XI. perperam nominaſſe advertimus.

In hunc ſcopulum non aſſecutae, ſeu à recto detortae Tribus, quandoque impegerunt vel ipſi majorum gentium Antiquarii: Non inquam Mutinenſis Hiſtoriae Autor, qui in hoc prae caeteris recenſito Lemmate:

D . M
P. VETTIO
P. F. CAM. SABINO &c.

τὸ CAM. quod CAM illam Tribum importare liquet, legit CAM illo SABINO: Non ſolùm *Illuſtrator Epitaphiorum & Numiſmatum Antiquorum*, exponens paſſim per totum illud Opus Tribus VOLtiniam, VOLeſium: VELlinam, VELitem: PALatinam, PALmenſem: FABiam, FABium; ſed melioris notae recens Interpres; qui oblitus quaſi praecepto alibi ab ſe tradito, artifices nimirum, ſeu officinatores, in Inſcriptionibus quandoque, more militum, nativam ſibi apponere conſueviſſe Civitatem,

MALACAM, Hiſpaniae urbem notiſſimam, de quâ vel ipſe Gruterus LVI. 6. DCCCLXXII. 8. & alibi, ac proinde hujus FABRI fortaſſe patriam, in hac quae ſequitur Epigraphe:

Claſ. Vndecima LXXXIX.

T. FLAVIO. LARGONIO
HEROTI. MALACA. FABRO &c.

interpretatus eſt LEMONIAM, *tribum inquam*. Quid enim habet MALACA cum LEMONIA, ita ut in LEMONIAM commutata, Tribum referat? Et cur LEMONIA ſic ſuppoſita, poſt cognomen locum ſibi vindicaſſet, quando nunquam nec alibi, quàm inter nomen & cognomen Tribum collocari nemo eſt qui ignoret? Etſi Romae meis temporibus, Vir doctiſſimus, ac in caeteris oculatiſſimus, PVBliciam Tribum in quodam Lapide memorari ſibi ſomnians, eam poſt cognomen ineptè locaverit, ac propterea à doctiſſimo *Aquarum & Aquaeductuum, Columnae Trajanae, Emiſſarii Lacus Fucini*, & ſimilium aliarum egregiarum operum editarum, & in dies edendarum Autore, lepidè non minùs ac ſcientiſſimè ita ſe morderi ſenſerit:

*Mi parve, che il titolo raro di PVBLICIVS AVGVRVM nell' Iſcrizione che legemmo in caſa di N. N. ſi confaceſſe bene con le altre rarità di quel ſuo Muſeo, e così diſſi, poterſi intendere le note di eſſa: PVB. AVG.*

D M
HELIO. AFIN
PVB. AVG
SEXTIA. PSYCHE
CONIVGI. B. M

*Mà perchè egli non gradì punto la mia interpretazione, anzi francamente mi correſſe, pronunziando, doverſi leggere* PVBLICIA (*cioè della Tribu di queſto nome*) AVGVRI, *io non mi acquietando a tale ſentenza, appellai al Tribunale del Gru-*

*Grutero, e queſti* de plano *rivocò il torto fattomi dall' amico; nè ſolamente hebbe per probabile, mà conobbe per certo il miniſterio da me dato al detto Helio Aſiniano, perchè così appunto egli s' intitola nell' epitafio fatto a nome ſuo, e dell' iſteſſa Sextia Pſiche ſua moglie, a Vivenia Heliade lor figlia, rimettendomi al ſottopoſto epigramma, ch' egli regiſtra alla pag.* MLXXVII. 7. *e che ſtà ſcolpito originalmente nella Vigna di Papa Giulio III.*

DIIS MANIBVS SACRVM
VIVENIAE. L. F. HELPIDI
VIXIT. ANNIS. XVI. MENSIB. VI
FECER. HELIVS AFFINIANVS PVBLICV
AVGVRVM. CVM. SEX. PSYCHE CONIVGE
FILIAE. PIENTISSIMAE.

*Non eſſendo però facile ad ogni controverſia, ſopra l' intelligenza delle note, di trovare un caſo ſeguito al modo di Venezia, che le porti deciſrate, e* per extenſum, *m' hà ſoggiunto, ch' io avviſi quel Signore a contentarſi di laſciar correre qualche libertà dell' altrui ingegno, quando ben anche egli non vi accomodaſſe il ſuo purgatiſſimo giudicio; perchè il campo è largo, il dubitare è facile, & il decidere è pericoloſo; ſuccedendo tal volta contro il volgar prouerbio (come ſi è veduto in queſta occaſiane) che sà più il pazzò in caſa d' altri, che il ſavio nella propria.*

*La cagione poi, per la quale io non habbia creduto per luogo a propoſito della Tribu, quella nota* PVB. *dell' iſcrizione, ſi è per non hauer mai veduto (ch' io mi raccordi) porre la medeſima in ultimo, ſe non dove i nomi non hanno doppo di ſe nè cognome, nè agnome, nè altro ſecondo nome* ex lege adoptionis. *Dirò più chiaro, che la Tribu ſuol riporſi tra'l nome e'l cognome, ò ſia agnome, ò ſecondo nome addottivo. Secondo la qual legge nel caſo noſtro, ſi ſarebbe detto*: HELIO PVBLICIA AFFINIANO, *e non mai* HELIO AFIN. PVB. *Mà nè pur di ciò ardiſco di far regola, per non eſpormi alla riprenſione*

*ſione di un parlar troppo riſoluto, e dogmatico, che non admetto di buona voglia ne gl'altri.*

Et ſanè è tot, immo innumeris per me ubique luſtratis Inſcriptionibus non adhuc editis, ne una quidem occurrit, quae Tribum referens, inter nomen & cognomen eam non locaverit, hac exceptâ, quae nihiloſecius in ſecundâ ſui parte (quaſi mendum corrigens, quod de Tribu ESQuilinâ in primâ irrepſerat) ſic concepta legitur:

*E Schedis Vaticanis.*

DIS MANIBVS
C. SQVATERNIO TRANQVILLO
ESQVILINA
MIL. COH. VII. VIG. AN. LXV
L. SQVATERNIVS. L. F. ESQ. NAR
SENVS. MIL. COH. VIII. VRBAN.
T. F. I.

& hac alterâ, quam exſcripſi in Vineâ Mediceâ, extra portam *del Popolo*, ſuprà Vineam *di Papa Giulio*, & quam quomodo excuſem ego, verè neſcio:

T. ACILIVS. T. F
CAPITO. GALE
RIA. BIRBILI
MIL. COHOR. X. PR
7. MARI
VIX. ANN. XXV. MIL. ANN. IIII
T. P. I

Excuſari me interim à cunctis opto, ſi quo pacto in Lapide noſtro A. GELLIO conſtanter haerere volui, eodem ex oppoſito à DVMià Tribu recedere, potiùſque LEMoniae accedere ſtatui. Id omnino exigere videtur illius Popularis olim mei non minuenda dignitas, & conſueta Civitatis noſtrae non immutanda Tribus. Hujus duplicis ſenten-

tentiae meae in aſſertorem optimum, ac defenſorem digniſſimum evoco Dominum meum Adm. R. P. M. à Monte Leone, cujus doctiſsimam ac elegantiſsimam de re utraque epiſtolam reticere nequeo, uti praeſentis diſſertatiunculae praecipuum columen, ac totius Operis noſtri illuſtre coronamentum:

*Illuſtriſſimo Comiti, Clariſſimo, eruditiſſimoque, Viro, Domino D. Carolo Cæſari Maluaſiæ, V. I. ac Sac. Theol. Doct. Collegiato.*

„ SPoponderam Humanitati tuæ, V. Cl. aliquammultis
„ retrò diebus, cum per otium vnà de Lapide A.
„ GELLII SECVNDI BONONIENSIS (quem amicus no-
„ ſter, non Aulum GELLIVM, ut ritè exiſtimabas, ſed
„ AGELLIVM à te omnino legi volebat) ſermonem mi-
„ ſceremus, meum ſuper eo ſenſum aperire: etſi enim rem
„ magni non offerat ponderis, quidquid tamen in eo ali-
„ cuius penſi eſt vel acu tangere, ſaltem argumento erit,
„ etiam in leuibus ſuam grauitatem reperiri, quæ no-
„ ſtram qualemcumque ſollicitare poſſit induſtriam. Præ-
„ nomen Auli, quod noſtro Gellio vindicat Lapis,
„ & Tribus Dumia, cui ſe profert adſcriptum, duo
„ ſunt quæ vel leui animaduerſione non indignâ duxeram;
„ Horum primum inter ridiculas curas ab eruditiſſimo Lip-
„ ſio reponitur, *Antiq. lect. li. p. c.* 10. quò loci id tangens,
„ occaſione Gellij illius celebris Scriptoris, hæc habet: *Ri-
„ dicula cura eſt, ſed tamen Scriptoris Noctium Atticarum no-
„ men, nunquam niſi dubitans, & hæſitans pono. Ecce enim
„ tibi, qui A. Gellium vocari contendat, cum quo vulgus fa-
„ cit. Ecce qui Agellium, à quo Priſcianus, & libri antiqui
„ &c.* At idem li. 5. *Epiſtolicarum Quæſtionum*, *epiſt.* 8.
„ Andreæ Schotto, Viro de Rep. litt. optimè merito, ut
„ de re ſeria ſuadere eſt conatus, Prænomini, Auli, re-
„ mittendum nuncium, quoties id cumque Gelliorum præ-
figatur

„ figatur familiæ; ſic enim de eodemmet Scriptore ait:
„ *Gellium, an Agellium dicemus, qui Noctes Atticas ſcripſit?*
„ *Agellium conſtanter libri ſcripti, etiam illud optimæ notæ frag-*
„ *mentum Giſelini appellant:*

*Agellij Noctium Atticarum liber x. explicit.*
*Incipit xij. feliciter C. Aurelij Romuli.*

„ & poſt pauca: *Priſcianus etiam nomina propria deducit, à* „ *Seruo, ſeruilius: ab Agellio Agellius.* hæc Lipſius, qui om- „ nium primus Auli prænominis curam ridiculam duxit, „ deindè eidem vt feriæ diem dixit, & tandem proſcri- „ ptione mulctauit. Quid igitur V.C. reuocare me iubes „ in patriam nomenclaturam, miſerum prænomen illud, „ quod tàm acri iudicio extorre factum legimus? En tibi „ iam morem geram, & ſi Lipſio ridicula hæc cura erit, „ eidem reponam cum Regaſilio apud Plautum *in Captiu.*

*Dicam vnum ridiculum dictum, de dictis melioribus.*

„ ſi autem ei erit ſeria, iam poterit alijs ridicula videri, Lu- „ ciano teſte:

*Editur humana eximium nil mente: ſed illud*
*Quod tu miraris, ridiculum eſt alijs:*

„ Vtcumque igitur, vel vno hoc noſtro Lapide; ridiculis ad „ ſeria via ſternenda, quam quidem alteri emunctioris naris „ demandabo prouinciam, vt me à qualicumque eximam „ nota. Accedat igitur nuperus Noctium Atticarum ſcho- „ liaſtes, Iacobus Prouſt, qui in operis propilæo, de A. „ Gellij nomine & vita differens, huic noſtro Marmori in- „ nixus, Lipſiana argumenta minimi ponderis, & planè cep- „ phica reputat; immo ad vnum, vel alterum MS. Codi- „ cem appellanti, quamplures obijcit notæ melioris, vide- „ licet ſex Codices Vaticanos, quos Petrus Seruius Ro- „ manus apud Lambecium contra eum ſtare teſtatur; Op- „ ponit Lupum Ferrarienſem, qui iam abhinc octingentis, „ & quod excurrit, ſcripſit annis: in cuius epiſtola prima, „ Auli prænomen Gellio manifeſtè præfigitur; Omnes de- „ nique Codices in ſui ſubſidium aduocat, quibus in huius

Au-

„ Authoris prima editione, cùm Aldo Manutio, tùm „ Theodoro Gazæ præſidio fuere. At nè Priſciani teſtimonium paruifeciſſe videatur, ei è regione ponit hunc, „ quo de agimus lapidem:

CLAVDIÆ VENERIÆ
A. GELLIVS A. F. DVM
SECVNDVS
BONONIA &c.

„ aitque, *Hinc Gellio prænomen Auli ſi quis vindicaſſet, quid* „ *Lipſius? reclamaſſet continuo eam inſcriptionem ad Auctorem noſtrum minimè pertinere: Illud idem Priſciani locum* „ *obijcienti ſibi pari iure dictum putet*. Ita ſæpe vetuſtæ inſcriptiones Auctores quoſque caſtigant. Ad inſtar huius, „ liceat nunc per Humanitatem tuam V. C. quid vltrò referre, quod mihi nuper Ioſephi Scaligeri viri vndequaque doctiſſimi, caſtigationes in Catullum euoluenti, ipſo „ in limine ob oculos venit; exorditur ille ab ipſo prænomine, Caij, Catullo paſſim ſolemni, aitque; *In manuſcripto eruditiſſimi Viri Cuiacij, non Caius, ſed Quintus,* „ *prænomen exaratum eſt: idque videtur confirmari carmine* „ *in Ianuam, illo verſiculo: (Verum iſti populi nænia, Quinte,* „ *facit.)* quare *qui illi Caio, prænomen faciunt, poſſunt hac* „ *autoritate permoti ſententiam ſuam mutare*. At vide ſis V. C. „ quambenè, vel ab vno lapide reſtituatur Catullo Caij „ prænomen, & caſtigatio Scaligeri caſtigetur. In Auctario „ monumentorum, quod Veronæ eruditiſſimi Panuinij, ſtudio Illuſtriſſimorum Virorum Io: Baptiſtæ Liſciæ, & „ Cozzæ de Cozzis, adiectum eſt, inter alia marmora, „ iam denato Panuinio eruta, illud legitur:

D. M
IPSITHILLAE
DVLCISSIMAE
C. VALERIVS
CATVLLVS

LE-

LEPORIBVS. SVIS
MOERENS. P

„ Quid ſi vidiſſet Scaliger? adeò nè ex verſiculo allato, „eos amplius qui illi, Caio, prænomen faciunt coegiſſet „ſententiam ſuam mutare? Germanum eſt marmor, & Ca- „tullinum præſefert non tantum genium, ſed etiam geni- „tale Poetæ ſolum, vtpotè Veronenſe, ab ipſomet Catul- „lo amaſiæ ſuæ defünctæ dictatum, reſpondetque ad amuſ- „ſim epigrammati quod de eadem viuente cecinerat, & „adhuc ſic legitur:

*Amabò mea dulcis Ipſithilla*
*Meæ deliciæ, mei Lepores &c.*

„integrum non exſcribo, quia illius obſcenitatibus inqui- „nari calamus renuit. Interim, vt hoc obiter moneam, „ſuper nomine ſcorti huius, præter Scaligerum, corrigen- „dus eſſet Turnebus; non enim *Hypſitilla*, vt Scaliger: „nec *Hoſpitilla*, vt Turnebus, ſed *Ipſithilla*, vt marmor „dicenda erat; Adeò vel ab vno lapide, non tam præ- „nomina, quàm nomina, Viri cætera egregij edocentur. „Sed age, à diuerticulo per hos lapides redeamus: immò „à Caij, ad Auli prænomen, Gellijs vindicandum regre- „diamur. Subnectit laudatus Iacobus Prouſt rationes va- „rias, quæ vti Gellio ſuum prænomen validius firmant, „ita allatam inſcriptionem veriorem oſtendunt. *Adde*, in- „quit, *quod Romani nobiles, ex quorum numero Gellium fuiſ-* „*ſe conſtat, quippè qui in area Palatina ſæpius opperiretur ſa-* „*lutationem Cæſarum, & Viris ætatis ſuæ ornatiſſimis, adeo-* „*que conſularibus familiariter vteretur; Nobiles, inquam,* „*Romani, cum plura haberent nomina; ſi dicendus eſt Agel-* „*lius, quale prænomen fingetùr? ut hinc pateat, recens natam* „*de Agellij nomine opinionem, ut nulla veterum auctoritate* „*firmatur, ſic Romanorum moribus, parum conſentaneam vi-* „*deri, Id autem Viros alioquin eruditos induxit, ut notauit* „*Barthius, quod cum ad diſtinctionem Cn. Gellij hiſtorici à*

*Ve-*

„*Veteribus identidem laudati*, „ *A. quæ littera Aulum ſignificat, huius Gellij nomini præfigeretur, detracto ſubindè puncto, vnum ex duobus nomen, imprudentes Librarij conflauerint*. en vt apprimè rationes pænominis Auli, in Gellio Noctium Atticarum Scriptore, noſtri Gellij Secundi Bononienſis prænomini faueant: vtque huius Inſcriptio illi præſidio ſit, tanquam ſibi inuicem mutuum rependant auxilium.

„ Maius in ea negotium faceſſeret (ſi ſuſtinere vellemus, in omnibus plenè conſtare) vltimum Secundæ lineæ verbum, DVM, quod de Tribu DVMIA interpretatur Panuinius *li. de Ciuit. Romana*, vbi de Tribubus bello Sociali additis Sermonem inſtituit, & ex eo Vrſatus *Commentario de Notis Rom*. Horum enim prior inquit: *Tribum, quæ in tribus vetuſtis lapidibus DVM, notatur, ego Dumiam interpretor, de qua præterea nihil quod afferam habeo*, ac ſecundo loco, tres inter memoratos lapides, hunc quo de loquimur affert; eius mentem citra controuerſiam ſectatur Vrſatus; at in præſentia ab vtroque diſſentire tutius videtur, cùm ob incompertum Chorographis latinis loci nomen, à quo huius Tribus nomenclatura manare potuiſſet; tùm ob inauditam Onomatographis Romanis familiæ Dumiæ appellationem, ob quam dari poſſit ſuſpicioni locus, aliquando Tribum aliquam veteribus ſuperadditam, ab ea denominari potuiſſe: vel veterem, antiquo depoſito nomine, nouum hoc aſſumpſiſſe, vt de aliquibus monuit Ioannes Roſinus, *Antiqu. Rom. li. 6. c.* 15. in fine hæc ſcribens: *Sed multas earum* (Tribuum) *duobus fuiſſe fortaſsè nominibus inſignitas, altero quod loci eſt, altero quod familiæ, eaſque ab alijs, hoc ab alijs illo fuiſſe appellatas, quemadmodum etiam tres ex veteribus illis poſtea fuerint ab Auguſto, Veſpaſiano, & Traiano, Iulia, Flauia, & Vlpia vocitatæ*. Verum id nec auſim ſuſpicari; cum neque apud Streinnium, aut Glandorpium, aut Vlſinum familiæ Dumiæ mentio ali-

„qua: immò vix Durmiæ in quam illa abire potuiſſet; Ste-
„phanus ſiquidem Vinandus Pighius, qui in Hiſtoria
„Romana vitam vixit, in Indice, ſeu Idea, quam vocat,
„Rom. hiſtoriæ, in calce Tom. 3. hæc habet: *Durmiæ*
„*Gentis, Itemque M. Durmij, qui ſub Auguſto monetæ cu-*
„*dendæ denarios ſignauit, mentio nulla apud Scriptores.* Cum
„ergo tam loci, quàm familiæ lateat nomen, non temerè
„eſt, mendum in hoc verbo ſuſpicari: à quo quidem ne-
„gotio lubens me ſubtraxiſſem (non enim is ſum, qui in
„corrigendis antiquis marmoribus ſtatim pedibus eam pa-
„ribus) ſi quod prima inſpectione in mentem venerat, cu-
„ris ſecundis maturari potuiſſet. Cum primùm enim hæc
„Inſcriptio ſub aſpectum venit, vix in ea animaduerti Ci-
„uem Bononienſem, liberum & ingenuum, à Tribu Le-
„monia, huius Vrbis propria aberrare, penè in eam abie-
„ram ſententiam, Tribum eam, quam Dumiam interpre-
„tatur laudatus Panuinius, ex ijs eſſe, quas bello ſociali
„veteribus ſuperadditas ipſe commemorat: hinc anſa ſuſ-
„picandi, tàm iniquis Reipub. temporibus, tamque tu-
„multuarijs quæſitis remedijs, ſcilicet, vt Libertini tùm
„primùm militarent: vt Prouinciæ integræ Ciuitate dona-
„rentur: vt nouæ Tribus ſupra numerum inſtituerentur:
„hoc, inquam, ab admiratione, prima fronte, retraxe-
„rat, ſi Ciuem Bononienſem, non in Tribu Lemonia, ſed
„in alia veluti tumultuariò recenſitum inſpicerem; Sed re
„maturiùs librata, ſuſpicionem omnem euaneſcere compe-
„ri: Bononia ſiquidem tùm, extra Italiam, quæ Rubi-
„cone à Gallia Ciſpadana, vbi hæc ſita erat diſterminaba-
„tur: non ergo Bononienſes, Italos inter Romanis per-
„duelles erant. Inſuper Socialis belli tempore, ſcilicet A.
„V. DCLXIII. non adhuc Ciſpadanis ius Ciuitatis datum,
„ſed poſtero anno DCLXIIII. lege Pompeia, Galli Ciſpa-
„dani Ciuitate Romana donati, in quibus Bononienſes tùm
„primùm ſub Tribu Lemonia ſuffragium ferre cæperunt:
„teſtem profero Polyhiſtorem Carolum Sigonium, in *hiſt.*

*Bo-*

„ *Bonon.* etſi cum ſcriberet ob antiquorum lapidum pænuriam non adhuc compertam Bononiæ Tribum, non Lemoniam, ſed Stellatinam hæſitans notarit: *Bello*, inquit, *inde Marſico Anno DCLXIII. reliquæ Italiæ Lege Iulia: poſtero anno Ciſpadanis Lege Pompeia Ciuitas data eſt: atque ita Bononienſes quoque Ciues Romani effecti, & in Stellatinam Tribum, quantum ex veteribus colligi monumentis poteſt conjecti.* Itaque. Socialis belli anno, non poterat ſub Tribu aliqua ciuis hic noſter nomen ſuum recenſere; poſterior ergo iudicandus eſt Lapis hic, qui quo tempore inſcalptus, incertum. Id ſolum ex ijs colligere licet, noſtrum A. Gellium Secundum, tum cum Bononia, Ciuitate Romana, & Tribu Lemonia gaudebat, ſe lapidi incidi feciſſe: quod ſi pro LEM, in eo DVM. videmus inſcriptum, Quadratarij vitio id tribuendum. Hæc ſunt V. C. quæ ſuper hac Inſcriptione haud magni momenti, leui calamo placuit animaduertere, vt tibi morem gererem, vtque obſequium in te meum declarandi locum non prætermitterem. Vale.

Illuſtriſs. Clariſsimoque Nomini tuo perpetuò deuotus.

*F. Thom. de Simeonibus Auguſtinianus Vibo-Valentinus: vulgò à Monte Leone nuncupatus. S. T. M.*

In alterius modò Lapidis, CLAVDIA Gente aequè refertiſſimi, * & tantorum Virorum doctrina eloquentiae juncta, & nimis in longum protracta diſſertatio me ſilere jubet. Si ſingulae Inſcriptiones pari diſquiſitione expendendae forent, nullus unquam eſſet terminus hiſce Diſceptationibus jam ad ſuum finem tendentibus: Quapropter ſi in ſequentibus motus erit in fine velocior, parcant, obſecro, qui haec noſtra legere non dedignantur, ſinantque cum Vate canam: *parcite dum propero.*

* expoſitione

Martial. Lib. primo Epigr.

## CAPUT IX.

*E Grutero pag. DCCLXXVII. 2. eam ponente in Domo Caroli Aſtorgii; & ex Alidoſio ita eam enunciante pag. 71.*

Nel Giardino in Caſa del Sig. Aſtorre Paſelli.

COVIAE
SECVNDI
NAE. SIM
PLICIVS
MARITVS
ET. COVIA. SA
BINA. SOR
RORI. PI
ENTISSIMAE
QVAE. VIX
IT. ANN. XXIII.
MENS. VI.

*Ex eodem Grutero, pag. MCXL. 9. relat. ab Alidoſ. pag. 78.*

C. EGNATIVS
EPIGONVS
SIBI. ET
COMINASIAE
ASTEROPE CON
IVGI

*Ex Antiquario P. Ferrarini pag. LX. verſ. Bononiae.*

LIBIO. BIBVLO. TI. MAGIVS. SIBI. ET. AMBRO
SIAE. CARISSIM. VXORI. DE. SE. BENEMERENTI
IN. PROSPERIS. SIBI. ET IN ADVERSIS ADHERENTI
ET QVAE PRO EO MORTEM VOLVNTARIE
SVBIRE VOLVIT. SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQ.
POSTERISQ. EORVM. ET VSQ. AD TERCIVM
CREDAS. QVI. LEGIS
H. M. H. N. TRANS

COVIAE Gentis, quae in primo Lapide praeſentis Capitis ſe nobis offert & in conſpectu proponit, nullam apud Autores reperiri mentionem, hac unâ exceptâ, quam Gruterus & Alidoſius habent, id eam nedum Bononiae indigenam, atque ſingularem, ſed etiam obſcuri nominis & ſine imaginibus vixiſſe arguit: quapropter quid de praeſenti COVIA eloqui poſſem ego, quam in rerum naturâ vix extitiſſe conſtat? Quid unquam de ejus Viro SIMPLICIO, qui hoc ſimplici nomine contentus, à conſuetis tribus nobilium nominibus adeò ſe abalienaſſe oſtendit?

Neque melioris quis putet conditionis COMINASIAM Sobolem, ex altero Saxo erumpentem, veluti quae pariter Autoribus tacita; Bononiae tandem ſilere nequit in COMINASIA ASTEROPE, oppoſito à conterraneâ COVIA discrimine; nobiliſſimo viro jugatâ, ac proinde humilem ſui conditionem exutâ; nuptâ inquam C. EGNATIO, qui ob exepetitam ab eâ prolem, EPIGONVM aequè cognominari meruit, ac è Perſarum atque Macedonum militum commixtione, à Magno Macedone callidè diſſimulatâ, cautève promotâ, *orta ſoboles* EPIGONI *nomen habuit*. Pomp. Trog. Epit. lib. XI.

Et

Et quidem COMINASIAE noſtrae non licuit alteri faciliùs ſe commiſcere quàm EGNATIORVM Progeniei, non ſecus conterminae proximaeque ſibi Mutinae frequenti, ac ubique locorum eandem copioſam declarent Gruterianae Epigraphes, hiſce per me collectis numeroſiores:

Videatur *Vidrian. Hiſt. di Modena*, & ſup. pag. 256. col. p.

*Romae, Vinea Palumbaria.*

DIIS MANIBVS
L. EGNATIO. IANVARIO
M. MAGIVS
IVSTVS ET
EGNATIA. NEBRIS
BENEMERENTI
FECERVNT
ADAMIO. SVCCESSO
EGNATIA. NEBRIS
CONIVGI. B. M

*Romae, in pavimento S. Agnetis.*

DIS MAN ....
CLVVIAE IV ....
PRIMIGENIAE
CASTISSIMAE
C. EGNATIVS. FELICIS ....
MARITVS

*Ravennae, apud Aedem S. Vitalis.*

D . M
EGNATIAE PRIMITIVAE
SIBI. ET. EGNATIO. ONESIMO
V. P

*Canuſii.*

EGNATIA. Ↄ. L
PIERIS. SIBI. ET
M. AQVILIO. BALIOLAE
NIMPHADI. LIB

*E ſched. Vaticanis.*

DIS. MANIBVS. SAC
MENIAE L. L. THALLVS
SAE. VXORIS. EGNATIVS. VERVS
ET. SIBI. ET
DECIO. FIL. VIX. ANN.
XI. M. IIX. ET. ALCIMO
VIX. ANN. XIII. M. II
HOR. VIII
IN FR. P. VIII
IN AGR. P. VIII

*Ex iiſdem.*

EGNATIA. CN. F
PIA. FRYGI

*Ex iiſdem.*

Q. EGNATIVS
P. F. SIBI. ET
PHILISTIAE. PAVLLAE
VXORI. T. F. I

Ca-

Tertia denique Familia, quae Bononiae nativa creditur, ex quo penes Gruterum ſilentio obruitur, vixque hoc


in

in poſtremo Lapide Laribus noſtris inſeritur, eſt AMBROSIA, è quâ proceſſiſſe liquet hanc Viraginem Felſineam, quò magis à TIberio MAGIO laudibus elatam, eò minùs à nobis agnitam. Quis enim hariolari valeat, quae fuerint haec PROSPERA ET ADVERSA, quibus eam ſibi ADHAESISSE gloriatur iſte hyperbolicus VXORIS encomiaſtes? Quis unquam divinari, quo pacto MORTEM PRO EA SVBIRE VOLVERIT? Idcirco, ut huic Epitaphio praecipienti omnino ei qui LEGIT, ut CREDAT, ſim ego dicto audiens, adeò cuncta CREDAM, ut vel inquirere detrectem, quid cum MAGIO habuerit LIBIVS BIBVLVS, ab initio quidem Inſcriptionis cunctis praepoſitus, ſed ita monſtruosè in medio relictus, ut totum in ſolam uxorem conſumetur, & compleatur Elogium.

## *Caput X.*

*Ex Alidoſio pag. 76. 2.*

Alli Caſoni, in Commune di S. Martino in Soprazano, nella Chieſa di S. Pancratio, Del Sig. Co. Aleſſandro Attendoli Manzoli.




*Olim*

*Olim in montano meo praediolo, dicto* la Sampiera; *nunc in ſuburbano, vulgò* la Torre del Malvaſia.




POrtio ac reliquum eſſe dignoſcuntur haec Duo Epigrammata, non tantùm Titulorum, quos Mariti ponebant Uxoribus, ſed nobiliſſimae etiam, numeroſiſſimaeque Gentis FLAVIAE, de quâ ſupra Sect. Quinta Cap. VI. ſemel atque iterum ſe aperientis in T. FLAVIO *Alexandro*, & in FLAVIA *Flacillâ Pollâ*, de quibus Sect. Septimâ Cap. VII. abundè diſputatum. Ulteriori idcirco haud eget ipſa diſquiſitione in binis hiſce Foeminis, praeſertim quòd ambae, humilium virorum, ne ſervorum dicam, connubium non dedignatae, à genuino legitimove FLAVIORVM Germine degenerantes, ab eodem nequaquam

videntur genitae. Servorum dixi, quandoquidem FL. TIGRIDIS Vir, cujus eſſet ſtatus, & quo nam officio fungeretur penes AVGuſtum callidè ſilentio obvolvens, in ſuſpicionem adigit, eundem viliſſimae extitiſſe conditionis, neque libertum unquam, & forſan ſervum, exceſſiſſe in Aulâ Principis. Id rude ac nudum nomen indicat AGATEMERIS, ſuadetque communis haec inſcribentium formula AVGuſti Noſtri, quam illicò & junctim ad ſe trahere SERVVM ſeu LIBERTVM, nemo eſt his Antiquatibus leviter tinctus, qui non noverit.

Vide Miſcel. Spon pagina 190.

Et ſanè quoties is honeſto ſaltem, ſi non praecipuo emicuiſſet Aulae miniſterio, id reticere haud debuerat, ſed apertâ confeſſione illud propalare; manifeſtè, inquam, ſe appellare AVGuſti Noſtri Medicum, exempli cauſsâ, Praeceptorem, paedagogum, nomenclatorem, praeguſtatorem, cubicularium, ſeu à cubiculo, veſtiarium ſeu à veſte, ab ornamentis, à ſupellectile, à libellis, à rationibus, à curâ amicorum, & ſi quem alium, cujus nomenclatura paſſim habeatur in Grutero, necnon Reineſio in Claſs. ſeu Titulo *Officiorum domus Auguſtae.*

CA-

## CAPUT XI.

*Intra privatos parietes laudati pluriès Tuſculani.*

D . M
T . STATILIO CLARO
STRABONIA
VENVSTA . CONIVGI
CARISSIMO
CVM QVO VIXIT
ANNIS XIIII

*Ibidem,*

*In ſecretioribus gurguſtiis.*

D. M
M. CALPVR
NI PHOEBI
CONIVG,
KARISSIMO
BENEMEREN
TI FECIT
APRODISIX

*In Suburbano D. Co: Bonaventurae Boſelli, loco dicto* Saliceto, *ab eadem Villa Tuſculana parum diſtan.*

D M
C. TVSCILIO
ROMANO
ELPIS. CONIVNX
CONIVGI. B. M. F
VIXIT. A. XXXV

*In Studio olim D. Aemilii Bolognini, deinde in Muſeo Coſpiano, nunc Studio Aldrovandeo addit.*

D. M
L. AIATI
PROCVLE
IANI
DOMITIA
FELICISSIMA
CONIVGI. BENE
MERENTI. CVM
QVO. VIXIT
ANNIS. IV.

ALATI, ſed mendosè dat Grut. DCC-LIII. 8. formam immutans, & in fin. LV. pro IV, ponens.

In

*In communi olim conditorio, ſub dio poſito, Parochialis D. Proculi; nunc intra Eccleſiam, in pavimento.*

.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:

.:.:. QVO . VIXI . ANN . XII . AR

.:.:. IA . ROMANA . ET . ARRVN — Alidoſ. memorat. pag. 61. & 213.

.:.:. AI . MAIIVS . ET . ARRVN

.:.:. ROMANVS . FILII . PATRI



BENE . MERENTI



*In Atrio Baſilicae Divi Stephani.*

AVRELIA DE
CIA AVRELIO
LVCIO CONIVG
IMO QVI VIX AN
IS VICINTI DV — Alidoſ. habet pag. 63.
O DIE OCTo DE QV
AE NVLLA QVAEREL
A POSSE DICERE BE
NEMERENTI POSVIT

E Rei-

*E Reineſio Claſſe Decimaoctava IX.*

*Bononiae.*

V. F
CERVONIA. CORINTHIA
P. CERVONIO. CORIN
THIO. PATRONO. M. FLA
MINIO. PRISCO. VIRO
ET. SIBI

QUò ſtudio ac pietate nitent noviſſimè viſi Lapides extinctis Uxoribus à Maritis poſiti, eàdem redundaſſe quos Uxores pariter Viris ſuis fato functis inſcripſere, oſtendunt ſequentes Septem; quorum quia primi Quatuor, & nullâ Gentis claritate micant, (CALPVRNIA exceptâ, de cujus nobilitate Sect. Primâ Capit. II. ſatis actum) & nullâ ſenſus obſcuritate, ſeu verborum deperditorum ignoratione laborant, ab ulteriori ideo eorum indagatione me abſolvunt.

In Quinto igitur potiùs inſiſtendum, qui temporis vetuſtate in pluribus deletus, ſe reſarciri, atque in lacunis repleri poſtulat; quod quidem facillimè fiet, mutuato à ſuperſtitibus integris vocibus praeſidio, quo mediante, ſic illum repleri, ac jam viſo ſubſtitui poſſe crederem:

L. ARRVNTIO L. F. MAIIO
CVM. QVO. VIXI. ANN. XII. AR
RVNTIA. ROMANA. ET. ARRVN
TIVS. L. F. MAIIVS. ET. ARRVN
TIVS. ROMANVS. FILII. PATRI
BENE. MERENTI

Quid ſit cauſſae, quòd hunc Maritum reſpectivè ac PA-

TREM

TREM, Lucium praenominaverim, eſt quia iſtud praecipuum, nec non familiare fuiſſe hujus Gentis praenomen, è Scaligeranis indicibus deducitur. Cur verò eundem, ARRVNTIVM dixerim, eſt quòd, quum millies habeamus priſcis è Lapidibus, tum uxorem, tum filium eodem nomine cenſeri, quo maritus, quo pater; quum Uxor, quum Filii, ARRVNTII hìc dicantur, arguunt hunc Maritum, viciſſimque Patrem, fuiſſe ARRVNTIVM & ipſum. Quare demum eundem ARRVNTIVM, MAIIVM cognominaverim, eſt quòd ita cognominatum videmus primum è duobus Filiis, atque ideo indicantem, MAIIVM fuiſſe cognominatum & Patrem, ut paſſim evenit. Sic in DCXCVII. 9. NONIVS PLACIDVS dictus eſt filius, quia NONIVS PLACIDVS erat pater. Sic DCCIIII. 3. RESIVS ASPER filius, quia RESIVS ASPER pater. DCCVIII. 6. TARQVITIVS SEVERVS filius, quia TARQVITIVS SEVERVS pater. DCLXXVII. 2. TI. CLAVDIVS PHILETVS genitus, quia TI. CLAVDIVS PHILETVS genitor DCXCVI. 9. C. MODIVS FELIX filius, & C. MODIVS FELIX pater, idemque de innumeris.

Non MATIVS autem, ſed MAIIVS cum Alidoſio appoſuere mihi placuit, quia, ut aliàs admonui, non admodum me facilem praebere poſſum in commutandis ſeu corrigendis pro arbitrio vocibus; quod ſi hujuſmodi me libido tunc invaſiſſet, MATIO MVCIVM ſubſtituiſſem, attentâ monitione doctiſſimi Reineſii pag. 596. 700. 771. 773. & 876. ſolemne fuiſſe marmorariis ſaepè A pro V, & V pro A ſcribere ac ſcalpere; quum altera alteram inverſam ſimulet; quodque C. & T, ut in pronunciatione, ſic in ſcriptione haud rarò alternet, ut exemplum affert in DOMITIIS, qui DOMICII in GRACIIS qui GRATII quandoque ſcribuntur, & ſimilibus aliis, de quibus pag. 23. in fin. Sic, inquam, cavillari potuiſſem ego, quòd MATIVM hìc poſuiſſet lapicida pro MVCIO, ex quo MVCII ARRVNTIIS haerentes, ipſiſque commixti videantur

In correctione pag. 213. Immo cum ipſo Lapide.

tur

tur, ut ex hoc MVCIORVM Lapide, quem valde miror, à ſolerti Urſato omiſſum in ſuis *Monumentis Patavinis*, dum à Grutero ita regeritur:

DCCCLXXI. 4.

*Patavij apud Contarenos.*

C. MVCIO. C. F. SE.·.·.·.·.·.·.·.·.
ET. ARRVNCIAB. T. F.·.·.·.·.·.·.·.
ET. MVCIAE. C. F. PR.·.·.·.·.·.·.·.·.
MVCIAE. C. F. PR.·.·.·.·.·.·.·.·.
H. M. H.·.·.·.

ROMANVM porrò, à Matre ROMANA fuiſſe cognominatum alterum Filium, ſicuti primus à Patre MAIIO MAIIVS fuit dictus, clarè liquet. ROMANA dicitur haec Foemina, uti è Româ ad nos profecta, ſive mavis orta ab illa ROMANA Gente, de quâ in Urbe haud rara cernuntur Epigrammata à Grutero regeſta, quibuſque aliud addi poſſet, paucis ab hinc annis repertum, atque inter alia collocatum, quae hoſpitium RR. PP. Olivetanorum D. Franciſcae Romanae, ad Divi Iſidori eleganter exornare aliàs dictum eſt. Sic *Caſſius* ROMANVS in noſtro ſuburbano militari laude coruſcus, de quo ſupra Sect. Quinta Cap. XVII. & Claudia ROMANA, de quâ non ita pridem hac Octavâ Sect. Cap. VIII. id probant, & aeque evincunt, fuiſſe frequens Bononiae itidem cognomentum iſtud.

Pag. 418. col. p. in fin.

Caeterùm non contemnendae conditionis ſe ſe manifeſtat Gens ARRVNTIA, etſi inter plebejas eam recenſeat Panvinius *de Antiq. Nomin*. Siquidem Conſulibus claruiſſe colligitur è 2. Faſt. è quo deducitur L. ARRVNTIVM L. F. L. N cum M *Claudio* M. F. M. N. *Marcello Aeternino* anno V. C. DCCXXXII. & L. ARRVNTIVM L. L. F. L. N. ARRVNTII Viri Conſularis filium cum M. Aimilio L. F. *Lepido* anno V. C. DCCLIX. conſulatum geſſiſſe. His alios addere nititur CL. Urſatus *Monum. Patau.*

*tan.* pag. 104. & 105. plura ac plura ſcitu digna de ARRVNTIIS ubique facundè profundens, & quae praetereo,

*------ ne ſi repetitum venerit olim*
*Grex auium plumas, moueat cornicula riſum*
*Furtiuis nudata coloribus.*

Quicquid de novo adduci poſſe crederem, duae ſunt Inſcriptiones, quae de ARRVNTIORVM horum copiâ etiam in Urbe nos certiores faciant: Altera anno 1680. erutâ, me praeſente, è plebejo horto ad radices elegantis Vineae de Matthaeiis, ita:

L. ARRVNTIVS L. F. VENVSTVS
ARRVNTIAE. MVNNIAE
COIVGI. SANCTISSIMAE. CVM. QVA
VIX. ANN. XVI. MEN. III
SINE. VLLA. QVER
ET. SIB. ET. LIB. LIB. POST. EOR

Altera verò de anno 1683. à me inſpecta in quadam arâ praegrandi penes Alexandrum *de' Sardi*, quadratarium prope S. Mariam in Cacaberis, & quae ſi minoris ſe praebuiſſet molis, libenter acquiſiviſſem, ideoque à me ita tantummodò deſcripta:

ARVNTIA
PROBA
VIXIT ANNIS XXII
MENS. I. DIEBVS. V. HORIS. XI

Succedit Sextus Lapis, Bononienſium AVRELIORVM portio non minùs & reliquum, ac debile quidem, ſed minimè praetereundum, eorundem reſiduum ſe detegat ſequens Elogiolum, in eâdem Baſilicâ, ac eodem ferè loco, ab Alidoſio noſtro ſic enunciatum: Pag. 65.

A V R E L I A C A V
I N A . V X O R

Vvv At

Quatuor hujus Gentis Cocnotaphia prox. nobis Mutinae, videas in Grut. & Vidriano &c.

At quoniam de hujus Gentis virtute bellicâ ſatis diſputatum eſt ſupra Sect. Quintâ Cap. XIV. ideo eâdem inutili repetitione poſthabitâ, ad diffuſam ubique potiùs ejuſdem propagationem revertar, haecque recentia exempla, aequè numeroſa, jam alibi adductis adjiciam:

*Romae, ad D. Gregorij.*

AVRELIVS .:.:.:.
AMPLIATVS FECIT
SIBI ET
AVRELIAE FELICISSIMAE
V..:.:.:.:.:.
MAX. ET LIVERIS. SVIS ET LIB*ſic*
LIBERTABVSQ. POSTERIS
QVE EORVM

*Romae, in Horto D. Alexii, repert. ann.* 1684. *in Sarcophago.*

M. AVREL
AVGG. L. EP
AGATHVS

*Romae, quum eam vidi & deſcripſi, In Curia RR. Monialium montis Magnanapoli. Elegans Arula.*

DEAE SANCTIS
SIMAE. TER
RAE MATRI
AVRELIA FLA
VIA IVLIANA
C. E VOTVM
SOLVIT

*Romae, in Muſeo Magnino.*

D M
AELIA. CAPITOLINA. FECIT SI-
BI. ET. M. AVRELIO. AVG
LIB. PONTICO. MARITO SVO
BENEMERENTI. QVI VIXIT. ANN
XVI. ET. PONTICO AVG. N. VER-
NAE
O. SVO. ET. M. AVRELIO. AVG
VEROSO. ET. SVIS. LIBERTIS
AVRELIAE. CVBVLI'. COIVGI.
SVAE
AVRELIA SABINIANO. ET. IV-
LIANO
M. AVRELIO
T. IVLIO ET. LIB. LIBERTQ P.
Q. EO

*Romae, in Aed. Maffarin.*

D . M
AVRELIVS HERMAS AVG. LIB
PROC. K. HEROVM
MACERIA
CINCTVM CVM CVPERFICIO
INSVLA CONPARAVIT
SIBI POSTERISQVE SVIS
IN FR. P. XII. IN AGR. P. XIIX

*Romae, Baſis marmorea, olim apud Io: Andream* de' Roſſi.

D M
MEMORIS
FILLI
AVRELI
CANARTHAE
PRINCIPI GENTIVM

BA-

BAQVATIVM
QVI. VIXIT
ANN. XVI

*Romae, penes lapicidam Barberinorum, è regione eorum Aedium ad quatuor fontes ornatiſſimus Sarcophagus.*

D . M . S
AVR . L. AVG. LIB
VNIVIR DOMI
TIAE. CONI. SANCT
ISSIM. PVDIC
SIBIQV. REVEREN
POMPIEIA. MAR. C. Q
V. A. XX. TV. ACT. ANN. XXXVI

*Romae, apud eundem eod. loco. Grande Marmor exhibens militem equum cum belvis ſub pedibus, & ſtipatum à famulo, ſubtus hac Inſcriptio:*

AVREL. ANTONIO. CVRAT. CO.
HERODIS KASTR. PROC. NAT. DA-
CVS ALLENETA
ALLA GALLOR. VIX. AN. XXXX
MES. V. DIES XXV
MIL. ANN. XXI. AVR. CVR. TORRV
FINIANI ET. AVR
LER. LIB. EIVS. HERED. B. M. F. C
OPTATVS EVNETI. SIT. TIBI. TERRA
LEVIS

*Romae, alicubi.*

AVRELIA VIDIA
L. AVRELIVS
PRIMVS
CON. BENEMER

*Romae, in Sarcophago.*

D . M
M. AVR. PHILOCCA
LO FILIO DVLCISSIMO
BENEMERENTI QVI VIXIT
ANN. VIII. MENS. V. DIES. XV. AV
HERMADION. ET. ANTON
PHILINE PARENTES
INEELICISSIM

*Romae, Tranſtyb. apud Cervinos.*

L. AVRELIVS
COTTAE. L
PHILOSTRA
LEIVIA
DRVSILLAE
L. GALATEA
IN FR. P. XII. IN
AG. XX. H. M
H. N. S

*Romae, ad Vineam Cavaleriam.*

D . M
AVRELIORVM
IOVIN ET SYLECTINI
LIBERTIS. LIBERTABVS
QVE. POSTERISQVE
EORVM

*Extr. Romam, ad D. Pauli.*

D . M
M. AVRELIO. EVARESTO
BENE MERENTI
FECERVNT. VA
LERIA. THRE
PTE. ET. SALVIANVS
FILIVS

*Ex. Romam, Vinea Amiana.*

AVRELIVS
POLYCHRONI
VS PATRONO
INCOMPARABILI

*Extra Romam, extra port. Salariam, in Vinea Creſcentia.*

D . M
M. AVRELIO
FACVNDO
NOMENCLATORE. CES. N
LICINIA FAVSTINA
CONIVGI
BENEMERENTI FECIT

*Extr. Romam, è Coemeterio Pontiani. Fragmentum.*

AVRELIAE M
SORORI. RARI
VIXIT. ANN. XI
MENS. II. D. II
ET
AVRELIAE PRIS
MATRI. PIISSIM
VIX. A. LIII. M, VIII. D. X
AVRELIVS. PRISCVS

*Ibidem.*

AVRELIVS ANTIGONVS SIBI. ET
BENEDICTAE CONIVGI SE VIVO
BENEMERENTI IN PACE FECIT

*Ext. Romam, in quadam vinea.*

D . M
AVRELIVS VETVS
GRATIAE DIONE COIV
GI. SANCTISSIMAE
. ET
MERENTISSIMAE FEC

*Ibidem.*

AVRELIAE MESSIAE
INFELICISSIMAE
Q. V. ANN. XXV
SIGNIVS LVPVS MARITVS
B. M. P

*Ravennae, ad D. Mariae in Portu.*

AVRELIAE. VERONILLAE. FIL. INF. VIX. AN
II. AVRELI VALERIAN ET LVCANIA MAX
IMINA PARENT

*E ſched. Vaticanis.*

D . M
AVRELIO ACHILLEO
LIBERTO FIDELISSIMO
AVRELIVS POMPEIVS
PATRONVS POSVIT. B. M

*Ex iiſdem.*

D . M
M. AVR. ACH
ILLEO PATRI
SANCTISSIM
O. M. AVRE ACHILLEVS
FILIVS

*Ex iiſdem.*

D. M. PARENTES
MARCO
AVRELIO
IVSTO

VIX.

VIX. AN. VI. M. XI
DIE III

*Ex iiſdem.*

L. LAIANI. VE
AVGG. N. N
COH. PR.
AVRELIA
CASTA CON
IVGI INCOM
PARABILI CVM
SEPTEMBRIO
VTRORVMQ
... LIB ...

*Ex iiſdem.*

D M
AVRELIVS PIVS AVGG. L. FE.
SIBI. SE VIVO
AEMILIÆ
SILBANAE. CONIVGI
SVAE
B. M. ET. LIB. LIB. POSTE
RISQVE EORVM

*Ex iiſdem.*
*Viſ ſup pag. 489.*
D M
AVRELIVS BROMIVS
ET AVRELIA BROMIA
SIBI ET SVIS LIBERTIS
LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EO-
RVM
FECIT
H. M. D. M. A

*Ex iiſdem.*

D M
PETRONIVS PRIMVS AVRELIAE
DIO-
DIONYSIADI CONIVGI INCO
NPARABILI ET FILIS SVIS ET
LIBERTIS LIBERTABVSQVAE
POSTERISQVAE AEORVM *ſic*

*Ex iiſdem.*

AVRELIVS DIO
NYSIVS AVG. LIB
COMPARAVIT. ET
STATIRE. FILVMENE *ſic*
CVM ARIA. FARVS
CINIA CIPPIS N. IIII. LIB
LIB. POSTERISQ EORVM

*Ex iiſdem.*

AVRELIA PRIMIGENIA SE VIVA FE-
CIT
∴∴ LIO TELESPORIO
CONTO FILIS SVIS
ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQ EORVM
*ſic* HIC MONIMENTVS. MACERIA
CINCTVS. CVM. HYPPOGEO. QVI.
FECIT
IN FR. P. XXS. IN. AGR. P. XXXVI

*E ſched. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Fabretti.*

CERERI ORCILI
ANAE SACRVM
C. AVRELIVS ORCILI
VS PARALIVS M
AVRELI SEVERI
AVG. LIBERTVS
∴∴ ORCILLIANVM
∴∴ ALIAS PAR
∴∴ LABB. F

*Ex*

*Ex iiſdem.*

IN FRONT. P. IX
IN AGROPEO IXS
DIS MANIBVS
SAC
M. AVRELIVS. M. L. POLIBIVS
ƆL. POLIMENE. CONIVGI SANCTIS
CVMQ. VIX. ANN. XX. B. M. SIBI
ET SVIS. ET. POSTERISQVE AEORVM *ſic*

*Ex iiſdem.*

M. AVRELIO ∴∴ LIBERTO
COMMODIANO MAXIMO
PANTOMIMO ET HISTRION∴
SCAENICO ANN. XI ∴
VIRIDIA C. LIBERTA ∴∴
MVSICA. COMMODIA ∴∴
DONATA

*Ex iiſdem.*
*Via Latina*, Arco Travertino.
*Tabella pedalis.*

IN HOC CENOTAPHIO
LOCVM SVPERFICIO
GERVOLONIA MARIA
ET. AVR. SENTIA. ET
FILIORVM. LIB. LIB
QVE POSTERISQVE EORVM

*Ex iiſdem.*

MAGNO. TATV
LAE. SVO. BENEME
RENTI FECIT. M
AVRELIVS APOLL
ONIVS

*Ex iiſdem.*
*Olibani, in arca Marmorea.*

AVRELIAE. A
NATOLE SAN
CTISSIMAE
FEMINAE CVM QVA
VIXIT. ANN. P. M
XXXII. MENSI
BVS X. DIE. I. SED
ET SVIS PHOSPH
ORVS AVGVST

*Ex iiſdem.*

AVRELIAE
IANVARIAE
CONIVGI
*ſic* KRISSIMAE
IVLIVS MARTI
NVS. MER

*Ex iiſdem.*

AVREL. ARETHVSAE
VXORI SANCTISSIMAE
INTEGRAE FIDEI
FRVGI MODESTAE.
VERAE INNOCENTIAE
OLYMPIVS MARITVS
ET. SIBI. POSVIT

Reſtat denique Septimus Lapis, non alio jure hîc intruſus, niſi ut Sex aliis additus, commendatam ab initio Uxorum pietatem erga defunctos Viros magis aſſerere ipſe valeat; dum CERVONIA, CERVONIO PATRONO praeſentem Titulum inſcribens, VIRVM ſuum ejdem jungere voluit.

(A-

## CAPUT XII.

*In Muſeo olim DD. de Oſteſanis, nunc ad Turrim Malvaſiam.*

C. PERCERNIVS
BASSVS. FECIT
C. PERCERNIVS
MINERVALIS
PATRO

In huius apice, avis caniſtrum inverſum, uvis plenum, roſtrat.

*In Domo olim DD. de Sacchis, nunc ad Turrim eandem.*

DIIS MANIBVS
L. TVLLI. CLEMENTIS
L. TVLLIVS. EPITYNCHANVS
PATRONO SVO
BENE. MERENTI

C*Ervonia*, quae proximo Capiti finem impoſuit, initium potiùs huic praeſenti praebere deberet, quippe duo ejus cenſus regerat Epitaphia, quae Servos ſeu Libertos PATRONIS ponere conſueviſſe ſuprà vidimus Sect.

Se-

Secundâ Cap. Unico: Sect. Quintâ Cap. XVII. & Cap. XX. & alibi. Hi enim libertatem adepti, humilem propriam conditionem detegere nequierunt, quin eâdem operâ nobilitatem Dominorum, è quibus nomen traxerunt, ob oculos ponant, eâque nativas ſibi civitates ditent magis ac nobilitent. Sanè ſi in PERCERNIIS, à Grutero in totùm ferè oblitis, id non obtinet, adimpletur ſaltem in TVLLIIS, quibus haud omninò caruiſſe priſcos Lares noſtros, alter hic Lapis oſtendit.

Et quidem ſacrorum rituum ac coeremoniarum primis temporibus Magiſtram, poſtremis verò & praeſentibus Studiorum Matrem Bononiam, omni funditus memoriâ TVLLIAE Gentis, è quâ erupit primum Eloquentiae Lumen Cicero, vacare minimè decuit; quocirca fatali quodam conſilio contigiſſe arbitror, ut haec, quam dicimus, in agro Felſineo reperiretur Epigraphe, noſtram Marmorum congeriem magis illuſtratura. A Dominis de Sacchis tum poſſeſſa, deinde in Dominos *de' Monti* translata, poſtremò horum liberalitate in meum Suburbanum tranſvecta unà cum aliis per me adeptis, atque ibidem honorificè diſpoſitis, Turrim meam non parum exornat, tantorum magnificentiam Amicorum non minùs, atque grati animi mei ſignificationem, aeternùm teſtatura.

Non ita tamen in noſtrâ Civitate ſe continuiſſe quondam hanc Gentem TVLLIAM hinc apparet, quin ad proximam & conterminam nobis Mutinam ſe extenderit, ut haec tria Saxa docent, quorum primum ſic refert Gruterus DCCCXCI. 12. nec non Vidrianus pag. 118:

SEX. TVLLIVS SEX. F. V. SIBI

ET SVIS. ET PRIMAE VALERIANAE. S P. F

Alterum Vidrianus ita paginâ 131. 2:

Cavandoſi un fondamento per una muraglia del Convento delle Suore

Scal-

Scalze di S. Tereſa l'anno *1656.* ſi trovò queſta Lapide con tale Iſcrizione.

Idem prorſus, quod oblitus ſe illud retuliſſe ſup. d. pag. 118. ſub hac rubricâ: *A Leſignana Villa del noſtro Contado*, hîc repetit, variatâ vix VALERIANA in VALENTIAM.

Tertium denique, aliàs ſupra adductum, ſic exhibet P. Ferrarinus in ſuo Antiquario, ſub Civitate Mutinae: Sect. Quinta Cap. IX.

C. ETVR
L. CAEST
M. TVLLIV &c.

At ſi Mutinae Civitatis exiguae tot remanſiſſe TVLLIORVM epigrammata comperimus, quid judicandum erit de Urbe ipsâ, tam vaſtâ, totque Inſcriptionibus hinc inde refertâ? Sanè nimium hîc eſſet eas tantùm recenſere quas Gruterus congerit, hiſque adjicere, quas me toties vidiſſe memini, etſi praeter jam hinc inde allatas, harum itidem recorder: Pag. 302. col. 1. p. 345. col. 2. &c.

*Romae, in nupera vinea D. Gaſparis Alterii ad S. Crucis in Hyeruſalem.*

NS
MVS
TVLLIAE
HELPIDI &c.

FECIT
C. TVLLIVS MAXIMI
ANVS MIL. COH
II. PR. 7 RVFI
AMICO. B. M

*Extra Romam Via Salaria, in quadam Vinea.*

D M
C. LVCCEIVS. C. F
VETERANO
VIX. AN. LXX. MIL
ANN. XXXVII
FE.

*Romae, alibi.*

M. TVLLIVS M. L. STEPHANVS
M. TVLLIVS M. L. EVTYCHIVS
M. TVLLIVS. M. L. ANTIOCHVS
TVLLIA. M. L. ACHRYSA
TVLLIA. M. L. THALVSA
TVLLIA. M. L. AGRASIA

*E ſched. Vaticanis.*

D . B I

Xxx TVL-

TVLLIAE IANVARIAE
SEDITIOSAE ET SEVISSIMAE CO-
NIVGI
STERILIQVE
P. SEXTIVS CVRSOR OPTATISSI-
MAE. P.

*cui valde miror, quomodo adverſetur hac Grut. DCXX. 8.*

TVLLIAE. P. F. IANVARIAE
OMNIVM FEMINARVM CASTISSIMAE
Q. VIXIT. ANNIS XXXVIII. MENS.
XX.
AVG. LIB. CONIVGI DVLCISSIMAE

Tandem adnotare juvat quàm frequens ubique audiatur hujus EPITYNCHANI cognomen, quod quandoque clariſſimis viris impoſitum fuiſſe obſervamus. Inſpiciantur, obſecro, in Grut. EPITYNCHANVS FILIASTER in DCLXXXI. 8. L. ASONIVS EPITYNCHANVS. CCCV. 2. FL. EVRIICLES EPITYNCHANVS. V. C. PRAEF. VRB. &c. CLXVIII. 7. A. IVL. EPITYNCHAN. DCCLXXXII. 2. TI. CLAVDIVS EPITYNCHANVS. DCCCCXXXVI. 4 Q. GAVIVS EPITYNCHANVS. DCCCCLXXVII. 2. In Reineſ. Claſs. Decimaſextâ. L. QVINTVS COELIVS EPITYNCANVS. Claſs. decimaſeptimâ. XVI. L. ARISTIVS EPITHYNCANVS. Apud Abb. Pucinellum pag. 17. 13. EPITYNCHAN. MM. SER. Penes ſcientiſſimum Carolum Datum, EPITINCANVS gemmarum inciſor ſub Auguſto; & ego è meâ collectarum Inſcriptionum penu hos promam recenſendos:

*Nello poſtille alla Vit. di Apel pag. 118.*

*Oſtiae olim, nunc Romae in Palatio Farneſiorum. Statua togata cum volumine in ſiniſtra, ad pedes faſcicul. voluminum.*

L. ANTONIO
EPITYNCHANO
LICTORI DECVRIA
TIAEQVE SACRIS PVBLICIS AP-
PARIT
QQ. COLEGI FABRVM
TIGNARIORVM OSTIS
SE-
SEVIR AVG. IN PROVINC
NARBONENSI COLONIA
AQVIS SEXTIIS

*E ſched. Vatican.*
*Effigies hominis imberbis cum funda, & ſinu pleno lapidibus, ipſe altoquin nudus prater palium.*

EPITYNCHANO FILI
ASTA. M. ANTONIVS
HERMERO SVO. B. M. F

*CA-*

# SECTIO NONA

## Earum Inſcriptionum, quas ignoratur quis poſuerit, ſeu cui poſitae fuerint.

### *CAPUT I.*

*Quinque Inſcriptiones, integrae quidem & completae, ſed memoratâ incertitudine adeò affectae, ut ad dictam ignorationem omnino nos adigant.*

MElioris notae Antiquarii, Gruterus & Reineſius, ancipites in quamplurimis Lapidibus cui nam verè inſcripti fuerint, ſeu quis potius eos inſcripſerit alteri, cunctos poſtremo loco in unum coactos, ſub *Dubiarum ſeu Incertarum* Epigraphum titulo ſeu claſſe collocarunt. Nos horum exemplo, Bononienſes Inſcriptiones pari ambiguitate laborantes, ad hunc uſque terminum reſervatas junctim, ut infra ſequitur, hic proſequi ſtatuimus, etſi ab eadem ſemper inſcribentium, & eorum quibus inſcriptum eſt, incertitudine hinc inde acti & exagitati.

*Ex Reineſio Claſ. Decimaſeptima.* XCIII.

*Bononiae, in pavimento S. Felicis, hoc eſt intra Baſilicam D. Stephani.*

PLOTINAE Q. F. PRIMAE. M

*Tabella exigua, olim infixa in urna fictili; cujus imaginem in hujus Operis proſcennio aere inciſo videas: nunc in meo Suburbano.*

NONIA
RESTITVTA

*In Domo olim DD. de Sacchis, nunc in dicta mea Turri.*

D. M
VINICIA
PRIMIGENIA
VIX. ANN. XXXVII

*E' Grutero* DCCCCXVI. 7.

*Bononiae.*

C. IVLIVS. C. F. PRIMIGENIVS
V. ANN. XXII

*Repert.*

*Repert. olim ad Samodiam, nunc in dicto meo Suburbano.*




Quis enim unquam definire valeat, num Mater fuerit, quae huic PLOTINAE PRIMAE reſtrictum hunc Titulum poſuerit, an potiùs PLOTINA, quae erga Matrem id egerit? praeſertim quòd id aſſequi ſe poſſe deſperans argutiſſimus vel ipſe Reineſius, hoc idem Epitaphiolum ſub Claſs. *ſingulariorum ab incertis poſitorum* repoſuit?

Quis de hac eadem re dignoſcere, ac decernere poterit in NONIA RESTITVTA, cujus nudum nomen nullâ penitus verborum aſſociatione auctum, in hac inviſibili ferè Tabellulâ inſpiciendum ſe vix nobis offert?

VINICIA PRIMIGENIA, etſi magis loquax, nil prorſus de eadem incertitudine nobis adimit, ſicuti non ab eadem nos eximit C. IVLIVS PRIMIGENIVS.

Idem obtinet in ſequenti ei forſan conſanguineâ IVLIA LYCE, quò pleniori verborum contextu deſcriptâ, eò majori dubietate affectâ; quum praeter ignoratum penitus Inſcriptorem; an uxor, an filia fuerit haec Foemina, quidve cum eâ habuerit IVLIVS EVPHEMVS, omnino ignoretur.

Non

Non eſt tamen quin ſingulae in cunctis hujuſmodi Lapidibus memoratae Familiae, Patriam noſtram propriâ nobilitate illuſtrent, ac eâdem caeteras repleant Civitates. Siquidem NONIA non tantùm proximam & finitimam urbem Mutinam exornare nos docet Vidrianus, quàm Beneventum decoret (teſte Gammaro noſtro, qui eam ſe vidiſſe refert in ſuis ſchedis) Togata Statua, hoc titulo in baſi ſcripto, decora:

pag.107.121. 136.

T. NONIO MARCELLINO V. C.
CAMP. PATRONO DIGNISSIMO
OB INSIGNIA BENEFICIA QVIBVS
LONGA POPVLI TAEDIA SEDLVIVI *ſic*
VNIVERSA PLEBS BENEVENTANA
CENSVIT PONENDA

Lumen addit Familiae huic Lucerna aenea, per humaniſſimum aequè ac doctiſſimum Bellorum poſſeſſa, & quae ſic inſcripta:

NONI ATTICI V C ET INLVSTRIS

dignitates tacitè adumbrat, quibus, etſi plebeii ordinis, eam tamen micaſſe nos docet Urſinus, cui reſpondent Autores, regerentes prae caeteris, alios inter nobiles, quos occidi juſſit Severus Imperator, NONIVM *Gracchum:* NONIVM *Marcum*, qui malè loquebatur de Commodo Imperatore, *ut ſibi pararet Stationis Auguſtae procurationem*, prout Clodio Albino ſcribebat idem Commodus: NONIVM *Receptum* Centurionem, qui cum protererentur Galbae imagines, abreptus vinctuſque, occiſus eſt: NONIVM *Aſprenatem*, qui in ludicris Troiae ſpectaculis, ab Auguſto repraeſentari juſſis, lapſu debilitatus, aureo torque donatus eſt, permiſſo poſteris, Torquati ferre cognomen.

In gente Nonia.

Ael.Spartian. in hujus Vita, ſub n.13.

Id. in vita Clod. Alb. in prin.

Tacit. Lib. p. Hiſtor. ab exceſ. Neron.

Svetō. in Auguſt. ſub n. 43.

Quapropter non injuriâ in Inſcriptionibus ſe manifeſtare ex hoc nobiliſſimo & Conſulari Germine deſcendentes, contenderent quamplurimi, ac praeſertim ſequentes:

*Ex*

*Ex Antiquario P. Ferrarini pag. XXXVII. verſ. Regii Lepidi. Adduct. ſup Sect. Octava Cap. IV.*

C. SVLPICIO AGAT
ANGELO ET VIBIAE VI
BIANAE. PARENTIBVS
SVLPICIA TRIARIA FILIA
ET LVCIVS NONIVS VERVS &c.

*Romae, in aedibus D. Laurentii in Lucina.*

D . M
P. NONIO EVANGELO PARENTI
B. M. PIENTISSIMO
NONIVS MAXIMVS
FILIVS FECIT POSTE
RISQ. SVIS

*E ſched. Vatican.*

PVBLICIAE PVSINAE
M. NONIVS CORNELIANVS
CONIVGI CARISSIMAE

*Ex iiſdem.*

DIIS. M. S
L. NONIO
SP. F
CVLTIANO
QVI VIXIT
ANN. XXII
ET MENS. II
FECIT MANILIA
FAVENTINA
CON TVBER
SVO
CARISSIMO
ET. B. M

*E ſched. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Fabretti.*

D . M
L. NONIO. VESTALI
QVI VIXIT ANN. VI. MEN X
FECIT NONIA TICHE
VERNAE SVO DVLCISSIMO
ET SIBI ET LIB. LIBERTABVSQVE
POSTERISQ. EORVM. F. IN F. P. III.
IN AG. P. III

Non impari Generis nobilitate, licet inferiori Epitaphiorum numero, gaudet VINICIA PRIMIGENIA, à Grutero minimè praetermiſſa, dum huic noſtrae aequalem prorſus refert VINICIAM PRIMIGENIAM alteram; neque ab PCCXIIII. 11.
Urſino praeterita, qui immo detegens nobis ab initio conſuetudinem inter eam quandoque & Gentem VIBIAM, cogitandum etiam ſuggerit; num VINICIVS fortaſſe aliquis *Vibii Panſae* Conſulis familiaris & aſſecla, ille eſſe potuerit, qui eundem ſequutus Conſulem in ſua militari ad Mutinam expeditione, póſt eius miſerrimum apud nos obitum, huc remanſerit, ſedem locaverit, atque VINI-

CIA-

CIAE noſtrae originem praebuerit, cui denique PRIMIGENIAE cognomen attributum fuerit, eo quòd alias inter ſorores nata, primogenita extiterit: eo pacto quo apud Feſtum *primigenius ſulcus dicitur, qui in condenda noua urbe, tauro & vacca deſignationis cauſa imprimitur*: vel eò quòd ad gignendum aptam & paratam ſe obtulerit, eo ferè ſenſu quo Lucretius:

Seu veriùs apud Paul. Diac. a Feſt. relatum in hoc verbo

De Rer. nat. lib. 2.

*Multaque poſt Mundi tempus geniale, diemque*
*Primigenum maris, & terræ ſoliſque coortum.*

Sic *Primigenia fortuna* penes Ciceronem, & FORTVNAE PRIMIGENIAE paſſim in Gruterianis Inſcriptionibus LXXV. LXXVI. LXXVII. &c.

De legib. lib. 2.

At ſi in eodem PRIMIGENII cognomine conveniunt praeſens VINICIA & ſequens IVLIVS, diſcrepant etiam ex oppoſito in dilatatione nominis, quâ ipſe VINICIIS longè anteit. Quandoquidem non ſolùm ubique locorum Inſcriptis Lapidibus redundant hi IVLII, qui à Venere ortum jactantes, ſe admirandos omnibus praeſtare debuerunt, ſed Bononiae praeſertim, quam ſub ſigno Tauri, hoc eſt ſub ejuſdem Veneris Domo ab Aſtronomis collocatam, iiſdem pleniorem ſuimet ſtationem ac domicilium praebuiſſe decuit.

Et quidem eam id pluriès egiſſe oſtendunt ſequentes in hoc poſtremo Lapide IVLIA LYCE & C. IVLIVS EVPHEMVS non ſolùm, ſed alibi IVLIA *Cetonis*, *Mezzaca* IVLIA, atque in praeſens TI. IVLIVS VERECVNDIANVS ſub IMPeratore ADRIANO, alter è IIIIVIRis VIARum, de quo tradit Gruterus, hîc opportunè inſerendum, Epitaphium:

de qua ſup. Sect. Septima cap. VII.

*Romae.*

IMP. CAESARI. DIVI
TRAIANI. PARTHICI
FIL. DIVI. NERVAE. NEP

TRA-

TRAIANO. HADRIANO
AVG. PONT. MAX. TRIB
POTEST. COS. II. P. P
IIII. VIR. VIAR
Q. TAMVDIVS. Q. F. PALAT
GRAIVS. VIENNA
L. AVRELIVS. L. F. OVF
TYRANNVS. INTERAMN. NAHAR.
TI. IVLIVS. TI. F. STEL
VERECVNDIANVS. BONONIA
Q. TAMVDIV. SEX. F. ARRIVS
REATE. FAC. CVR

Grutér. pag. CCXLVIII. 6.

Et cum quibus omnibus concordare mox audiemus, & opportunè quidem, K. IVLIAM *Concordi*; dum interim IVLIORVM alibi copia jam ſparſis per totum hoc Opus noſtrum Inſcriptionibus ſcatens, nuperrimis hiſce aliis, & ferè innumeris, admirandâ ſe magis offert:

inf. hac ead. Sect. Cap. V. Inſcript. 2.

*Romae, Via Rondanina.*

DIIS MANIBVS
Q. IVLI
Q. IVLI
SECVNDI
LIBERTI
CHRYSEROTIS

*Romae, Tranſtyber. ad Arenulam, in Viridario* de' Vecchi.

IVLIAE MAXI
MINE QVAE VIX. AN
III. M. VI. IVLIVS
MAXIMINVS
FI-
LIAE PIENTIS
SIMAE FEC

*Romae, penes Vrſinos*, in Campo Marzio.

DIS MANIBVS
IVLIAE. FORTVNATAE
FECIT. LITOS. CONIVGI
CARISSIMAE ET
SANCTISSIMAE
BENE DE SE MERITAE
VIXIT. ANNIS XIIII
MENSIBVS X
DIEBVS X
HAVE VALE



*Ro-*

*Romae, in refertiſs. tot rerum mirabilium Muſeo D. mei, Don Leonis Strozii.*

IVLIA. D. L. MA
HIC SITA EST

*Romae, penes Chiſios ad Viminalem. in Vrnula.*

L. IVLIVS. L. VOL
PEREGRINVS VIX
AN. XLII

*Romae, apud Lapicid. ad DD. Serg. & Bach. in Sarcophago.*

D : M
C. IVLIO
C. F. VALE
RIANO
PATRI

*Romae, apud Mazzantes.*

P. POSTVMIO. Ɔ L. FORTVNATO
VIX. AN. XIV. M. II. D. VI
C. IVLIVS CHIVS
CARISSIMO. FECIT

*Romae, apud Illuſtriſs. & Reverendiſs. Fabrettum.*

DIS MANIBVS
IVLIA IOLES
IVLI. VMBRI LIB
CN. SEIVS. CRISPVS
CONIVGI. SVAE. BENE
MERENTI. FECIT

*Apud eundem.*

D M
SVLPICIAE EVBIAE CO

IVGI BENEMERENTI
QVAE VIXIT MECVM AN
NIS. XXV. M. III. H. III. F. IVLI
VS ANTONIVS COIVX. ET VRB
ANILLA. F. MAT. DVLCISS

*Romae, Baſis aliàs apud Lapicidam ad D. Marci.*

DIS MANIBVS
IVLIAE POLYNICES
CELER CAESARIS
CONIVGI OPTIMAE
PIISSIMAE
ERGA SE
SVOSQVE

*In Via Ianiculenſi.*

D M
C. IVLIVS APPADION
ET IVLIVS ARISTODEMVS
ET IVLIA LEDA SE VIBI *ſic*
COMPARAVERVNT. SIBI
ET LIBERTIS. LIBBRTA
BVSQVE POSTERISQVE
EORVM

*Via Salaria.*

D M
T. IVLIVS PROBIANVS
FECIT. MERCVRIO BER
NE. SVO. QVI. BIXIT *ſic*
ANNIS. VIIII. DIEBVS. XX

*Extra Romam, extra Portam Nomentanam, ad D. Agnetis.*

D. M. S
NVMMEIAE
PEDVCEAE. INDE
CONIVGI. SIMPLICISSIMAE

QVAE.

QVAE. VIX. ANNIS. XVIII
MENS. VI. DIES. I
C. IVLIVS DONATVS. MARITVS
INNOCENTI. HAVE

*Extra Romam, vinea olim Nacula.*

DIS MANIBVS
C. TREBIO HERMAE
LICTORI
IVLIA THAIS
CONIVGI SVO
BENEMERENTI
FECIT ET SIBI

*Romae, Hortis Alteriis.*

C. IVLIO TELESPORO
QVI VIXIT. ANNIS XCVIII
C. IVLIVS MODERATVS
ET IVLIA. FORTVNATA
PATRONO. BENE DE SE MERI
TO FECERVNT. ET IVLIVS
ACIVA

*Extra Romam*, à Muro Torto.

TI. IVL. CRESCEN
TI. L. PVLLAENVS
CRESCES. FILIVS
ET HERMEPHI
LVS. ALVMNVS
B. M. F

*Extr. Romam, Hortis Pamphiliis.*

IVLIA L F
BASSILIA
VIX ANN V MEN
IIII. DIEB XXII
L IVLIVS BASSVS
PATER ET MONEIA FORTV-
NATA
MATER FILIAE
PIISSIMAE FEC

*Extra Romam, Vinea Vidaſca, ad bivium Appiae in Latinam.*

D M
M. IVLI S. LEANDER. COM
PARAVIT. SIBI. ET SVIS. ET
IVLIAE LENE SORORI. MI
THRETI. PATRI. ET. LVCILLAE. MA-
TRI
ET. LEONTIO. FILIO. ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE EO-
RVM

*Ex. Romam. Vinea olim Boſia, nunc Caeſarina, ex. port. Flam.*

TI. CLAVDIVS
RHODO
SIBI. ET. IVLIAE
TRYPHOSAE
CONIVGI. FECIT

*Extra Rom. In vinea olim Iacobella, via Aurelia.*

IVLIA PITHVSA VIX. ANN. XXXIII
FECIT. C. IVLIVS
MARITIMVS. F. L. D. D. S

Filius Libenter Dedicavit De Suo; ſeu Locus Datus Decreto Senatus.

*Extra Romam, Vinea* Benincaſa, *Via Appia.*

D. N.
EPAPHRODITO
V. ANN. IIII. MENSIB
IIII. DIEB. XXIIII. FECERVNT
IVLIA CHRYSEROS
ET IVLIA PHILETE
VERNAE PIISSIMO

*Ext. Romam, Vinea* della Sturiona, *Via Appia.*

C. IVLIVS. CORINTHVS. L. ATIMETVS
SIBI. ET. TVLLIAE. PRIMIGENIAE. CONIVGI
CARISSIMAE. ET TVLLIO. ALEXANDRO
PATRONI EIVS ET PRIMIGENIO. DELICIO
EORVM. DIS MANIBVS. D. D
PERMISSV. DVORVM. IVLIORVM EVTACTI
ET THEOPHILI

*Extra Romam, Vinea Brunona.*

DIS MAN
C. IVLIO
ABASCANTO
VIX. A. XIII. M. IIII
IVLIVS IANVARIVS
ET. CLAVDIA TYCHE
FILIO
PIISSIMO FECERVNT
IN F. P. VI. IN. AG. P. III

*Ad Portam D. Sebaſtian. Inventa anno 1639.*

C. IVLIVS. C. IVLI. F. COL. VITALIS. ET
C. IVLI. ALEXANDRI. LIBERTVS
7 ARATVS. SIBI. ET. CLODIAE
AMORI. CONIVGI SVAE FECIT

*In Territorio Civitellae.*

L. IVLIVS
FAVENTINVS
APOLLINI. D. D

*Saxoferrati.*

D M
COTEDIO HELICI
IVLIA MAXIMA CONIVGI
BENEMERENTI
ET CALLISTVS. LIBERTVS

*Florentiae, Appud Gaddios*

D. M
C. GEMINIVS
IONICVS
IVLIAE CALENI
CONIVGI PIAE
CARISSIMAE. ET
BONO CONSILIO
DE QVA NIL QVE
ROR. CVM. QVA. VI
XI BENE ET INTEGRE
ET. IN. RE. SVA. PO
EST. B. M. ET. SIBI. ET. FILIS ſu
FECERVNT

*Ibid. Apud Guicciardinos.*

M. POBLICIVS
PRIMIGENIVS. S. ET
IVLIAE NATALI CONIVGI
CARISSIMAE. ET
M. POBLICIO, MERODI
LIBERTO PIISSIMO. ET
CLAVDIAE THETIDI
CONIVGI EIVS ET
LIBERTIS LIBERTABVSQVE
EORVM. ITA NE LICEAT.∴
IVS SVVM VENDERE AVT DONARE

*Neapoli, apud Sanazaros.*

DIS. M A
CLODIAE. APATES
M. IVLIVS METVLVS
CONIVGI. BENEMERITAE

*Capuae.*

C. IVLIO
DRYSMANTIS L. ORESBIO
IVLIA. C. L. EPHESIA
PATRONO SVO SVISQ

*Genuae, penes D. meum D. Canonicum de Ferris.*

C. IVLIVS MVCRO. ET
Ɔ. IVLIVS ONESIMVS. ET
C. IVLIVS PRIMIO FECERVNT
SIBI
ET SVIS POSTERISQVE EORVM. ET
CORNELIÆ *ſic*
ATTICILLÆ IVLI PRIMIONIS F. ET
PL AVTIÆ *ſic*
CHELIDONI IVLI ONESIMI
CONIVGI. POSTERISQVE EORVM

*Ravennae.*

IVLIA MARIA
EVR ESIS
SIBI VIVA POSVIT

*Ravennae, ad D. Mariae in Portu.*

IVLIVS. MARTIANVS. SIBI. VIVO.
POS. ET CONIVGI
OBSEQVENTISS. SVAE. AELIAE CAS-
SIAE. SI. QVI
VERO POST MORTEM NOSTRAM
EANDEM ARCAM APERIRE
VOLVERIT INFERET CONVIVIO
VETERRANORVM *ſic*
SIVE MARTENSIVM S-S C̄

*Auguſtae, Vindelicorum.*

C. IVLII. SILANI. LIRI
LIBERTI. NATIONE
BITVRIX. ANNO
RVM XIIX. H. SIST

*Taraconae.*

TI. IVLIVS. TI. F
FA .∴.∴A. MATERNVS
DOM RO.∴.∴.∴ ANN.∴
XXVIII. DIES. XII

*E ſched. Vaticanis.*

.∴.∴.∴.∴.∴.∴.∴.∴.∴.∴.∴.∴.
.∴.∴.C. F. VLPIA PATAVIO
NE. C. IVLIVS IVLIANVS
VET. AVG. D. VIX. ANN
XXXVIII. MENS. I. D. III
MILIT. ANN. XVIII. IN
COH. V. PR. P. V. 7. GRATILI
ANI C. IVLIVS GLAVS
MIL. LEG. II. PARTHICE. AN
TONIANAE. P. F. F. ETER
NE C. IVLIVS T. MIL. COH. XII
VRB. FRATRES. ET. AN
TONIVS REPOMVS. VETERA
NVS EREDES. BENEMER
CVRARVNT

*Ex iiſdem.*
*Tom. vocat.* le Aldine.
*pag.* 402.

DIIS MANIB
IVLIAE. Q. L
SABINAE
MEDICAE
Q. IVLIVS ATIMEIVS
CONIVGI
BENE. MERENTI

*Ex iiſdem.*

L. ORISCVS EGNATI FRONTONIS
ET IVLIAE EVTYCHI LIBERTI FI
LIVS. ANN. XV. HIC ADCQVIESCIT

*Ex iiſdem.*

IVLIAE HELIADI
C. IVLIVS FAVSTVS
CONIVGI BENEMER
VIX. AN. XXIIII

*Ex iiſdem.*

D. M. VOLVNTILLAE PRI
MAE CONIVGI PIISSI
MAE. C. IVLIVS EPAPHRODITVS
FEC. LIB. LIBER
TAB. Q. POSTERISQ
EORVM. IN. F. PED. VI. IN. AGR. P.
VI

*Ex iiſdem.*

TI. IVLIO SIMPHORO
PATRONO
OPTIMO BENE
MERENTI. VIX. AN. LXXV
POSTERISQ. SVOR
TI. IVLIVS. HERMES
IN AGRO P. VII. IN FRONT. P. V

*Ex iiſdem.*

C. IVLIVS C. IVLI. FAB
AFRICANI EQVITIS. ROMANI
LIBERTI LIBERTVS
SVCCESSVS ET IVLIA HIGIA
CONLIBERTA EIVS FECERVNT SIBI
ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POS. EORVM

*Ex iiſdem.*

DIS MAN
IVLIAE AVGVRINAE
VIX. ANN. VIIII. M. VII
IVLIVS ANTONIVS
PATER FECIT
FILIAE RARISSIMAE

*Ex iiſdem.*

D. M. FABIAE PRIMITIVAE
QVAE V. A. IIII. M. II
D. XII
C. IVLIAE PRIMI
TIVS P. ET PVBLILIA HE
LIAS M. F. PIINTISSI
MAE FECIT

*Ex iiſdem.*

IVLIAE EVTICHIAE
C. IVLIVS FORTVNATVS
.:.:.:.RISSIMAE
FECIT SIBI ET SVIS
LIBERT. LIBERTAEVSQ
POSTERISQVE EORVM
MONVMENTO SIGNATO ET DE-
CRETO
MAGISTRI. QQ. COLLEGI FAMI-
LIAE
IVNIORIS IVLIANAE
HOC. MON. HER
ED.

ED. EXTER. NON SEQVET
H. M. D. M. A

*Ex iiſdem.*

D . M
SACRVM
TI. CLAVDIVS. AVG
LIB. BIOTICVS
FECIT. SIBI. ET
IVLIAE. DONVSAE
ET LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
SVIS. POSTERISQVE
PRAETER NYMPHEN
IN. FR. P. XXX. IN. AGR. P. XXX

*Ex iiſdem.*

DIS MANIB
P. MANLIO PAMPHILO
ET IVLIAE CHRESTE
ET. C. IVLIO. SP. F
CEREALI

*Ex iiſdem.*

D . M
Q. IVLIVS IANVARIVS
VIXIT. A. XXVIIII. M. IIX. D. XIV
IANVARIA ET AGATHO
PARENTES INFELICISSIMI

*Ex iiſdem.*

C. IVLIO. RVFO. VIX. AN. XIII.
M. VI
PIENTISSIMO
PARENTES ARAM POSVERVNT

*Ex iiſdem.*

D . M
LO-
LORANIA
FORTVNATA
Q. IVLIO. OCTA
VIO. SODALI
SVO BENEMB
RENTI. FECIT
VIXIT. ANN. XXV
ET SIBI IN F. P
III. IN. AG. P. V

*Ex iiſdem.*

D . M
IVLIAE
APHRODITAE
HERES FECIT
IN F. P. III. IN AG. P. VII

*Ex iiſdem.*

DIS MANIBVS
IVLIAE SECVNDAE
C. IVLIVS. FELIX. F
IVLIAE SECVNDAE. LIB. SVAE
IDEM CONIVGI CVRA EGIT
STVDIOSVS. VIXIT. ANNOS
XVIII

*Ex iiſdem.*

M. IVLIVS
VERI. L.
FRONTO

*Ex iiſdem.*

C. IVLIVS. L.
FABATVS

*Ex iiſdem.*

C. IVLIVS
PRIMI. L
FELIX

*Ex*

*Ex iiſdem.*

C. IVLIVS. EROTIS. L. ATTICVS
IVLIA EROTIS LIBERTA SALVIOLA
C. IVLIVS ATTIC. F. VICTOR
AN. XVIII

*Ex iiſdem.*

DIIS MANIBVS
IVLIAE. Ɔ. L. HELPIDIS
VIXIT ANNIS XVI
MENS. VIIII. DIES DVO
IVLIA IRENA FECIT
VERNAE SVAE CARISSIMAE
BENEMERENTI. ET SIBI SVIS
LIBERTIS LIBERTABVSQ
POSTERISQ. EORVM
ET. FLORO. VIRO. EIVS
LIBERTIS LIBERTABVSQ. EIVS

*Ex iiſdem.*

DIIS MANIB
C. IVLI EPHEBI
C. IVLIVS FORTVNATVS
C. IVLIVS VERECVNDVS ET
C. IVLIVS SVCCESSVS ET
C. IVLIVS SEMNVS
PA
TRONO
BENEMERENTI
FECERVNT

*Ex iiſdem.*

L. SENTIVS HERMA
FECIT SIBI ET
L. SENTIO RESTITVTO PATRONO
BENEMERENTI ET
IVLIAE. PAEZVSAE. DIGNISSIMAE
LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQ.
EORVM

*Ex iiſdem.*

D. M
M. IVL. SERNO
ANN. XXXII
INITINERE VR
DEFVNCTO ET
SEPVLTO COELIA
ROMVLA
MATER FILIO
PISSIMO
ET COLLEGIVM
SALVTARE
D. D

*E Vatic. ut ſup. 405. et*

*E ſched. Illuſtriſs. & Reverendiſs. Fabretti.*

FVRIA SP. F. DONATA. C. IVLIVS
CONIVGES DVLCISSIM
HIC SVNT
SEPVL. BENE. VALEAS. QVI. LEGIS

*Ex iiſdem.*

C. IVLIVS. C. L
FABER
V. AN. LX

*Ex iiſdem.*

LVRIA
PHILOTIS
IVLIAE LIB

*Ex iiſdem.*

EPERASTVS
IVLIAE. LIB
ORANT

*Ex iiſdem.*

IVLIA HILA

LIBERTA. CAES
ORNATRIX

*Ex iiſdem.*

L. ASELLIO L. F. CATVLO
TI. IVLIO. T. F. CLVS. ABVRRIO
D. ALBIO. D. F. POP. FRONTINO
L. VAPVTIO. L. F. SABINEO
LIBER. AERE MVLTAT. IO
H. SEPVLCHRVM. FECERVNT

*Ex iiſdem.*

D. M. S
Q. NINNIO. Q. F
ARN. OPPIANICO
AED. IIII VIR. I. D
IVLIA. MARCIA. B. M

*Ex iiſdem.*

IVLIAE METHE
IANVARIVS
CAESARIS. AVG.
*ſic* AB EPISTVLIS
CONTVBERNALI
CARISSIMAE

*Ex iiſdem.*

D. M. IVLIAE
FORTVNATAE
IVLIVS PRISCVS
MATRI. B. M. F

*Ex iiſdem.*

D . M
CN. IVLI. PICENTIS. MIL. CO
. IIIII. VRB. 7. TERENTIANI
ARESPICI. ORDINATO
FECIT
CN.

CN. IVLIVS. THEAGENES
PATER. FILIO PIISSIMO.

*Ex iiſdem.*

ZEPHIRI . C. IVLI. C. L
LIMAE. E . CTHALAMI
OSSA. HIC. SI. OSSA. HIC. SI-
TA.SVNT TA. SVNT

*Ex iiſdem.*

TI. IVLIVS. CHRESIMVS. ET
C. FVRNIVS. PANCARPVS
FVRNIAE EROMENE *ſic*
B. M. FECERVNT

*Ex iiſdem.*

D. M. S
IVLIA EVTICHIA
IVLIO PRIVATO
PATRONO, ET
C. REIO. CELERI. FILIO
PIENTISSIMIS BENE
MERENTIBVS. FECIT
CVM. BEBIO. IVNIO
MARITO
SIB. ET. SVIS. ET
POSTERISQ. EORVM

*Ex iiſdem.*

M. IVLIVS. AVGVSTAE. L
MENANDER
IVLIA FAVSTA
MENANDRI

*Ex iiſdem.*

L. IVLIVS. L. F. QVIR
ATTILIANVS
VIX.

VIX. AN. XIX
MENS. VII. D. XIII

*Ex iiſdem.*

IVLIAE
PROCVLAE
ET IVLI GLY
CERI

*Ex iiſdem.*

IVLIA. IVLI. L. PRIMA
V. A. LXV. H

*Ex iiſdem.*

IVLIA. PAVLINA. TITI
LABIENI. VXOR

*Ex iiſdem.*

IVLIA PLAETORIA. Ɔ. L
ZOIS. HESPERIS

*Ex iiſdem.*

IVLIA PHYLLIS
VIX.

VIX. AN. XXX

*Ex iiſdem.*

C. IVLIO
POSTVMI. L
ORTHINO ET
C. IVLIO. PRINCIPI

*Ex Lamina aerea Paletolae.*

*Col. prima.*

TI. IVLIVS LICINIANVS

*Col. Secunda.*

C. IVLIVS HOSPITALIS

*Col. quarta.*

C. IVLIVS STACCHYVS
C. IVLIVS HOSPITALIS IVN


*E Columna noſtra de qua ſup. Sect. Quinta Cap. IX. paulò ante memoratus.*

C. IVLIVS. C. F. FAB. SABINVS. HE-
RAC

CA-

## *CAPUT II.*

*Tabella Marmorea ad Lavinum inventa; nunc parietibus Suburbani mei affixa.*




QVemadmodum in proximè praeteriti Capitis poſtremo Lapide ignoratum eſt, quonam conſanguinitatis ſeu affinitatis titulo eſſet alligata cum HILARIONE CAESARIS CVBICVLARIO, nec non cum C. IVLIO EVPHEMO, IVLIA LYCE; & num ipſa fuerit, quae eidem IVLIO, an potiùs IVLIVS, qui IVLIAE Marmoream Tabellam illam poſuerit; ita in praeſenti neſcitur prorſus, quid nam habuerit cum Lucio MVNIO GNONOME haec MVNIA COENE; an eidem fuerit filia, an uxor, an liberta. Nobilitas tamen hujus Gentis nobis non abſconditur, ſicuti locus, ubi condi debuit, ſive conditus jam erat L. MVNIVS, tacitè innuitur.

Quoad nobilitatem, (in ſolis Lapidibus perſiſtendo) ea liquet è quodam Aulo MVNIO Auli Filio EVARISTO

SPLendidiſſimo EQuite Romano, PATrono COLoniae cujuſdam, de quo in Gruterianâ Epigraphe:

CCCCXL. 1.

A. MVNIO. A. F
MIN. EVARISTO
SPL. EQ. R. PAT. COL
OMNIBVS. HONOR
NITIDE FVNCTO OB
INSIGNEM EIVS EDITIONEM
MVNERIS BIDVI POPVLO
POSTVLANTI. BIGAM
PLACVIT. EQVEST. STATVA
DECRETO ORDINIS EVM
ORNARI
L. D. D. D

Augetur è contractis quondam ab eâ nuptiis cum aequè nobiliſſimâ gente *Vennoniâ*, de quâ hanc alteram dat Gruterus:

CCCCLXXXV. 3.

T. VENNONIO. T. F. STELL
AEBVTIANO PATRONO ET
MVNICIPI. COL. AVG. LAVR
EQ. R. EQ. P. IVD. EX. V. DEC
SELECTO. CVR. R. P. ALB
POMPEIANORVM. L. L
PONTIF. EIVSD. SACERD
MVNIA. Q. F. CELERINA VXOR
MARITO. KARISSIMO

Titi Filio STELLatina COLoniae AVGuſtae LAVRolavini EQuiti Romano EQuiti Publico IVDici EX Quinta DECuria CVRatori Rei Publicae ALBanorũ Laurenti Lavinati.

Quum ergo *Vennoniam* (non ſecus ac praeſens eſt MVNIA) fuiſſe & ipſam Bononiae indigenam conſtiterit ſuperiùs Sect. Quintâ Cap. XX. è T. *Vennonio Bononienſi*, milite ſtrenuo, non fuit difficile binis hiſce ac clariſſimis aequè civibus & conterraneis, conſuetudine, quae inter ipſos veriſimiliter ceſſit, in affinitatem verſâ, arcto cognationis nexu ſe invicem implicatos oſtendere, majuſque inde

de ornamentum è tanti ſanguinis commixtione, eorum propriae huic Patriae adjicere.

Iure ergo ſtatuit (ut ad alterum è propoſitis accedamus) MVNIA COENE, ut Inſcriptum praeſens Marmor vicibus quodammodo fungeretur cujuſdam Indicis, monſtrantis quo verè ſitu locove lateret Oſſuarium illud, ſive Cinerarium, ubi conditum ſervaretur compendium ac reliquum combuſti, vel comburendi poſt mortem viri, ſeu patris, ſeu domini ſui L. GNOMONIS, aliorumque forſan ab illo Germine inclyto emanantium. Id enim importat OLLARVM frequens mentio, primo Imperatorum aevo uſque ad Antoninos, temporibus, inquam, quibus cremabantur corpora, non ſepelliebantur. Et hunc morem, non ſecus atque tale tempus, referunt hujus locutionis formulâ Gruterian. & Reineſian. Inſcripti Lapides, quibus, & alii aliàs adducti, & hi qui ſequuntur inediti, aeque conducunt:

*Romae, apud Illuſtriſs. & Reverendiſs. Fabrettum. Invent. anno 1686. in Coemeterio B. Caſtuli.*

C. AVILIO. LESCHO
TI. CLAVDIVS. BVCCIVS
COLVMBARIA. IIII. OLL. VIII
SE. VIVO. A. SOLO. AD
FASTIGIVM MANCIPIO
DEDIT

*Romae, nuper inven. & ad me tranſmiſſa ab Ex. D. Leone Strozzio, anno 1687.*

CN. VOLVNILLIVS SPERATVS SIBI. ET | PETRONI ZOSIME CONIVGI. OLL

*Extra Romam, in Coemeter. Calliſti.*

SIBI. ET SVIS. OLLAS. III
M. PERELIO NEONI

*E ſched. Vatican.*

OLLAE. II. M. VARENI. MA
XIMI. VARENIA. M. L
ELEVTHERIS
VIX. ANN. XX

*Ex iiſdem.*

M. CERCENI M. L. CALIPI
H. O. S. S. — Hic Oſſa Sita Sunt.
CERCENIA CRISPINAE. AVG. L
HOMPALE. OLL. D. S. D — OLLas De Suo Dedit.

Ex

*Ex iiſdem.*

C. ALFIVS 7. L
DIOCLES
HIC ORDO AB IMO
VSQVE SVSVM *ſic*
OLLARVM. AI.

*Ex iiſdem.*

L. VIBIVS FORTVNA
TVS. V. A. LX. IN HANC OLLA
M CONDITVS

*Ex iiſdem.*

P. PINARIVS CRYSEROS
OLLAM DEDIT
M. PETILLIVS M. L
HERACLIDA

*E ſched. Vatican.*

C. PONTIVS SODALIS
IVLIA CAMPANA
OLLA. II

*Ex iiſdem.*

DIS. M
P. CONSIDIO
SIGNINO
POMARIO
DE AGERR
APROSCVCHA
Q. SALLVSTIVS
HERMES
AMICO BENEMERENTI
ET NVMERVM
OLLARVM DECEM
IDEM A TERGO

*E ſched. Gammari noſtri, apud nos.*


D . M
SEVERAE DORIDI
SEPVLCHRVM
VIXIT. A. XXIX. D. VII
OLLA DATA A. L. SVLPICIO
VIRO SVO T. F

*Ex iiſdem.*

FANNIA STRATONICE
IN HOC PARIETE OLLAS. X

Id porrò quod notamus in OLLIS, obtinet etiam in VRNIS, quae ſunt unum ac idem cum OLLIS, quum re conveniant etſi nomine differunt. Harum quaedam ex innumeris, quae è Bononienſi agro in dies emergunt, in meâ Turri deſtitutae jacent, uti cujuſvis penitus nominis ſeu alicujus notae expertes, non ſecus ac innominatas ſe praeſtant, quas in Muſeo Coſpiano honorificentiùs aſſervari docet ſolertiſſimus ejuſdem Muſei Interpres Laurentius Legatus, ipſarum formam, quam ſubjicio, non ſolùm ad fidem archetypi exactiſſimè delineatam, ſed earundem hiſtoriam abundanti adeò commentariolo, Italicè conſcri-

ſcripto, illuſtrans, ut vel ipſis anſis, è corpore ollarum diſtractis & evulſis, non pepercerit, ut mox viſuri ſumus:




*Manico d'Vrna antica di terra cotta, con eſpreſſevi in rilievo queſte lettere RENVS. Lo trovai in certi frantumi cavati in un colle del Commune di Caſaglia; non lungi dal Fiume Reno; e lo congetturai ſegnalato con què caratteri, per dinotare il luogo, dov' era ſtata fabbricata queſt' Vrna, cioè per dirlo col Co: Carlo Ceſare Malvaſia:*

*Là dove il picciol Reno*
*Fà de' più bei criſtalli,* Amor Convinto. Idil. verſ. 163.
*Che rodeſſero mai ſponda arenoſa,*
*Limpido ſpecchio a la Felſinea Atene;*

*avvegnache lungo il Reno, ſe ne lavoravano anticamente in copia grande. E mi ſovviene d'averne veduto con quelle note appreſſo il Dottor Montalbani, inſigne Antiquario, le quali erano di queſta figura:*

At





At ſi voluit exactiſſimus Muſei hujus Scrutator, vocabulum iſtud RENVS poſtremis anſis appoſitum, locum indicare, quo ſimiles OLLAE ſeu VRNAE conficiebantur, cur non mihi liceat cum Iuriſtis, hujus càſus ſingularis *exceptione*, quae *firmat regulam in contrarium*, conſtanter aſſerere, in quibuſvis aliis inciſum ſeu inſculptum nomen, opificem declarare, in cujus officinâ fictilia talia vaenum cuique darentur? Profectò id paſſim obſervamus in lucernis, in lateribus, in tegulis, in imbricibus, caeteriſque ejuſdem cenſus figlinis, per me itidem Romae quotidie repertis, nonnulla quarum exemplaria in noſtrâ *Aelia Laelia Criſpide* dedimus.

Id tamen obtinet quoties nomen ibi impreſſum, rude ac ſimplex ſe oſtendat, ideoque viliſſimo artifici reſpondens; ſecus quandocunque praenomen inter & cognomen medium poſitum, civilitatem ſaltem ſi non nobilitatem oleat; tunc enim virum potiùs enunciaſſe crediderim, cujus cineres conderentur, ut in hoc, quod ſubjicimus, VR-

NAE

NAE fruſto, paucis ab hinc annis ad D. Franciſci Majoris, moenia olim Civitatis, reperto, nec non à piiſſimo aequè ac doctiſſimo Archipraesbitero Io: Antonio Victorio ſervato:




TITI enim MANLI ATTALI ſeu ATTALici commemoratio, hac praeciſâ formâ, quam ſubjungimus, impreſſa, nobiliſſimi MANLIORVM Generis memoriam commovet, admirandamque tantae Gentis, apud nos olim propagatae, diſſertationem parat, quam ab eloquentiſſimò, harumque Antiquitatum peritiſſimo, Adm. Rever. P. Mag. Thomâ de Simeonibus à Monteleone, hujus fragminis nunc poſseſſore, jure expetimus. Ex eâ ſiquidem conſtare poterit, quid ſibi velit pariter Dens Equinus, quem ajunt in eadem VRNA cum cineribus fuiſſe commixtum, ut Lucernae ſuperſedeam ibidem incluſae, in quâ impreſſum legebatur haec vox STROFILVS, quam nomen figuli indicaſſe exiſtimo.


Vile tamen fragmen. & quiſquiliae copioſiſſimi & inſigniſſimi illius Muſei metallici, quod ipſe poſſidet.

Prominet ergo, ut ibi patet, character, communique, immo peculiari cunctorum figulorum formâ exaratus, ir-

refragabile Antiquitatis teſtimonium perhibet. Secus in quovis alio, qui rudi quandoque clavi ſeu cultri cuſpide ſignatus, ſeu ineleganter inciſus, ſuſpicione non caret. Cujus ideo fuiſſent generis lubenter noviſſem ego literarum elementa, quibus nuperrimè inveni inter Vaticana volumina, tomo ſignato ab extra 5243. pag. 41. VRNAM quandam, rudi quidem & primo calamo, ut ſequitur, delineatam:

*In Vrna Bononiae.*

His adde ſupra memoratam, quam habes in praeſentis lib. proſcenio aere inciſo.




E nativo enim horum characterum ductu conjectaſſem ego tutiùs, quânam conditione praeſtitiſſet Gens SALVINIA, quae licet reticeatur ab Autoribus, non praeteritur à Lapidibus eam quandoque renunciantibus, eandemque noſtris regionibus proximè degiſſe indicantibus: Quandoquidem SALVINIOS Patavii quondam extitiſſe, docet hoc monumento Urſatus:

Monum. Patav. pag. 294. I.

OSSA SALVINI
EMPRONI CER
ONI. LEG. XI. AN
TICO LICINIA
I. L. F

Qua-

Qualiſcunque tamen verè fuerit, non parum huic noſtrae Inſcriptionum Collectioni ſuffragatur, dum hanc ſaltem, ignoratam à nobis in hanc uſque diem, SALVINIORVM Propaginem caeteris Bononienſibus Familiis adjicit, intimumque ac exeſtuans, ſeu Parentum erga Filiam, ſeu Mariti erga Uxorem ſtudium, non ſecus aperire contendit, ac olim Auguſtus in AMANTISSIMAE & ipſe conjugis ſuae poſtremo amplexu, ultimùm vitae anhelitum in haec parum diſsimilia verba effudit: *Liuia*, *noſtri coniugij memor* VIVE ET VALE. Et Aeneas in Pallantis funere: Svet. in Ejus Vita.

SALVE *aeternum mihi*, *maxime Palla*, Aeneid. lib. XI.
*Aeternumque* VALE &c.


Sic pluriès in Inſcriptionibus à conjugibus HAVE ET VALE profertur. Apud Reineſ. Claſs. Decimaquartâ CXCII. HAVE DVLCIS DVLCIS VALE. &c. Claſs. eâdem CXXIV. VALE MI. V. VALE Penes Grut. DCCCXL. 8. HAVE DOMINA VALE DOMINA. Et nuperrimè ad noſtrae formam, hoc AVE, quod advenientis, & VALE ſeu SALVE, quod eſt diſcedentis ſalutatio, ipſi vel Auguſto, Senatum intranti, & ab eo diſcedenti, ſolemne; exhibent aliàs adductae ſuperiùs Epigraphes ineditae, quibus è Sched. Vatican. haec ita conſonat: Godſcale. in Latin. Serm. Obſervat. in verbo VALE. Sveton. in ejus Vit.

PROSDOCIONIS. OSSA
HIC. SITA. SVNT. VIXIT. ANN. XXV
SINE CONTVMELIA. DAT. DONVM
HORESTES. BENEMERENTI
HAVE NVMQVID VIS VALE


Accedente praeſertim eleganti ſuo metro Catullo:
*Accipe fraterno multo manantia fletu*,
*Atque in perpetuum*, *frater*, *AVE*, *atque VALE*.

## CAPUT. III.

*Marmoreum Coronidis fruſtum,*
*in cujus medio ſcalptum juvenile caput;*
*olim apud DD. Sacchios:*
*nunc in meae Turris Suburbano.*




*Supra januam domus olim de Nappis, nunc DD.* de' Sega,
*in Via S. Felicis,*
*penes Officinam Monetariam.*




*In*

*In Studio D. Comendatoris Conſtantii Vizani.*

| |
|---|
| M. SIRSIVS. L. F. ARN<br>BASSVS. VIX. ANN. XIIII<br>EMPTA. DE. C. MARCIO. C. L. RVFO |

NOn minori incertitudine, eâ quâ laboraſſe modò vidimus *Muniam Coenem*, afficiuntur in praeſens OSCII, SERII, & SIRSII, in quorum Tribus nunc Lapidibus, quis nam fuerit, qui verè inſcripſerit, minimè noſcitur. Quicquid ergo ex iiſdem elicitur, eſt Trium harum Familiarum, alibi, & hactenus ignoratarum, Boboniae propagatio, OSCIIS exceptis, quorum bis à Grutero fit mentio, in OSCIA ſcilicet itidem PRIMIGENIA, & in OSCIO *Felice*, utroque pariter eadem humili (quâ noſter) Liberti notâ inuſto. DCLXII. 5 DCCCLXX-XIII.3.

Ab ipſius ergo ulteriori commemoratione me tempero, eòque lubentiùs ab eâ me ſubtraho, quòd ejus non benè oleat denominatio; ex quo OSCI *Italiae populi antiqui in Campania* (à quibus fortaſſe OSCII noſtri majores ortum duxerunt, & hinc è loco nativo, ut ſaepè evenit, nomen traxerunt) fuere dicti. *Vnde oſcena verba, ideſt impudica, quia frequentiſſimus fuit OSCI libidinum ſpurcarum uſus.* Stephan. in hoc verb.

Quòd ſi ab hac ignominiâ praeſentem hunc OSCIVM vindicare lubeat, dicamus potiùs ipſius Genus ortum ab OSCO, Etruſcorum Rege, de quo fit mentio anno ante V. C. DXL, quòd ſanè haud inconvenit Civi Bononiae illius, quam ante V. C. fuiſſe Etruſcorum Regiam aliàs demon-

monſtratum eſt, totieſque aſſertum.

Nulla prorſus ergo Sequentium duarum Gentium, SERIORVM, inquam, & SIRSIORVM apud Autôres reperitur mentio. Irrequietus olim & nunquam ſatur Inſcriptionum Collector, Gruterus ipſe, vix hanc unam noſtram de SERIIS edidit; quapropter, ut opituler ego ſolertiſsimo Reineſio, qui in ſuo ſupplemento ne primam quidem attulit, has binas edico, quarum primâ, beneficio amoeniſsimi Reginae Antiquarii Franciſci Camelli, compos ſum factus; alterius verò exemplar decerpſi ego Romae è culinâ hoſpitii Ciſtercenſium, & hae ſunt:

D . M
SERIAE'
EXPECTATAE
C. SPELLIVS'
FVNDINIANVS CONIVGI. B. D. M
D. M

D . M
SERIAE
TIGRIDI
CONIVGI
BENEME
RENTI. SVIS
IMPENDIS *ſic*
FECIT

Nil propterea de hoc nomine recenſendum occurrit, praeter ejus denominationis originem, quam derivatam dicere poſſem à vaſis fictilibus, quae dicta ſunt SERIAE, in quibus carnes ſalſae conditae ſervantur, quò reſpexit Cato quum ait; *pernas ſic ſaltre oportet in dolio, aut in* SERIA, ſeu quibus vina quandoque recipiuntur, de quibus Columella: *Dolia quoque &* SERIAE, *caeteraque vaſa ante quadrageſimum vindemiae diem picanda ſunt*; quandoque
Lib. 12. Cap. 18. oleum, ad quod refertur illud Varri: *Vaſa vendemiatoria aut* SERIAS *olearias, aut trapetias &c.*

Quòd ſi à loco potiùs originario, quàm ab his externis & accidentalibus idem derivare placeat, prout eruditiſſimè ac pleniſſimè, more ſuo, uſuvenire ſaepè docet, atque exemplificat Reineſius pluribus locis, dicamus illud deductum à SERIA, Hiſpaniae ulterioris urbe, quae Fama
Lib. 2. cap. 4. Iulia dicitur, ſeu urbs Turdetanorum, de quâ Ptolomaeus
Lib. 3. cap. 1. & Plinius.

Quòd

Quod de SERIORVM penuriâ hactenus dictum, pleniori fiduciâ in SIRSIIS venit aſſerendum, qui adeò à Grutero ignorantur, ut ne unam ipſorum exhibeat Epigraphem, niſi tamen eſſent qui ab eodem appellantur SISII, è quibus ideo extritâ in medio, & abjectâ, (veluti per ſyncopen) aſperâ literâ R, ob ſuaviorem verbi prolationem, pro SIRSIIS SISII dicti fuerint, id quod in pluribus vocibus hodiè familiari dialecto contingit Romae, praeſertim in foeminis, quae ob quandam ſermonis mollitiem, ut ita dicam, & lenocinium, quaſdam elidunt literas: *anate* pro *andate*, *ſcenete* pro *ſcendete*, *ſciaurato* pro *ſciagurato*, *propio* pro *proprio*. Sic apud Antiquos *frago* pro *frango*, *tago* pro *tango*, *pago* pro *pango* & ſimilibus. De quibus Reineſ. alicubi.

Quandocunque ergo SIRSII idem ſint ac SISII, Inſcriptionum non omnino ſe praebebunt expertes, & quibus eos floruiſſe Romae, Gruterus indicet; non diſſentiente Tribu ARNienſe, more militari & nobilium ut plurimùm apponi ſolitâ, & quae hoc caſu vice Laemoniae huic adoleſcenti tributa, indicat, eum fuiſſe exterum, nec adhuc ſolidè apud nos firmatum. Non enim habens locum ubi ſepelliretur, EMI debuit à CAIO MARTIO Caii Liberto RVFO.

BASSVS, cognomen SIRSIO additum, non eſt inſuetum Bononiae. BASSVS fuit, quem toti Felſineorum exercitui imperantem, obſeſſam Claternam in deditionem recepiſſe, ſupra vidimus Sect. Tertiâ Cap. I. & BASSVS cognominatus eſt noſtras C. Percernius ſupra Sect. Octavâ. Cap. XII.

CA-

## *CAPUT. IV.*

*Extra portam Civitatis, quam* la porta di Strà Maggiore *vocant; è regione Eccleſiae vulgò* la Madonna di Strà Maggiore.




*Ex*

*Ex Alidoſio pag. 78.*

Nel Commune di Medola &c.

POMPONIA. D
V. POLIA. VXOR

*Ex eodem. pag. 81.*

Nel Commune di S. Alberto di Piano.

C. VAT. MX. D BON

B*aſſo* jam viſo jure ſuccedere videtur praeſens GAVIA, ſi GAVIA etiam alibi fuit, quam ad pedes *Baſſi* flexam, adeò efficaciter oraſſe alibi audivimus, ut Claternatibus ſuis concivibus pacem ac veniâm impetraverit, ut aliàs dictum: Quapropter non injuriâ haec reputetur eſſe è tot hujus Heroinae Sculptis Imaginibus, quas per totam Aemiliae viam poſitas, ſunt qui propriis oculis ſe inpexiſſe teſtentur, priuſquam iniquâ Vetuſtatis injuriâ funditùs deſtruerentur; ut ſenſim huic noſtrae, ob lapicidinarum nativarum, undè exciſſum exiit Saxum, teneritatem evenire cernimus. Sect. Tertia Cap. I.

At ſi GAVIAE perierunt Imagines, remanſere GAVIORVM Inſcriptiones, quae de hac inclytâ Stirpe, non ſolùm per regiones noſtras, ſed alibi etiam longè lateque diffuſâ fidem faciant. Quandoquidem ſi dictam Aemiliam petimus, hae duae ſe ſe nobis offerunt:

*Imolae, in Abbatia S. Mariae.*

GENIO
COLL. CENT
GAVIVS FEL
PET RON
..........

*Faventiae,*
*In D. Georgii in Ceperano.*
*invent. à D. Antonio Camillo Bagnara Archipresbitero,*
*ac mihi tranſmiſſa ab eruditiſs. P. Porporino à Faventia.*

ARRIAE. IONIDI
C. GAVIVS. THALES
CONIVGI OPTIM.

Si verò oppoſito prorſus itinere, Mutinam tendimus, hae pariter binae, quae Vidrianum latuere, fiunt obviae:

*Mutinae in tabella marmorea.*

B . M
M. GAVIVS M. L. DAMASVS
SIBI ET SVIS

*Brixilli Mutin. fortalit. extra Eccleſiam S. Gineſii. In grandi marmore ſeptem figuris ornato.*

*Adduc. ſup. Sect. Quinta Cap. XXIV.*

SALVSTIA. M. L. APIGVLA
SIBI. ET. Q. GAVIO Q. L. PRIMO
FILIO
IIIIVIRO ET AVGVSTALI. D D
GRATVIT
T. E. I

ipſis conſonante baſis fragmento, aliàs à nobis adducto Sect. Quintâ Cap. VIII. & exhibente:

L. GAVIVM SEVERVM MVTINA

Si tandem alibi eam quaerimus, non parùm in Inſcriptionibus, quas Gruterus edidit, & in non adhuc editis, quas alibi adduximus, eam dilatatam cernimus, ſi praeſertim hiſce reliquis aſſocientur: pag. 377. col. 2.468. col. P. 489. col. 2.

*Romae, apud Mazzantes.*

GAVIA. Ɔ. L. PRIMA
FECIT SIBI ET L. APVLLEIO
PHILLINO
CONIVGI SVO

*Extra Romam, vinea Macarana.*

GAVIAE DOMATAE FILIAE DVLCISSIMAE
QVAE VIX. AN. II. M. V. D. XI
GAVIVS QVINTILIANVS ET
ELBIA DOMATA PARENTES

*Eſche-*

*E ſched. Vatican.*

SEPTIMI SEVERI PERTINACI
AVGVSTI PARTICI ANTICI
PROPAGATORI IMPERII
P. GAVIVS SECVNDINVS
OB HONOREM DECVRIONATVS
OBLATVM
A SPLENDIDISSIMO ORDINE PAR
L. D. D. D

*Ex iiſdem.*

Q. GAVIVS Q. L
ANO-

ANOPTVS. V
SIBI ET
Q. GAVIO. Q. L
AGATOCLI

*Ex Antiquario P. Ferrarini. Veronae in Eccleſia S. Salvatoris.*


GAVIO ONE
SIMO CEIA
SEVERA. B. M

Caeterum innumeras GAVIORVM dignitates & publica munera, in praeſenti diſceptatione praeterire ſtatuo, ex quo eadem primo ac ſolo Gruterianarum Inſcriptionum intuitu ſe ſe manifeſtant, non ſecus ac paribus redundaſſe viderimus ſupra ſequentis hujus POMPONIAE inclytos Proceres in ... POMPONIO *Fortunato* milite Felſineo, de quo ibi actum; quapropter eadem repetere fruſtraneum exiſtimo, praeſertim quòd intermixtas in Inſcriptione ſiglas me nunquam aſſequi potuiſſe fateor; quid ſcilicet indicent illae duae literae D. V. An ne forſan Dolente Viro? ſupple hac uxore mortuâ? Anne potiùs Dum Vixit? Diu Vixit? Diu Vivens? Digna Vivere? Diu Virgo, quod nimirum tardè ſe nuptui dederit? An Dierum V. hoc eſt quinque tantùm diebus VXOR? quod videlicet poſt quinque dies à contracto matrimonio exceſſerit? Num De Vota? Diis Votata, quod, inquam, Sacerdotali munere fuerit inſignita? Num Digna ſeu Docta Virago? Seu Dicta dum vivebat Vrbana, ex quo Minerva POLLIAS, quaſi Vrbana appellata fuit? Sed quare non in fine potiùs has apponere? Sect. Quinta Cap. XXI.

Non abſimili abbreviatarum vocum, & ſimplicium notarum obſcuritate involvitur Tertia Inſcriptio, plùs etiam anteriore mihi ignota. Quid alii de utràque ſentiant, libenter audiam.

## *CAPUT V.*

*In Angulo Porticus, Plateam verſus, Noſocomii Sanctae Mariae de Morte.*




Alidoſ. etiam pag. 62. errato tamen numero.

*In Inſigni antiquiſſima Baſilica D. Stephani.*

INNOCENTIS
SORORIS

L.VA-

L. VASEL. AV
A C V A I. V I X
ANN. DVOBS
MENS. XII
DEPOSITA IIII
K. IVLIA
CONCORDI
N. GVAFVI

Aliidoſ. pag. 65.

DEſideratus poſtremis duabus Inſcriptiunculis aliquis Oedipus, qui eas interpretaretur, pleniori voto in hiſce Binis aliis declarandis venit exoptandus. De prodigio enim hujus Primae quis non deſperaret? quum modò incautâ literarum ommiſſione, modò indecenti earundem adjectione, modò cerebroſâ ipſarum luxatione adeò cuncta turbaverit atque implicaverit ore bleſus, & linguâ haeſitans latomus, ut commodum ſaltem, ſi non genuinum ſenſum hinc ſcrutari ac elicere minimè valuerint de Nigris, Montalbanus, Caponius, & ſi qui alii Antiquitatum Noſtrarum Scrutatores eximii.

Ab hac tamen tam enormi vocum depravatione quati ac ſubverti ne patiamur. Non adeò, inquam, monſtruoſum reputare velimus hoc Saxum, quin Gens ſaltem in eo enunciata innoteſcat ac ſe manifeſtet; quod facilè ſiet, ſi una vix deſiderata literula interſeratur, quae mancum repleat & integret ter repetitum in eo gentilitium nomen.

At quae erit huic MASVIAE huic MA S V I addenda litera? Et profectò, quum prima ac praecipua in quâ haerere ſolet, & à quâ retunditur bleſorum horum & mediolinguarum pronunciatio ſit litera R, ſi haec addatur poſt ſecundam ſyllabam iſtius vocis MASVI, MASVIAE, en tibi ſtatim MASVRI, MASVRIAE: MASVRIAM, inquam,

Gen-

Gentem cuique notiſſimam, de quâ non deerunt exempla in amplâ Gruterianâ meſſe.

Hujus porrò MASSVRIAE Gentis reminiſcentiam, me non ſecus Iuridicae Facultati debere fateor, ac eidem acceptum referam quicquid me aliàs divinaſſe praeſumpſerim in perdifficilis *Aeliae Laeliae Criſpidis* Patrii Aenigmatis expoſitione. Quum enim à primis uſque Legum incunabulis, in inſignem incidiſſem pugnam MASSVRII *Sabini* & *C. Longini* ex unâ, *Nervaeque & Proculi* ex alterâ, de dominio rei unius ab alio ſpecificatae contendentium, me adinveniſſe memini de hoc MASSVRIO *Sabino* (quem antiquiſſimum ſuae aetatis Conſultorum facile principem vocarem, ex quo ejus auditores, ſcholaeque ſectatores Sabiniani appellantur, & libri ab eo ſcripti Sabiniani vocantur) ſic loquutum Pomponium, *Lib. ſingular. Enchiridion*: *Maſſurius Sabinus in equeſtri ordine fuit, & publicè primus reſpondit, poſteaquam coepit hoc beneficium dari. A Tiberio enim Cæſare hoc tum illi conceſſum erat &c.* & infra: *Ergo Sabino conceſſum eſt à Tiberio Cæſare, ut populo reſponderet, qui in equeſtri ordine iam grandis natu, & ferè annorum quinquaginta receptus eſt. Huic nec amplae facultates, ſed plurimum a ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt.*

in §. ſi quis ex aliena. Inſt. de rer. divis.

l. ſed interim §. idem ait ff. de donat. inter vir. & ux. l. pupillus ff. de acquir. rerum dom. l. quod certatũ C. de poſth. hęred. inſt. l. ult. C. de uſufr. & habit. l. ult. C. de acquir. & retinend. poſs. l. ult. C. de indict. viduit. tollen.

Nomen ergo praecipuum in hoc Saxo erit MASSVRIAE Gentis, etſi primo verſu, balbus iſte & atypus inſcriptor, MAVSI pro MASVI dictitaverit. Caetera (VRBONIO excepto, quod elogium claudit, quodque à gentilitio non abhorret) ſunt cognomina, SPINAE inquam, & PHILVM ellae, ſeu PHILVM enae, ſeu PHILOM uſae, & ſimilium, à Grutero haud praetermiſſorum. Idem aſſerendum de ROEV primam lineam complens, quod nimirum cognomentum ſit & ipſum praecedentis Titi MASVuri, ſive à loco deductum, unde ejus Progenies fluxerit, ſcilicet ab Inſula PROTE, de quâ Plinius: ſive à PROTEA Macedone, immaniſſimo Alexandri Magni bibone: ſive à notiſſimo PROTEO, Marino Numine, de quo Maro:

Lib. 3. cap. 1.

*Eſt*

*Eſt in Carpatio Neptuni gurgite vates*
*Cæruleus* PROTEVS; Georg. lib. IV.

ſive à PROTHEO è Graecorum ducibus, qui ex Magneſiâ Troiam venit, de quo Homerus: ſiue à PROTEO Aegypti Rege, de quo idem Vergilius: 6. Iliad.

*Atrides PROTEI Menelaus ad vſque columnas*
*Exulat.* Aeneid. lib. XI.

Has porrò ſuppetias à carminibus mendicare cogor, ex quo nullam hujus cognominis hactenus mihi datum eſt offendere Inſcriptionem tali cognomine dotatam. Gruterus non ſemel in ſuis exhibet pro cognomine PROTVM, quod à PR O TE V non diſcedit; ſi enim in PR O TE V hoc admittatur, quod ſcilicet idem ſit ac PROTVS, en penes dictum P. AELIVS PROTVS. DCXCI. 3. ALFIVS PROTVS SAC. LXVI. 4. T. IVLIVS PROTVS. CCXL. P. MANILIVS PROTVS. DCLXXXIII. 4. SCANTIO. PROTO DCCLXXII. 1. L. PROTVS. DCCXLIV. 4. P. CAECILIVS PROTVS. DCCCCLXIIII. 9. Q. SALVSTIVS PROTVS. DCCCCLXXXXII. 7. ARRIA PROTIS. DCLXX. 7. P. NONIA PROTO. DCCCCLXXXXIV. 1. queis addam hanc per me repertam & exſcriptam Romae anno 1683. ad D. Mariae in Porticu, in fragmento maximi lapidis convexi, grandibus & optimis litteris ita inſcripto:

M. GALLI
MENTO
PROTI. L

A deformitate pariter depravatae locutionis, quae ſcatet in altero Lapide, quis non terreretur? Monſtra ſunt quandoque, non verba, quibus componitur Elogium iſtud, vel eâ forſan aetate conſcriptum, quâ Latii loquela primò Bononiam invecta, expulſorum denique Bojorum ſoloecis ſe miſerè commiſcuerat, vel eâ poſtremâ compactum, quâ Imperio Romanorum peſſumdato, ejuſdem Latini ſermonis puritas, Barbararum Nationum deformi dialecto turpiter

piter foedata, non ampliùs reverſura à nobis abiit.

Quis enim erit qui divinari valeat quid ſibi velit τὸ VASEL, niſi Genti ASELLiae, CASELLiae, ſeu MASCELLiae illud tribuat, de quibus ſuis locis Gruterus? Quid τὸ ACVAI, ni ad gentem ACVVIAM illud, ingenioſè magis quàm veridicè, alludere diceret, de quâ Romae in D. Alexii, in pavimento, inciſum Marmor, aliàs allatum, extare diximus ſup. Sect. Octava. Cap. II? Seu ad ACVIAM, de quâ aequè noviter aliud adductum ſupra eadem Sect. Octava. Cap. I?

Quis tandem totius thematis vim & ſignificationem aſſequi poterit, quod informem ſeu inanimatum magis ſonitum, quàm articulatam orationem refert ac ſimilat?

Potuiſſet quidem, qui SORORIS buſto hunc Titulum poſuit, quempiam è doctis peritioribuſque conſulere, eidemque illum à tantâ labe abſtergendum, atque ad purae Latinitatis leges revocandum tradere; ſed, aut piam & optimam hanc ſuam mentem Gentilibus, in Chriſti Fideles nimiùm ſaevientibus, ita aperire timuit, aut deditâ operâ inconditae dicturitionis huius emendationem contempſit, quò ita ſimplicitati ac humilitati primitivae Eccleſiae ſe conformaret, quam in pari errato deturpatove primaevorum quorundam Chriſtianorum Epigrammate, laudibus effert, ſuo in Opere Magno, Reineſius.

Claſſe Vigeſima CCXXVIII. & alibi.

Chriſtianam ſiquidem Pietatem redolere hoc Saxum, ſicuti neminem latere crederem, ita idem plura manifeſtè docent. Et primò Epitheton INNOCENTIS, quod Puellae huic, CVAI, hoc eſt QVAE, VIX it ANNis DVOBVS MENſibus XII (fortaſſe X aut XI) additum ab initio cernimus. *Innocentis* enim, immò *Innocentiſſimi* attributum Chriſtianis infantibus apponi ſolemne fuiſſe, neminem fugit, cui Romana Coemeteria luſtrare quandoque contigerit, Priſcillae praeſertim, è quo meo tempore lepida quondam erupit annominatio: INNOCENTIVS INNOCENTIO FILIO PRO INNOCENTIA SVA. &c.

Iiii vul-

vulgatae Bononienſi conſonans paronomaſiae: SI PROCVL A PROCVLO PROCVLI &c.

Secundò Chriſtianum olet cultum IIII. KAL. IVLIA, hoc eſt QVARTO KALendas IVLIAS ſeu IVLII, quandoquidem *iduum*, *nonarum* & *Kalendarum* ut plurimùm mentionem haberi à Chriſticolis in ſuorum calce Epitaphiorum, quilibet colligere poterit, etſi Sacras Arenarias Romae nunquam inviſerit, ex earundem Inſcriptionibus à Boſio regeſtis, nec non à ſapientiſſimo Reineſio ubique allatis.

Tertiò denique veram Fidem noſtram ſapit vox haec DEPOSITA, phraſis & formula, poſt frequentiorem illam in PACE, in Chriſtianorum Caenotaphiis frequens, ut ex eodem Reineſio Claſs: vigeſimâ LXI. LXXXIV. LXXXVII. CXLII. CLIV. CLXV. & aliis, è quibus colligimus ſic intelligendam eſſe ſimplicem D. uti in XXIX. LXXVII. & eò magis D P. uti in XX. XXVII. XXXI: DEP. I. XI. LXXIIII. LXXV. LXXVIII. & ſimilibus.

Quod autem tali pacto hìc ſcrutamur, ac ritè divinare nitimur in praeſenti ac praeſumptâ tantùm, id omne in hac quae ſequitur, evidenter Chriſtianâ, confirmari poterit:

*In eadem prima ac perinſigni Baſilica D. Stephani, apud Portam Sanctam.*

B A ☧ ω M

HIC REQVIESCENT
DVO. FRATRES INNO
CENTES CONSTANTIVS
NIOFITVS. QVI. VIXIT
ANNIS. OCTO. M. II. D. VI
DEPOSITVS. III. ID. NOB
C c c c CONS.

☞ affert. etiam Alidoſ. pag. 66.

CONS. DD. NN. ARCADI
ET. HONORI. AVGG
IVSTVS. FIDELIS. QVI
VIXIT. ANNIS. VII

Clarè ſiquidem ex unâ ſe nobis offert & ipſa, iiſdem duabus immo tribus, quà INNOCENTium, quà DEPOSIT i quà ID uum NOB, hoc eſt NOV em B ris vocibus interpuncta, quum ex aliâ Chriſtianam, non occultè ac praeſumptivè tantùm prout ſupradicta, ſed manifeſtè aliquantulùm & oculariter ſe praebeat. Id enim indicant ab initio in primâ lineâ, inter B. & M. hoc eſt Bene Merentibus verè Chriſti ſignum ☧ ab Α λφα & Ω μεγα hinc & illinc aſſociatum, ſicque eleganti Muſarum praeſidio, à Caſtalioneo egregiè expoſitum:


Antiq. Mediolanê. var. p. faſcicul. p.

*Circulus hic ſummi comprehendit nomina Regis,*
*Quem ſine Principio, & ſine Fine vides:*
*Principium cum fine ſimul ſibi denotat* Α *&* Ω
*X. & P, XPI nomina Sancta tenent.*


Conſentit aequè tempus, DD ominorum ſcilicet NNoſtrorum ARCADII ET HONORII, & quo horum DVO rum FRATR um, CONSTANTIVS erat NIOFI, ideſt NEOPHI tus, ſub exercitiis adhuc Chriſtianae Fidei, neque emiſsâ profeſſione; & IVSTVS erat FIDELIS, hoc eſt inter FIDEL ium numerum jam cooptatus; quippe Sacrâ Baptiſmatis Lymphâ ablutus, atque à labe originali purgatus.

Dicuntur ambo HIC REQVIESCE re, priſcorum Fidelium ritu, REQVIESCENTES, DEPOSITOS, ac praeſertim IN PACE, pro mortuis eſſe jure ponentium; ut è ſequentibus Binis Lapidibus, è Sacris Romae Coemeteriis ad nos tranſmiſſis, ac intra Eccleſiam Omnium Sanctorum *nella Braina* honorificè collocatis:

Quan-




De! hiſtoria tranſmiſſorū horū ad nos Lapidū, *Maf. Bologna Perluſtrata: pag. 385. & 461.*





Quandoquidem ſi Idololatrae in Coenotaphiis mentionem mortis horruiſſe comperimus, multò magis id Chriſtianos decuit, verè poſt mortem victuros, ex quo Redemptor noſter *Mortem noſtram moriendo destruxit, & vitam reſurgendo reparavit.*

At quoniam *in claris non eſt opus conjecturis*, ut Lex praecipit, hae cunctae ceſſant ſucceſſivis temporibus, qui-

 bus


bus datum eſt, palam & publicè Sanctiſſimum & ſuaviſſimum Domini Noſtri IESV CHRISTI Nomen cunctis qualitercunque praeponere, non abſimili formâ, quae durat adhuc, non in Columnâ quadam, ut ait Alidoſius, ſed in Cruce Marmoreâ, Columnae ſtriatae fruſtò infixâ, & quae informi charactére, eâ rudi aetate uſitato, ſic habet:

Hoc eſt LVDOVICVS ET LOTHARIVS. qui floruere ab A.D. 814. ad 854.




Hujus tandem Striatae Columnae ( de quâ caſu occurrit mentio ) figura ſeu forma, eſt quae ſequitur, & minimè praetereunda:

Ea



Simile prorſus huic affert. VVelſerus in ſuis Monumentis Auguſtae Vindelicorũ, & quod fuit in cauſſa, ne has & ego quiſquilias ſpernerem.

Ea veluti, quae quondam fortaſſe fuerit inſignis portio ſeu reliquum magnae alicujus porticus, baſilicae, ſeu alterius admirandae molis eo loco antiquitùs inaedificatae; quoties è Civitate potiùs illuc non fuerit tranſvectum, ut praedictae Cruci (è fragminibus marmoreis aequè compactae) vicarias baſis partes impleret. Dixi è Civitate illuc tranſvectum, quum ſimilia non deſint Bononiae grandia Columnarum fruſta variis locis ſparſa; & quarum unum adhuc viſitur è regione D. Petri in Archiepiſcopalis furni angulo: alterum ad plateolam D. Pauli, in angulo domus DD. de Groſſis; & quae duo mirum eſt, quomodo in tantâ nos apud marmorum penuriâ, neceſſitati, ne aviditati dicam, quadratariorum ſe ſubtrahere valuerint.


CA-

## *CAPUT. VI.*

### *Fragmentum Repertum in Bononien. Territorio, in Villâ S. Benedicti.*




*Ad Eccleſiam Parochialem D. Nicolai de Albariis.*



*Ex Alidoſio, pag.* 73.

In Caſa del Signore Aſtorre Volta, in un' ornamento di Marmo, con dentro una teſta di rilievo, con queſte lettere ſotto:

# A S O T V S. Θ

fù trovato a Caſaralta.

*Ex eodem Alidoſio pag.* 63.

Nel Clauſtro della Chieſa di S. Stefano, una pietra longa trè piedi, e larga uno, con lavori attorno, e dentro vi ſono queſte lettere di grandezza di tre oncie.

# D I V E R O N

E ſotto vi è ſcolpito un Cavallo, e ſotto a quello un Pavone, & a queſto un Cervo, con lavori ſotto.

COmeſtionum more quotidianarum, quarum in fine colligi ſolent analecta ne pereant, in praeſentis Sectionis termino fruſta quaedam marmorea, quae, non ſolùm nunquam ſaturae Temporis edacitati, ſed etiam aliis fragminibus, per totum Librum diſſeminatis, ſuperfuere, nunc in unum jungimus. Horum primum eſt inſigne Fragmentum, de quo aliàs in noſtrâ *Aelia Laelia Criſpide* actum, & quod ideò jure omittimus. Succedit ingens hic Cyppus à me detectus anno 1687. & qui vices fungebatur liminis oſtio Parochialis Eccleſiae D. Nicolai de Albariis: quocirca domeſtico multitudinis inceſſu, accedente praeſertim nimiâ lapicidinarum noſtrarum, unde exſciſſus exiit, teneritudine, attritus, integram amiſit Epigraphem. In neceſſariâ ipſius remotione, ob nuperam & inſignem Templi à fundamentis reaedificationem, ſub dextero latere antiquae

Cap. V. pag. 75.

quae

quae januae tectum & abſconditum, denuò apparuit ALFENII nomen, ſed caeteris ſequentibus olim verbis exutum, quae ſtatum ſaltem ſeu conditionem hujus apud nos Familiae adumbraret. Aliquantiſper ſiquidem conſtare potuiſſet, an nativi nobis fuiſſent ALFENII, an aliundè huc profecti. Quid habuiſſent cum ALFENIO *Senecione*, Subpraefecto egregioque Iureconſulto, cujus ſententiam ſeu juriſdictionem loci, ſeu agri publici integram deſcripſit Gruterus totâ paginâ CCVIII. Num iſtud nos penes praeſentis Stirpis germen, ab eo ALFENIO fluxiſſet, qui non longè hinc diſtans, Cremonâ ſcilicet, ortus, Romamque profectus, ſubulâ in ſtylum versâ, è vili ſutore ſeu coriario, in eximium Iurepraeditum evaſit, adeò ut Conſulatu adepto, in ſuo tandem obitu, à Pop. Rom. publicè efferri meruerit.

Quid ſibi velit ASOTVS, quid DIVERON, minimè divinari valeo. Mihi videre videor has eſſe potiùs Aenigmatum, quàm Inſcriptionum micas & quiſquilias, ex eo praeſumptas, quòd primum repertum fuerit *Caſaraltae*, eâ inquam regione, quâ nulla nos apud Aenigmatibus illuſtrior. Alterum ejuſdem eſſe generis, non mentiri me ſinunt Trium Animalium, quibus aſſociatur, figurae ac ſymbola, poſt Aegyptios, Etruſcis noſtris ſolemnia, ut aliàs dictum, & mox clariùs viſuri ſumus.

SE-

# SECTIO DECIMA

## Inſcriptionum Aenigmaticarum, Apocripharum, ac tandem Adventitiarum, hoc eſt aliunde ad nos profectarum, niſque ad rem Bononienſem facientium.

### *CAPUT I.*

### *Aenigma Bononienſe* à Caſaralta, *primo à Bononiâ Lapide.*

DVbiis & incertis Inſcriptionibus, de quibus hactenus dictum, Aenigmaticas ſubjungere conſilium eſt, quippe dubiae & incertae apparent & ipſae, non caſu quidem, ut antedictae, ſed deditâ operâ, ad acuendum ſimul & oblectandum ingenuorum & argutorum hominum ingenia compactae. Has inter principem ſemper obtinuiſſe locum AELIAM LAELIAM CRISPIDEM, quam ratione excellentiae, & per antonomaſiam, *l'Enimma Bologneſe* vocant, nemo eſt qui non agnoſcat & non fateatur, toto praeſertim applaudente Literatorum Coetu, uno vix excepto Spon, qui de eâ perperam ſcribere haud timuit: *que cette inſcription n'etoit pas antique, quoy qu' ils ſuppoſent tous ſon antiquité, & j aurois tâché de leur perſuader qu' on ne doit pas s' alimbiquer le cerveau à des penſées ridicules de*

*Voyag. d'Ital. de Dalm. pag. 69.70. Tom. 3. pag. 58.*

*quelque moderne qui à voulu faire le bel eſprit. Auſſi ce que l' on montre n' en eſt qu' une copie, & je ne puâ apprendre ce qu' etoit devenu l' original &c.*

Vt ex ejus epiſtola MS. penes me.

At quoniam ab evanidis ſolertiſſimi alioquin hujus Viri objectionibus, quas ad me miſit, ab ipſius expoſitione me abſtinere ſuadens, elapſis annis me illud plenè vindicaſſe crediderim; quam haud aſpernandam ſolidiſſimorum vim argumentorum, ad adverſa quaecumque eliminanda ſophiſmata congeſſerim, inofficiosè non repeto, ſed horum vice geminas clariſſimorum Virorum in eandem Epigraphem animadverſiones, à toto Literatorum orbe expetitas, ſubjicio. Primae ſunt ſolertiſſimi Canonici de Nigris: Alterae ſunt argutiſſimi Prioris Mengoli, mihi eas nuncupare, antequam proprias publicarem, non dedignati. Et ſanè quoad primum, non neſcius ego, quàm maximè praeſtitiſſet vir ille emunctae naris, eruditâ *Maniliani Lapidis* Expoſitione jam editâ, nil magè mihi in votis erat, quàm compos fieri interpraetationis à ſe habitae celeberrimi hujus Epitaphii, quam quidem ad umbilicum perduxerat, ſed acerbâ morte praeventus ineditam reliquerat. Quum enim mihi renunciaretur quotidie, quod ipſe pariter, arbitratus hanc eſſe puram putam Inſcriptionem Sepulchralem (etſi aenigmaticè conceptam) ejus declarationem, non ab idealibus, ſed à domeſticis à communiter accidentibus deduxiſſet, non injuriâ verebar, ne in eandem prorſus ſententiam, quae ipſi arriſerat, incidiſſem; quocirca ſolâ anterioritatis praerogativâ, in meam prius editam, ſolatus, acquieſcere deberem.

De qua ſup. Sect. Quinta Cap. XIII.

Sed timorem abſtulit intempeſtivus eventus, ſera, inquam, poſt jam typis traditam interpraetationem noſtram, Manuſcripti iſtius communicatio, ſeu, ut veriùs dicam, ab haeredibus venditio, è quâ mihi denique colligere licuit, in Aenigmatis ſolutione nos toto diſtare Coelo, quamvis in eſſentiâ ac identitate perſonarum, in Inſcriptione memoratarum, convenerimus, ut hîc infra patet.

HI-

# Hiſtorico-Miſtica Interpretatio
## CELEBERRIMI EPITAPHII
# AELIA LAELIA CRISPIS

AVCTORE

*Alexandro de Nigris Ioannis Franciſci filio.*



„ QUæ ſtudia ad ſepulchralia ſtatuenda priſcæ inſumpſerint ætates, ſat ſuperque patebunt, ſi cum apud Romanos pretioſiora pro ijs fabricandis euiſcerata montium metalla; tum apud Aegyptios cæterarum rerum neglectam ſtructuram, omne opus (quaſi voluiſſent ſempiterna defunctorum domicilia) ad ſublimandas indeficienti ſumptu, ac ter ſuperba magnificentia Pyramides conuerſum proſpexerimus. Ego quidem ſæpenumero me arbitratum fateor, quod ſicuti ab ipſis & Gentibus nullæ occaſus neceſſitati humani ſpiritus ſubeſſe credebantur, ita ſepulchra condita nonniſi, ut digna nomina, quæ momento cadebant, monumento ſtetiſſe cognoſcerentur. Oblectatus ea propter nunquam ſatis in ipſis ſpectandis, cum ad inclytam Civitatem Mutinam præ cæteris attendendum legerem Epitaphium:

Mutinæ in Platea maior.

CLODIA PLAV
TILLA. SIBI. ET
QVERCONIO AGATHONI
MARITO OPTIMO
ET. LVCIFERAE. LIB
IN. FR. P. XX. IN AGR. P. XX
H. M. H. N. S

„ ſum opinatus QVERCONII prænomine inibi memoratum AGATHONEM, non memoria minus quàm ſanguine propinquum LVCIO AGATHONI PRISCO, qui in ſuburbano Bononiæ ſolo vivens, ænigmaticum plantaverat Cenotaphium:

p. lapide ab Vrbe Bononia.

D : M
AELIA LAELIA CRISPIS
NEC VIR. NEC MVLIER. NEC ANDROGYNA
NEC PVELLA. NEC IVVENIS. NEC ANVS
NEC CASTA. NEC MERETRIX. NEC PVDICA
SED

SED OMNIA
SVBLATA NEQVE FAME. NEQVE FERRO. NEQVE VENENO
SED OMNIBVS
NEC COELO. NEC TERRIS. NEC AQVIS
SED VBIQVE IACET
LVCIVS AGATO PRISCVS
NEC MARITVS. NEC AMATOR. NEC NECESSARIVS
NEQVE MOERENS. NEQVE GAVDENS. NEQVE FLENS
HANC
NEQVE MOLEM. NEQVE PYRAMIDEM. NEQVE SEPVLCHRVM
SED OMNIA
SCIT ET NESCIT CVI POSVERIT

» Neque citra clariſſimum fulgorem procederet diſcur- »ſus, ſi pro AELIAE LAELIAE CRISPIDIS forma, ad »ſenſum Ethnicorum conſiderata, caliginoſum dilucidaret »documentum, ipſis eandem formam perficientibus conſi- »deratis membris, VMBRA ſcilicet, MANIBVS, CAR- »NE, atque SPIRITV.

» Quid autem imaginarentur pro VMBRA, tradam ex »Theodoreto Oratore pariter & Poeta, aſſerente ipſam pro »re quadam circa ortum ac interitum maxima, circa ve- »ro conſiſtentiam & vigorem minima, cum in his, quæ »de Iſocratis diſcipulis ſcripſit, cecinerit:

*Naturæ quæcunque parit tellus, neque pontus,*
*Nec ſimilem membrorum auctum mortalibus affert:*
*Eſt hæc quando ſuo natali maxima primo:*
*Dum medius vigor eſt illi parua: inque ſenecta*
*Redditur aſpectu maior, proceraque nimis.*

Ideo cum VMBRAE ſacra facientibus, ut plurimum „ apparerent (ita enim omnes Poetæ, omnes ferè Hiſtori- „ ci indicant) crederem vel in ſacrificiorum vigiliis, vel

in

„ in ſubſequentibus prope aram conſuetis obdormitionibus, „ varias AGATHONEM PRISCVM pro AELIA LAE-„ LIA modo ſub annoſo phantaſmate, modo ſub iuuenili, „ aliquando modeſta, alias inuerecunda obueniente ima-„ ginationi expertum fuiſſe illuſiones.

„ Sed ad præmiſſam firmandam comprobationem circa „ allegatas de VMBRIS traditiones præmonitum volo, „ quod Ethnici mortuorum phantaſmata æque in oblecta-„ mentum ac in terrorem habuerunt, vt de fratricida Ro-„ mulo aſſeuerabat Poeta:

*Vmbra cruenta Remi viſa eſt aſſiſtere lecto*

„ & pro furente verba faciens Didone:

*Et cum frigida mors animæ ſubduxerit artus,*
*Omnibus vmbra locis adero: dabis, improbe, pœnas.*

„ Panthaſmata igitur ad conſeruandum falſorum Deo-„ rum cultum ſæpe ſæpius à Dæmonibus mouebantur ſub „ Geniorum ſiue mali ſiue boni ratione, ita vt interrogati „ reſponderent, etiam vaticinando, quod apud Plutar-„ chum Bruto contigiſſe legitur ante prælium in campis „ Philippicis.

Plutar. in Vita Cæſar.

„ Rarum vt alia prætercam, ecce exemplum de illo, „ qui pulcherrimæ foeminæ ſpecimen gerens, ad inclina-„ tam diem in Adrumentana Ciuitate Africæ, non modò „ hilarem aſpectum obtulit Quinto Rufo, ſed euentura pre-„ dixit gratiſſima: eum ſcilicet, etiam ſi obſcura gladia-„ toris patris origine, Legatum Tiberij Claudij Cæſaris, „ ac Proconſulem ad Germaniæ populos futurum: Quæ-„ ſturam, & mox præturam, ipſo fauente Principe, aſſe-„ quuturum, exinde Conſulares Faſces, ac Triumphalia „ ornamenta A. C. V. DCCXCIX, non diu poſt Cor-„ bulonem adepturum, tandemque Africano Conſulatu „ obtento, in ipſa Prouincia dies experturum eſſe vltimos. „ Quæ omnia eueniſſe ex antiquis tradit Pighius, & mor-„ tuum refert ad A. V. C. DCCCVIII. De conſimilibus „ Spirituum apparitionibus tam apud Iudæos, quam apud Gen-

VVinandus. Pigh Annal. Rom. tom. 3. ſub. V. C. 799.

,, Gentiles & Chriſticolas requirantur Tyreus, Alexander ,, ab Alexandro & alij Hiſtorici. Tyr. lib. p. cap.26. Alex. ab Alex. Genial Dier. c.19.

,, Sed quid circa MANES? Vel ex Apuleio rationalium ,, melioris meriti GENIOS adhuc in ſede membrorum re- ,, ſidentes Idololatrica dixerit ſuperſtitio, vel cum Plato- ,, ne malos GENIOS è corpore dimanatos, inque imis ,, terræ, ob reatus purgationem, incolatum ducentes, ad ,, ſenſum, de quo ſermo; vel cum Seruio Animos, vt ille ,, perperam aſſeuerabat, nouas formas, medio regreſſu ad ,, lucem, expectantes, communiter tamen loquendo, quos ,, libet è compedibus carnis ſolutos hominum ſpiritus, nec ,, dum (vt miſeri cæcutientes iactabant) in Coeleſtibus ag- ,, gregatos, ſub MANIVM vocatione comprehenſos cer- ,, no: illamque frequentiſſimam conſuetudinem DIIS MA- ,, NIBVS, hoc eſt MANIVM, ſeu Animorum Tutelari- ,, bus dicandorum Sepulchrorum ex eadem opinione pro- ,, creatum, mihi inumeræ propalare videntur marmoribus ,, diſeminatæ traditiones.

,, Nec eſt cur adijciam de priſcorum obſequio allega- ,, tiones Mortam Lacedemonicam atque Hiſpanicam, Par- ,, cas & Fata Nemauſiorum, Libitinam Nouiam, Orcum, ,, Plutonem, Sumanum, & ceteram MANIBVS tutelarem ,, Turbam apud Romanos veneratam quam eloquij Prin- ,, ceps longa ſerie deſcribit; & cui (heu tunc nimiùm mi- ,, ſeri) ſuperſtites pro vita functis ſolemniora dirigebant ,, vota, vel vt pro noxijs pacatiorem pænam intercederent ,, per malos GENIOS infligendam, quos Empedocles ea- ,, propter ablutores delictorum & maris incolas deſcribe- ,, bat: Cicer. de Natur. Deor. 3.

*In mari namque illos adigit vis ætheris ingens*
*Expuit in terræ pontus ſola: terraque in almi*
*Lampada propellit Solis; Sol ætheris illos*
*Vorticibus celer immitit, ſic ordine longo*
*Vnus poſt alium exoſos ſcelerum excipit vltor.*

,, Neque latet Gentiles etiam moribus barbaros, pietatem

tar-

Tull. de Somn. Scipion.

„ tantam exercendam fore duxiſſe, vt Romanus ipſe Orator docuerit: primum ad religionem gradum eſſe eorum, qui nos præceſſerunt reminiſci, deque ijs integram ſeruare memoriam, qui naturæ tributum, quod & nos pendere debemus, perſoluerint. Cui tamen facem præferens Philoſphus tradiderat, æquius eſſe mortuis quam viuentibus auxiliari: & hinc eſt quod Lacedemonij, inter leges à Lycurgo receptas, venerabiliorem duxere, quæ defunctos nonniſi cum ramis oleaginis tumulari mandabat in ſymbolum miſericordiæ & purgationis, vt firmarunt Voconius & Vergilius:

Vacon. Declarationum Lib. ſub c. 8. n. 7. Aeneid. in 6.

*Idem ter ſocios pura circumtulit vnda*
*Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ.*

„ Albani pietatis ergo, integras defunctorum opes cum cadaveribus ſepulchris inferre conſueuerunt, nec infrequens apud Romanos extitit vſus, vt quæcunque mortuus in delicijs habuerat, licet pretioſiſſima forent, in ignem vna cum eius exuuijs conijcerentur, ſeu ſaltem floribus & frugum primitijs eorum coenotaphia exornarentur.

„ Quas tamen Gentilium conſuetudines de conſpergendis floribus, & vino ſuperſtitum ſtatuis, æque ac viuentium ſepulturis, deque ſerto caluis iſtorum componendo, tanquam ſuperſtitioſas & vanas, abieciſſe nos teſtabatur tali ſermone Minutius. *Sanè quod caput non coronamus ignoſcite: auram boni floris naribus ducere non occipitio, capilliſue ſolemus haurire. Nec mortuos coronamus: ego vos* (Idololatricos alloquens) *in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi aut non ſentienti coronam, cum & beatus non egeat, & miſer non gaudeat floribus.*

Minutus Felix. in Octauio.

„ Sed ne propoſitæ de GENIIS materiæ obliti credamur, ob floribus ornandam CARNEM, hoc eſt corpus iam mortuum, indeque Sepulchrum CARNEM continens, Seruium advocemus interpretem ſuper carmine Vergilij.

*In-*

*Incertus Genium ne loci, famulum ne parentis*
*Eſſe putes? &c.*

„ GENIVM (dat enim hæc verba) *putauerunt antiqui Nu-* Seru. ad Vergil. com.
*-men, quod nobis naſcentibus datur, Tutelarem ſcilicet An-*
„ *gelum*; Vnde Heſiodus bonos & commodos GENIOS di-
„ xit:

*Caſtos cuſtodes hominum, rerumque datores*
*Lautarum, quod ſint regalis honoris adepti.*

„ De GENIORVM interitu in Heſiodi libello De Ora-
„ culorum defectu ad Tiberij Cæſaris tempora, lepidum
„ refert exemplum Plutarchus adiectis non paucis traditio-
„ nibus circa ipſos Semideos creditos.

„ GENIO ſacra dabantur ex mero & floribus, ſi vera
„ edidere Vates; nam Perſius:

*Funde merum Genio, non tu prece poſcis emaci.* Satyr. 2. ad Macrinum. In 2. Epiſtolar.

„ Horatius:

*Floribus, & vino Genium memorem breuis horæ.*

„ Tibullus:

*Huc ades & centum ludos, Geniumque choreis* Elegiar. in p. eleg. 7.
*Concelebra, & multo tempora funde mero &c.*

„ Et alibi:

*Ipſe ſuos adſit Genius viſurus honores,* Elegiar. in 2.
*Cui decorant ſanctas florea ſerta comas.*
*Illius è puro diſtillent tempora nardo,*
*Atque ſatur libo ſit, madeatque mero.*

„ Tandem inferius:

*Rure puer verno pulchram de flore coronam*
*Fecit, & antiquis impoſuit Laribus.*

„ Flores oblatos non cruenta pinguium, referebat Cen-
„ ſorinus, eo quod GENII non venerandi ſanguine ſint
„ viſi; ne quo die vitæ donamur, ac tutelæ pacatiſſimæ,
„ animantibus, licet irrationalibus, violentam mortem
„ indiceremus titulo deuotionis; quæ adeò impolluta ſer-
„ uari conſueuit; vt nec iureiurando permitteretur obno- Iure Conſulti in ff. de Iure iuran.
„ xia: unde teſte Ammiano Tertullianus: *citius per omnes De-*

[Ammian. Marcell. in lib. 21.] „*os quàm per GENIVM peieratur.*
„ Venio tandem ad rationalium SPIRITVM, de quo
„nunc verba facturus, referam, ipſum ab Idololatricis
„ſumptum pro Anima ob omni labe ſoluta; atque Cæ-
„lis donata ob æternam cum Dijs tanquam quid Diuinum,
„& ipſis affinitate coniunctum. Cui ſententiæ, imò commu-
„ni hominum exiſtimationi Princeps Philoſophorum vide-
[Ariſtot. lib. 10. Ethic.] tur adſtipulatus; dum ait: *Intellectiuum licet minimum ſit
in nobis relatione ad ſenſitiuum, nihilominus à nobis con-
temnendum non eſſe, ſed maximi faciendum, vtpote quod
ſolum quid Diuinum eſt, & nos affinitate quadam Dijs im-*
„*mortalibus coniungens*; vt Pictorius canebat ex Trimegi-
„ſto:

*Diuinum Trimegiſtus ait doctiſſimus author*
*Eſſe hominem, ſanctum, miraculumque Dei.*

„Licet præcitato, alijſque locis fuerit Ariſtoteles plurali
„dictione vſus in Deo memorando, vixit tamen acerri-
„mus impugnator Gentilitatis quoad vanam Deorum mul-
„titudinem: dum veritati & noſtræ fidei conſentiens, vni-
[Ariſtot. Phiſicor. in 8. Laertius in Vita Ariſtot.] „uerſorum vnicum Principem, Primam Cauſam, hoc eſt
„Deum increatum ſummis rationibus determinavit.
„ Talibus diſcuſſis, cur mihi de AELIA LAELIA L.
„AGATHONI prædefuncta fœmina apertiſſimum, om-
„nique ſolida moralitate concinnatum ſuadeam Epitaphium?
„non vt ludens præmittebam aenigmaticum Sphingis im-
„plicatum figuris, ſolidè propalaſſe tenebo, ſtatimac ex
„vetuſtiſſimo Patauino lapide, circa nuper explicatas hu-
„manæ eſſentiæ partes adduxero carmina:

BIS DVO SVNT HOMINI MANES CARO SPIRITVS VMBRA
QVATVOR HAS PARTES TOT LOCA SVSCI PIVNT
TERRA TEGIT CARNEM TVMVLVM CIRCVMVOLAT VMBRA
ORCVS HABET MANES SPIRITVS ASTRA PETIT

„AELIAM LAELIAM eapropter ſibi præmortuam, vna
„ſimul cum hiſce partibus, NEC COELO, NEC TERRIS,
NEC

„ NEC AQVIS dixerat LVCIVS AGATHO exiſtentem;
„ ipſis verò quadripartitis & VBIQVE IACENTEM aſſe-
„ uerauerat, licet ſui ipſius incapacem AMORIS, CO-
„ NIVGII, vel NECESSITVDINIS: vnde animum pru-
„ dentia componens, dum ſperabat melioris vitæ in cha-
„ ra fortunam, NEQ. MOERENS vexabatur, NEQVE
„ GAVDENS erat, quoties meditabatur amiſſam; NE-
„ QVE FLENS irrecuperabilem inaniter lamentabatur,
„ quaſi animum habuiſſet inclinatum precibus Ennij canen- Guid. Pan. cirol. memo-rab.p.p. ti.62
„ tis:

NEMO ME LACHRIMIS DECORET NEQ. FVNERA FLETVM
FAXIT. CVR? VOLITO VIVVS PER ORA VIRVM

„ Nec immerito: ſi enim felices ſunt mortui, iniuria eſt
„ eorum mortem deflere; ſi miſeri, quid fletus illis pro-
„ deſt? Cumque NEQVE FAME, NEQVE FERRO,
„ NEQVE VENENO, ſed placida morte ſciret PRI-
„ SCVS fuiſſe ſublatam CRISPIM, faciliùs locum dabat
„ ſolatio, quaſi nouiſſet famis, ferri, & veneni periculis
„ ſublatam, licet priuationis experimentum ſibi aequè imò
„ magis durum foret, quàm ſi vnitim & ferro, & fame,
„ & veneno partum fuiſſet. Prout etiam ijs OMNIBVS
„ partum dicere potuiſſet: dum quicunque non violenta,
„ vel repentina morte interijt, morboſus regulariter mi-
„ grat è vita, obque pellendos morbos ſæpenumero adhi-
„ beri ſoleat ferrum ad venæ ſectionem, vt dempto nimis
„ accenſo ſanguine, calor ad opportunum gradum rediga-
„ tur. Sumpta verò ab ægrotante purgantia (quorum ple-
„ raque eo tempore deleteriæ qualitatis non erant exper-
„ tia) Veneni locum habent. Ex quibus, ac vi morbi dem-
„ pta omnigena guſtus ad cibos appetentia, addita quoque
„ dieta, ideſt exquiſita victus ratione, quæ tunc temporis
„ ad inediam ipſam quandoque extendebatur, non ne di-
„ ci poſſent hæc in cauſa, vt aliquis famelicus deficiat?
„ Venæ igitur ſectione, Pharmatia, atque Diæta, tribus
„ nempe medicis inſtrumentis, in morbi curatione exagi-

 tata

„ tata miſella AELIA, ac ſubinde, mortua, SVBLATA di-
„ citur NEQVE FAME, NEQVE FERRO, NEQVE VE-
„ NENO, SED OMNIBVS.

„ Cum tandem in AELIAE decus, humilem AGATHO
„ poſuiſſet caſam & aram altulam (quod nomen in loco eo-
„ dem vbi extat Monumenti vſque in præſentia tempora re-
„ manſit impreſſum prædium illud *Caſaralta* vulgariter di-
„ ctum) HANC NEQVE MOLEM, NEQVE PYRA-
„ MIDEM, NEQVE SEPVLCHRVM ſcribebat, & cum
„ illam iſtorum omnium loco ſtatuiſſet, fatebatur SED OM-
„ NIA. Conſciuſque ad propriæ mentis decretum, ſe pro
„ AELIAE LAELIAE à parte rei non amplius inter morta-
„ les cognoſcibili forma perennem formare voluiſſe memo-
„ riam, negando prius de ipſa, quatenus ſublata forma,
„ VIRVM, MVLIEREM, ANDROGINAM &c. deque
„ therſophica eius allata doctrina affirmando SED OMNIA,
„ aptiſſimo vſus eſt concludendi termino SCIT ET NE-
„ SCIT CVI POSVERIT.

„ Licet ex iam deductis, ſententiæ meæ qui diſſentiat è
„ Sapientibus non habiturum ſperem, ad pleniùs tamen ab-
„ ſoluendam orationem de AELIAE LALIAE CRISPIDIS
„ Prænomine nomine, Nomine, atque Agnomine hiſtori-
„ co ordine nonnihil adieciſſe optimum duxi: Priſcos ſi-
„ quidem, ac præcipuè Quirites, ijs, & pluribus aliquan-
„ do fuiſſe vſos ſatis conſtat.

Vrſin. in Roman. fam. antiq.

„ Aelia Gens, Ailia pariter, ac Allia ſcripta, ab Lamo
„ Neptuni filio Læſtrigotorum Rege deriuata fertur à Ve-
„ nuſino:

Horat. lib. 3. Ode 17.

*Aeli vetuſto nobili ab Lamo*
*Quando & priores hinc Lamias ferunt*
*Denominatos, & nepotum*
*Per memores genus omne faſtos*
*Auctore ab illo ducis originem*
*Qui Formiarum mænia dicitur*
*Princeps, & innantem Maricæ.*

*Li-*

*Litoribus tenuiſſe Lirin*
*Latè tyrannus &c.*

„ Primus ex Lælijs, cognomento Lamia, homo deformis „ adeo fuit, vt cum in iudicio contra Aculeonem ſtaret, Cic. de Oratoria lib. 2. „ iſtius patronus Lucius Craſſus ſuauiter ludens, riſum in „ aſtantibus excitauit, illum puerum pulchellum, ac diſ„ ſertum appellando.

„ Lucius poſterior, Eques Romanus is fertur, qui dum „ Ciceronis ſalutem enixiùs propugnaret, à Piſone & Ga- Cicer. in Epiſt. ad Q. Fratrem. „ bino relegatus eſt: qui præturam poſt aedilitatem à mor„ te Cęſaris petijt, cumque Domitius dixiſſet: *veſtra cul„ pa hæc acciderunt*, *Equites Romani*, *diſſolutè enim indica„ tis*, ferociùs reſpondit: *nos indicamus*, *vos laudatis*. De „ ipſo Valerius, & Plinius.

„ Tertius Lucius Conſularia dirigens cum Marco Ser- Val. Max. in p. c. 8. „ uilio Gemino An. V. C. DCCLV. Vir ſapiens fuit, ille in- Plin. in 7. c. 52. „ quam, quem Horatius propagatum ab Lamo Antiphatis „ genitore, Leſtrigotorum Rege; cui Formij ſubiecti, „ Campanię populi, quos Plinius humana carne victitaſſe Plin. in 7. „ tradebat.

„ Quartus huius ſtirpis, & nominis, Prætorius vir fuit, „ cui è rogo vocem viguiſſe tradebat Plinius. Plin. in 7.

„ Lucius in ordine quintus, Conſularis, ſubque Flauijs „ Principibus clarebat, Triumuir extitit Auri Argenti Ae„ ris flandi feriundi. Longinam vxorem ac vitam innoxiè, „ Domitiano mandante, perdidit, vnde Iuuenalis: Iuuenal. Satyr. 4.

*Sed perijt, poſtquam cerdonibus eſſe timendus*
*Cæperat, hoc nocuit Lamiarum cæde maderet.*

„ Neque integram ex Aelijs Poëtis hic accenſebo ſeriem, „ ſed præcipuos tantum qui fama claruere.

„ Publium ſcilicet, Quæſtorem conſtitutum Anno poſt V. „ C. CCCXLV. cum ij primò ex plebe ſunt creati. Liu. in 4.

„ Publium ab eo natum, Caio Sulpitio Longo Collega „ Conſulem Anno CDXVII.

„ Caium Publij filium, Publij nepotem, qui Anno CDL-

XIII.

Vinan. Annal. Roman. tom. 1.

» XIII. Tribunalia Plebis agens, legem tulit de Lucanis
» perſequendis, eo quod Thurinos Romani Populi ſocios
» infeſtaſſent, qui ideo Caium ipſum ſtatua, & Corona au-
» rea donauerunt.

Plin. in 34. c. 6. atq. 8.

» Caium inquam, Anno CDLXVII. cum M. Valerio Ma-
» ximo Portio ad Conſularia munia vocatum, dum Plebs
» Ianiculi occupatrix, à Quinto Hortenſio Dictatore pacata
» ceſſit.

Liu. in 22. & 23.

» Publium primodicto Publio nepotem, Pontificatu, ac
» Prætura decoratum, qui Caio Terentio Varroni in pe-
» tendo Conſulatu extitit, & Canenſi acie occubuit.

Liu. in 29. 30. 31. 32. ac 41. Plutarch. in Africano. App. de Bello Punic.

» Ambos per eum genitos, Publium ſcilicet ac Sextum;
» è quibus prior An. C. V. DL Aedilitiam Plebis aucto-
» ritatem vna cum Vrbanæ Præturæ in iuriſdictione tenuit:
» & in ſequenti Caio Seruio Dictatore Comitiorum crean-
» dorum gratia Equeſtria geſſit. Conſulque ſuffectus cum
» Cneo Cornelio Lentulo An. DLIII. quo bellum Puni-
» cum ſecundum finiuit, pace Carthaginenſibus data, Cen-
» ſor in ſequenti cum Pub. Cornelio Scipione Affricano;
» bienniöque relapſo Prętor iterum, & tandem poſt di-
» uerſa munia mortalibus dempto ſub anno DLXXVIII.

Ennius in Cic. Tuſc. p. de Senectut. Liu. in 32. ac 34. Pomp. de orig. Iur.

» Sextum Aelium Poetum agnomento Catum, eo quòd
» Ciuilis ſententię omnibus præſtantior haberetur. Cum
» Tito Quinctio Flaminio An. DLV. Conſulem Italiam ob-
» tinentem Prouinciam, dum Collegę Macedonia obtigiſ-
» ſet. Cenſorem cum Caio Cornelio conſtitutum An. DLX.
» & Iuri Aeliano Tituli datorem.

Liu. in 44. Plutar. in Paulo. Valer. in 4. c. 3. Plin. in 33. c. 11. Vbbo Emmius in Chronol. Rom.

» Quintum Cati, An. DLXXVIII vita functi, ex fratre
» nepotem, ex bello Macedonico Pauli Legatum: Conſu-
» lem cum M. Iunio Penno An. DLXXXVII: Augurem pa-
» tri ſuffectum, nouennio ante obtentam Galliam, vbi
» cum ab Aeolis in fictilibus prandens eſſet inuentus, mi-
» ra liberalitate cumulatus eſt argenteis vaſis; quorum v-
» ſus à Subſequenti cęna remotos volens, inter ſuos fertur
» deriſus, vt acutè Marianus noſter ...

Cum

*Dum paro fictilibus cenam, riſere Quirites:* Mariã. Star. Romę lib. p. Epigram. 37.

*Qui ſcit, an appoſitas mallent conſumere menſas?*

„ Quintum eiuſdem filium, licet è deſcendentibus Caij Pu-
„ blij per alios aſſertum.

„ Sextum ab hoc Quinto natum, qui cum Caio Sentio Emmius.
„ Saturnino An. DCCLVI. Conſul creatus, Gettarum quin- Strab. in 7.
„ quaginta millia in Thraciam habitatum traduxit. Horum Vbbo vbi ſup.
„ Conſulum ſuaſu, Lex Aelia, Sentia de teſtamentis Lata.

„ Ex Aelijs Paetis Tuberonibus nec prætereribo Publium,
„ qui ſui ipſius, imò vniuerſæ Familię ſpreta fortuna, hanc
„ licet feliciſſimam ſaluti Publicę à priuatis poſponendam
„ eſſe voluit teſtificari, cum Prętor pro Tribunali iura red- Vrſin. in Aelia Genr.
„ dens, Picus ad eius caput à volatu ita placide ſiſtit, vt Liu. in 40.
„ facili digito ab ipſo potuerit apprehendi: Auditis ſiqui- Varro. in 3. Valer. in 5. c. 5.
„ dem Aruſpicibus firmantibus, quod voluere ſeruato Pu- Plin. in 10. c. 18.
„ blij perſonę ac ſtirpi toti omnia forent ſummè fauſta,
„ Reipublicę verò miſerrima; illico Senatu ac Populo ad-
„ ſtantibus, Picum contriuit; & ſi quę Hiſtorici tradide-
„ runt vera fuere, Vir tantus ſeptemdecim conſanguineos
„ eximij roboris An. DXXXVIII. in Canenſi prælio ami-
„ ſit, aliaque eſt expertus & ſibi, & ſuę Gentis omnino
„ grauia. Reſpu. procedente tempore ad ſummum Impe-
„ rij faſtigium exceſſit.

„ Publium filium An. DLIII. Siciliam Prouinciam te-
„ nentem, & in DLXXVII. Vrbanę Prętutę ſceptrum ge- Liu. in. 30. & 40.
„ ſtantem.

„ Quintum, Tribunitiæ Poteſtatis An. DLX. qui ad Ple-
„ bem tulit, ipſaque ſanciuit, vt ex Latinis Colonijs al- Liu. in 38.
„ tera in Brutios Italorum, altera in Thurinos Græcorum
„ agros deducerentur.

„ Quintum, Lucij Pauli Aemilij generum, qui locuple-
„ tiori animi generoſitate maximam ſuſtinens paupertatem, Liu. in 45.
„ ſubque Socero Macedonico bello An. DLXXXIII. inſu-
„ dans, Perſarum Regis captiui promeruit cuſtodiam, &
„ quinque argenti pondo cumulatus eſt.

Præ-

Val. Max. in 7. c. 5. Cic. pro Murena. „ Pręfati Quinti filios Publium, & Quintum Stoicum, ob „ſordes à Prętura reiectum. Contra Africani Auunculi „teſtimonium, ob ſolidiorem iuſtitiam, iudicantem in Triumuiratu, & Gracho ſuperque moleſtum.

Cic. in Brut. „ Ab ipſo procreatum Lucium Hiſtoricum, qui Latinis & „Gręcis literis admirandus, grauiſſimus Tullio Ciceroni „factus, eaquepropter Aſiaticę Legationis munere, per „Quintum Ciceronem ab Italiae eſt amotus manſione.

„ Quintum ab Hiſtorico prædicto natum, Iuris Conſultum percelebrem, cui vxor Sulpitia Ser. Sulpirij I. C. „filia, maſculum peperit eodem nomine dictum, qui Coſ. „An. MCCXLIII. cum Paulo Fabio Maximo creatus eſt, & „foeminam nomine Aeliam, Lucio Caſſio Longino nuptam.

„ At ſicuti ex paterna ſobole (quę Aeliorum fuit) tan„tum decoris ſibi acquiſiuiſſe ex hucuſque dictis agnouimus, „hanc AELIAM LAELIAM CRISPIDEM noſtram, ita è „materno latere (quod Laeliorum fuit) non imparem glo„riam eidem contribuiſſe videmus, qui ſequuntur Laelios.

„ Caium ſcilicet Laelium Caij filium Caij nepotem, Pu„blio Scipioni Africano in claſſe adeo clarum, vt noua „Carthagine ſubacta, aureo ſit diademate donatus, do„noque triginta bobus Dux captiuorum Romam ſit remiſ„ſus. Caium inquam qui, regreſſus ab Vrbe, nauali cer„tamine ſuperans Magonem, Conſul creatur, ab ipſo „Publio prędatum. Africam expeditur, ſummis Cartha„ginenſes afficit terroribus, Siphacem Regem alioſque pri„mates Quiritibus exhibet deuictos, poſt Triumphalia Sci„pionis Aedilitatem, ac Pręturam ſortitur, & Conſul cum „Lucio Scipione Publij fratre An. VC. DLX. IV. meritis cla„ret cumulatus.

Liu. in 27. 28. 29. 30. 37. ac in 41.

Cicero. de Orator. lib. 2 „ Ambas Laelias à nuper memorato Conſule genitas, „maiorem ſcilicet Quinto Mutio Auguri nuptam, quam vt „ſocrum ſuam Marcus Craſſus commendabat *facilius*; inquiens, *mulieres incorruptam antiquitatem conſeruant, quod multorum ſermonum expertes, ea tenent ſemper quæ prima*

*di-*

„ *didicerunt*. Fuit ſiquidem ſapientis patris ſapiens filia, vt „ noſter cecinit Marianus:

*Laelia ſum germen ſapientis, germen amici*
*Nomen amo doctæ, ſed reſpuo nomen amicæ.*

Andr. Marian. Epigram. Statuarum Romæ.

„ Minorem, quæ Caium Fannum ſortita eſt in maritum.

„ Aulum Laelium Creſcentem, de quo monumentum „ obſeruabam olim in Muſeo Dominorum de Caſalibus in „ Vrbe.

L. AELIO APRO V. A. VII. M. X. A. LAELIO PIETATI
V. A. IIII. M. V
A. LAELIVS CRESCENS. ET CLAVDIA PIETAS
FILIIS PIENTISSIMIS FECERVNT. SIBI. ET. SVIS
LIB. P. Q. E

In regione Campi Martij.

„ Decium Laelium Pompeo Hiſpanicam ob Legationem expeditum, à Sertorioque inibi cæſum.

Val. Max. in 8. cap. p. Cæſ. comment. in 3.

„ Decium eiuſdem Legati filium Plebis Tribunum, qui „ Gabinium reum dimitti iuſſit: Duxque Pompeianus ad „ bella Ciuilia Aſiaticis eſt præpoſitus nauibus.

Ap. Alex. in 4.

„ Laelium à iuniore Decio Progenitum, qui Legatus „ Cornificij, in Libya poſt Cæſarem ob res perditas ſibi „ necem conſciuit.

Ap. Alex. vbi ſup.

„ Laelium prænomine Druſum Druſi fil. Druſio nep. cognomento Balbum haud præteribo, ipſum Ann. Cond. „ Vrbis DCCXLIX. Conſulem, prudentia ciuili conſpicuum „ cernens, Collega Caio Antiſtio Vetere, vt habet etiam „ Capitolinus Lapis:

Quintil. in 10.

D. LAELIO BALBO. COS
C. ANTISTIO VETERI
C I L. IXI. NORBANI
D. D. D. S

„ Nec Laelium nominis clariſſimi Poëtam, qui Erotopænia „ perpetuis nomen tradidit ſæculis.

Gel. lib. 2. c. 24.

„ Marcum Augurem eutrapelia carum, qui de Galba
„ gibboſo dixiſſe fertur: Ingenium Galbæ male habitat.

Macrob. in p. Saturnal.

„ Laelium cognomento Felicem, ad Quintum Lucium pro
„ Labeonis ſententia citatum.

Gel. in 15. cap 22.

„ Caium de Romanorum geſtis ſcriptorem veridicum,
„ atque celebrem.

Cic. de Orat. in p Liu. in 27.

„ Marcum Laelium Strabonem, inter Equites Romanos
„ inclytum, qui Auiaria primus inſtituens, vniuerſo auium
„ genere vnum completum liquiſſe traditur.

Plin. de rerũ Iuvent. in p. c. 50. Varro de re Ruſtica. in 3. c. 5.

„ Lucium Laelium Syrum, de quo in Vrbe Aldus ſumpſit
„ tit:

Ald. Man, in Ort. pag. 253

„ Laeliam Baſſam Poſthumij vxorem, incomparabili ca-
„ ſtimonia famoſam.

Proper. in 2.

„ Caium Laelium cuius glorias Heluetij è ſepulchro cer-
„ nunt perennitati concreditas, vt conſtat ex Lipſio in au-
„ ctis pag. 26.

„ Decimum Laelium, qui (P. Licinio Gallieno Vene-
„ rem & Bacchum, Marti, atque Palladi poſponente) dum
„ Pannonijs præſſet a Meſineis Legionibus conteſtatus eſt Im-
„ perator, propter inſtantes Sarmatas, vt deſtitutis rebus
„ ſua virtute occurreret, vt quidem feciſſet, ni fato victus
„ ab eo, nullo diſcrimine ſæuiente, & vrbes virili ſexu ſpo-
„ liante, ad effugiendam nimis crudelem ſæuitiam, pugio-
„ ne ſe transfodiſſet, generoſo actu demendo Reipublicæ vi-
„ rum neceſſarium, militi ducem peritiſſimum. A. V. C.
„ MLXXIV.

„ Sed coeterorum ommiſſa Laeliorum acie copioſiſſima,
„ potius enim deficeremus mente, quàm ipſa deſineret;
„ cum circa cognomen CRISPIDIS ſufficiat non obliuiſci,
„ quod inter Romanos, non modo fuerit Aeliorum, ſed
„ Bæbiorum, Iuliorum, Martiorum, Hæuiorum, Paſſie-
„ norum, Saluſtiorum, atque Vibiorum; concludamus de
„ AELIA LAELIA orationem, publicæ luci donandam, ne
„ ſoli LVCIO AGATHONI lucidum remaneat perpetuò
„ Epitaphij ſecretum, ad honorarium ſemper regredior

CLO-

„ CLODIAE PLAVTILLAE & QVERCONII AGA-
„ THONIS ſuperius à principio memoratum Tumulum. Et
„ licet de huius poſtremi perſona indiuiduam nondum po-
„ tuerim reperire notitiam; dum hoc è Bononienſi Lapide
„ PRISCII ſecundo cognomento lego inſignitum; quod in-
„ ter alios Acij geſſere, Aelij, Anearij, Ceſonij, Fulci- Vinand.in Idea Rom. Hiſt.pag.705 col.2.
„ nij, Heratij, Helvedij, Iabolenij, Iulij, Iunij, Seruilij,
„ Statij, atque Tarquinij: ex Mutinenſi verò Sarcophago
„ iunctum Auguſto Claudiorum, à Clodio Aeneæ ſocio
„ emanato ſanguine, qui vtramque in Vrbe animabat Gen-
„ tem, Patritiam ſcilicet, à qua Pulchri, & Plebeiam, à
„ qua prouenere Marcelli, & qui Claudium Tiberium Ne-
„ ronem, Caium Caligulam, ac Tiberium Druſum dedit
„ Imperatores: Claudiorum inquam ipſorum qui, cui pri- Domin. Niger 7.Comēt. Georg.
„ meua inſiſtebat, vt inquit Niger, ſplendidiſſima, & fe-
„ liciſſima Romanorum Colonia Mutina, Viæ nomen li-
„ querunt, deque Victoriatis Nummis, qui antea ex Illy-
„ rico aduecti pro merce recipiebantur, vt Romæ percu-
„ terentur ipſa Victoriæ imagine optimam ſanciuere legem,
„ de qua Roſinus, tanquam inuiolata vſque ad extremos
„ Publicæ Libertatis limites tunc enim paſſi fuere, qui mo-
„ netæ cudendæ præfecti ſtabant Triumuiri, domeſticæ am- Cic.pro Fonteio.
„ bitionis gratia, priuatarum actionum documentis, non
„ autem priuatorum ipſorum ſuperſtitum imaginibus (cum
„ id ſolius priuilegium eſſet Imperatoris) nummos inſigni-
„ ri:

„ AGATHONICES quoque non modo Mutinæ, nobis
„ adeo proximæ, ſed in alijs noſtræ Ciſalpinæ Galliæ par-
„ tibus, imò in ipſa Romana Curia olim viguiſſe præno-
„ biles non pauca oſtentant Monumenta, & ſi de Muti-
„ nenſibus loquimur aliud habetur, quod ipſe legebam:

AVRELIAE . AGATHONICES
SALINIANVS DOMINAE B. M

„ Pro Marco Aurelio forſan Proceſſano, cui Bononia
„ vxor in ipſa ciuitate perennauit memoriam.

D . M
M. AVRELIO
PROCESSANO
VE. COHORT. VI
PROT. DVCENARIO
BONONIA METRODORA
CONIVGI. KARISSIMO
QVM QVO VIXIT ANN
XI. M. X. D V
B. M

„ Sed ad AGATHONICES reuertentes, memoremus a-
„ pud Comenſes, Anno poſt Romam conditam DCLXV. Qui-
„ ritum Municipes conſtitutos, vt ex infraſcrip.

D · M
ANNIAE AGATHONICES
VITA . BREVIS. LONGO MELIOR. MORTALIBVS. AEVO
NAM. PARVO. SPACIO. FLORVIT. HAEC. ANIMA
BIS. DENOS. PERFVNCTA. ANNOS. SINE. CRIMINE. MORVM
VITA. BEATA. FVIT. SPIRITVS. NEC. NITVIT
AT. PATRVM. MISERANDA. AETAS. ANIMA. CRVCIATVR
POENAQ. DE. LONGO. TEMPORE. LONGA. DATA. EST
DE. SENIO. LVCTVS. SENIVM. FLETV. RENOVATVR
VTRAQ. RES. MORTIS. DVLCIOR. EXITIO
DAT. TAMEN. HAEC. PATRONAE. PIETAS. SOLATIA. FIDAE
IVGERA. QVOT. TERRAE. DEDICAT. HIC. TVMVLVS

Franc. Ballarin. in Chronic. Comenſium p. 1. c. 4.

„ Et hæc iam ſatis, quæ ſi omnino, cui fuerunt oblatæ,
„ ter Maximo Virtutum fautori minime arriſerint, non
„ me in omnem culpam, ſed vetuſtatem rerum, & edax
„ tempus conſueta Clementia conijciet ſpero, illius metri
„ memor:

*Tempus fugaci vulnerat impetu*
*Rituque Parthorum feriens ruit*
*Verſis ſagittis hoc theatra*

Philom. in Muſis iuuenil. Ode 1.

*Ar-*

*Arma, duces, opulenta regna.*
*Vrbeſque totas, cuncta ſilentijs*
*Immergit altis; impatiens diu*
*Quidquam manere &c.*

» Vel Auſoniaci Epigrammatis:

*Truncatis conuulſa iacent elementa figuris,*
*Omnia confuſis interiere notis.*
*Miramur periiſſe homines; monimenta fatiſcunt*
*Mors etiam ſaxis, nominibuſque venit.*

Quoad Mengolum noſtrum, in reconditis, atque abſtruſioribus diſciplinis, tantâ omnium admiratione ſuique nominis laude expoſitis, nouum Sydus, à longinquis uſque regionibus admiratum, haec quae ſequitur eſt Interpretatio:

## Ad Maiorem Dei Gloriam.

*Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino.*

*CO. CAROLO MALVASIÆ*

*Metropolitanæ Bononiæ Canonico. D. D. D.*

PETRVS MENGVLVS

*Prior S. Magdalenæ Bonon. 21. Iunij 1681.*

„ ÆNigma Caſaraltæ, Regulam Caſtitatis à Fr. Eo-
„ doringo Andalao, Fundatore Religionis Mili-
„ taris Equitum S. Mariæ ſibi, & ſucceſſoribus Religioſis
„ propoſitam, & in prima Sacra Domo expoſitam.

D. M.

» Dira Mania luxuriæ tentatio.

ÆLIA.

» Implacabilis, ſine ſequentis regulæ vſu.

LAE-

LAELIA. λαιλια

„ Maximè placata per vſum regulæ.

CRISPIS

„ Cuius apparens ingenium, quaſi frons attrita, omni
„ riam morum indirectione criſpatur.

NEC VIR NEC MVLIER NEC ANDROGYNA
NEC PVELLA NEC IVVENIS NEC ANVS
NEC CASTA NEC MERETRIX NEC PVDICA
SED OMNIA

„ Repræſentat enim imaginationi non eundem ſem
„ ſexum, ſed ſexum omnifariam; nec eandem ſe
„ per ætatem, ſed ætates omnifariam, ut alliciat ad o
„ nifarias turpitudines. Sed & per omnifariam more
„ etiam bonos, ſubintroducitur: tum ſub ſpecie caſtita
„ augendæ: tum ſub ſpecie alius diſparatæ virtutis acq
„ rendæ, pro cuius deſiderio quaſi pro mercede condu
„ tur vt meretrix: tum denique ſub ipſa ſpecie exterio
„ pudicitiæ conſeruandæ.

SVBLATA
NEQVE FAME NEQVE FERRO NEQVE VENEN
SED OMNIBVS

„ Hæc eſt prima pars regulæ ſubtripartita: Nam ten
„ tio luxuriæ non ſolum tollitur gaſtrimargia; non ſ
„ carnis maceratione per catenulas, & cilicia ferrea,
„ que ad ſanguinis effuſionem; nec ſolis medicamentis
„ ſubigendam gulam adhibitis: ſed ſimul omnibus. Q
„ parte regulæ inſtruimur, quoad corporis noſtri gub
„ nium.

NEC COELO NEC TERRIS NEC AQVIS
SED VBIQVE IACET

„ Hæc eſt altera pars regulæ, qua inſtruimur quo
ani-

„animi noſtri exercitationem. etiam ſubtripartita. Nam „luxuriæ tentatio proſtrata iacet, non per ſolam noſtram „in cælis conuerſationem, ſcilicet orationem; aut in ter-„ris, per humilitatis exhibitionem; aut in aquis, per la-„chrymarum effuſionem: ſed VBIQVE, per regularem in „OMNIBVS huiuſmodi permanſionem.

LVCIVS AGATHO PRISCVS

„ Duobus puris anagrammatis (Iouthatigeus Puſcius) & „Phruſcius Aigetalous) quæ Græcè leguntur: Lutaringus „Paſſius, Fruſcius Aingdalous Fundator religionis 1261, „vulgò, *Lodoringo Aindalò*: vir maximæ auctoritatis, à „Senatu Bonon. præpoſitus Magiſtratui Pacis inter ciues „Ghelphos & Gibellinos conciliandæ de anno 1265, ideo „Paſcius nuncupatus; item Phruſcius nuncupatus à S. Phru-„ſcio Heremita, cuius ipſe ſibi propoſuerat imitationem.

„ Aliter, & melius: LVCIVS diuina luce inſtructus. „AGATHO, puritatis profeſſor ex voto, & religioſæ Mi-„litiæ inſtructor. PRISCVS, ſecundum regulam à priſcis „Patribus, & à S. Auguſtino acceptam, & in primitiua „Eccleſia vſitatam.

NEQVE MARITVS

„ Nulla læthalis peccati obligatione ad luxuriam affe-„ctus.

NEC AMATOR

„ Nullaque venialis peccati propenſione.

NEC NECESSARIVS

„ Quippe qui omnem deuitauerat occaſionem, ex qua „poſſet neceſſaria ſequi luxuriæ tentatio.

NEQVE MOERENS

„ Nullam habens veræ mæſtitiæ cauſam, peccati con-„ſcientiam.

NE-

NEQVE GAVDENS

„ Quippe qui vſque tunc viuens, non habebat certitu-
„ dinem caſtitatis conſeruandæ vſque ad mortem.

NEQVE FLENS

„ Non auerſans diuinam voluntatem, quæ huiuſmod
„ tentationem permittit, non ad labefactandam, immo ac
„ confirmandam Caſtitatis virtutem.

HANC

„ Caſtitatis regulam.

NEQVE MOLEM NEQVE PYRAMIDEM NEQVE SEPVLCHRVM

SED OMNIA

„ Molem, pro domo habitationis religioſorum. PY-
„ RAMIDEM, pro turri eidem domui appoſita: SEPVL-
„ CHRVM; electione in loco ipſo, Vel rurſum non quid-
„ quam corporale, ſed veriùs Molem ſpiritualem, ad im-
„ morandum, & quieſcendum, & redeundum quotidie ad
„ ipſam regulam: & Pyramidem pro vſu regulæ, ad di-
„ uinarum contemplationem; & Sepulchrum, pro vſu, ad
„ nouiſſimorum recordationem.

SCIT ET NECIT CVI POSVERIT

„ Quia ſibi poſuit diutius tentato, & per hanc regulam
„ victori effecto. Item poſteris religioſis & ſucceſſoribus,
„ quos, qui, & quales futuri ſint NESCIT.

CA-

## CAPUT. II.

*Ex Reineſio Claſſe Decimanonâ XLI.*

*Bononiæ in porta majore D. Petronji.*



DIutiùs haeſitare nequeo, nunquid verè inter caeteros alibi viſos Affectus Superſtitum erga Mortuos collocare debuiſſem, an ritè magis in praeſentiâ *Aenigmaticis* annumerem egò Monumentum iſtud, quod, poſtquam primus omnium eruditiſſimus Reineſius, à Langermanno eluſus, in ſuo Opere Magno depravatè nimis edidit, adinvenire mihi contigit inter Vaticana MS. à Populari meo Iacobo Lilio, ex ipſo archetypo fideliùs, ut patet, exſcriptum. Quanquam enim in uno atque altero horum exemplo ſcripta Epigraphe meridianâ luce clarior appareat, numeris tamen Platonicis obſcuriores ſe praebent, quae ſubjiciuntur illicò Belluinae Icunculae, non caſu pro quadratarii atbitrio, ad ornandum Marmor, ſed feriò, ad ſenſum aliquem reconditum tacitè innuendum, additae.

Lib. ſignat. ab extra 52-38

Ut enim priſca Bononia (quae, non ſecus ac hodierna, cunctos etiam tunc temporis docuit) oſtenderet, omnigenam ipſius Sapientiam nullum pariter metaphoricè ac myſticè loquendi genus latuiſſe, non tantùm in antecedenti *Aelia Laelia Criſpide*, mirabilem formam tradidit Aenigmatum vocalium, hoc eſt quae nudâ dumtaxat voce, ſoliſque verbis conſiſtunt, ſed in praeſenti typum aequè mutorum propoſuit; eorum ſcilicet, quae ex oppoſitò voce carent, ſilentibuſque potiùs ludunt imaginibus.

Nunc verò quid ſibi velit effigiatus ibi Canis, qui Vulpem Gallo inſidiantem impetit, alteri definiendum relinquo. Nam ſi dicerem, in Vulpe adumbrari virum è vivis ereptum, poſtquam circumveniſſet uxorem, non diſſimili fraude, exempli cauſsâ, quâ TITINIVM quendam alium uxorem impudicam callidè ac de induſtriâ duxiſſe, ut eam dote ſpoliaret, refert Valer. Max. quapropter noſtra quodammodo laetari videretur duobus illis verbis ET TV, quaſi diceret: & tu quoque morte interceptus, periiſti tandem; retorqueri poſſet ſenſus, vertique Mulieris ejuſdem laetitia in commiſerationem erga innoxium maritum, ſeu in moralem quandam ſui ſtatus expenſionem; quaſi

Lib. 3. c. 2. Plutar. in Mario.

quaſi ſibi ipſi ita alloqueretur: ET TV quoque, infelix uxor, praefinito tibi tandem tempore morieris, in hoc tandem felix, quòd Manes eris dilecti conjugis apud Eliſios reviſura.

Si verò dicamus ET TV conſuetam fuiſſe tacitam defunctorum reſalutationem iis, qui tumulum reſpicientes, dicere conſuevere: Vir bonus erat, in pace quieſcat, & ſimilia; quaſi, inquam, ex illo Monumento ſibi remurmurari tacitè, & dramaticâ quaſi fictione (ut loquitur Reineſius) ſubaudirent: ET TV quoque pace fruaris, felix vivas, ut latè perpendit & doctè exemplificat idem, Gruteri Epigraphum praeſidio fultus, praeſertim CCCLXIX. 5. & DCCCV. 10. & quibus addere potuiſſet itidem DCCCXXVI. 9. in quid huic effictae defunctorum reſalutationi ſeu praecationi conſonat, Belluarum harum effigiata hîc ira, fraus, vindicta, altercatio? Claſſe undecima I. Claſ. Sexta CXVII. 5. & firmius d. Claſ. Vndecima I.

Captu ſunt difficillima hujus generis Emblemata, ſeu Hieroglyphica, quae non Aegyptiacorum more ſint aliquâ communi ac certâ regulâ definita, ſed ab irregulari & cerebroſâ cujuſvis libidine producta; Quocirca peritiori Oedipo hiſce relictis, me confero ad diſcrimina, quae inter utrumque exemplar cedere dignoſcitur; quorum primum apparet in apice Lapidis, in quo, ubi Lilius delineavit, ſi non alatam Gorgonis faciem, communem tot aliis, Caput idem, quod in Maniliano Saxo ſupereminere vidimus; Langermannus truncum Caput Humanum, Aſininis Auribus, Mydae ad inſtar, deformatum effinxit. Ubi TITINIVS & TERENTIA à Lilio noſtro Pineâ intermediâ ſejunguntur, à Langermanno reduplicatarum frondium quarundam ignotarum faſciculo dividuntur. Ubi ſuis aptatus veſtibus eorum quilibet ab Lilio amicitur, ambo à Langermanno denudati oſtenduntur. Super caput Mulieris detegitur ſcriptum à Lilio FRACTVS. SER. nomen fortaſsè SERVI, qui, ſive juſſu Mulieris tunc viventis (ut ſatis liquet è verbo VIVIT ſub eâ ſcripto) ſeu juſſu Mariti mor- Sect. Quinta Cap. XIII.

tui parvum quidem, ſed elegans hoc Mauſoleum excitavit, à Langermanno verò hae voces poſthabentur. Lilius in ſecundo Epigrammatis verſu habet ADELPHVS, Langermannus ADELPVS.

De Fam. Rō. in hac Gēte.

Caeterum, ſicuti TITINIORVM dignitatibus, ab Urſino recenſitis, haec nuperrima ex eodem doctiſſimo Reineſio ſubdi poſſet, ab hoc Lapide emanans:

Claſ. Quarta III.

IV. K. APRILEIS
FASCEIS. PENES. LICINIVM
FVLGVRAVIT. TONVIT. ET. QVERCVS. TACTA. IN
SVMMA. VELIA. PAVLLVM. A. MERIDIE
RIXA. AD. IANVM. INFIMVM. IN. CAVPONA. ET
CAPO. AD. VRSVM. GALEATVM. GRAVITER
SAVCIATVS
C. TITINIVS. AED. PL. MVLCAVIT LANIOS
QVOD. CARNEM. VENDIDISSENT. POPVLO. NON
INSPECTAM
DE. PECVNIA MVLCTATITIA. CELLA. EXTRVCTA
AD. TELLVRIS. LAVERNAE

ita paucis admodum ejuſdem Gentis Epigrammatis à Grutero collectis, quae bina non excedunt, haec octo è meá Lapidariâ penu depromenda, addere non renuam:

Praeter L. TITINIVM SILONEM, & M. TITINIVM MARTIALEM, de quibus ſup. pag. 70. col. 2. & pag. 438. col. pri.

*Romae, Villa Cinquinia, Via Nomentana.*

L. TITINIVS. L. F. SABINVS
L. TITINIVS. L. F. CLAVDIA
MARSVS
TITINIA SABINA. ET
TITINA VAPVCIA
DISTIG. FECERVNT

*Extra Romam,*
*In quadam Vinea.*
*Elegantiſs. imaginibus repraeſentatur Sacrificium inſtaurandum, & ſupra:*

D. M.
L. TITINIVS. L. LIB.
ALEXANDER

*E ſched. Vatican.*

TITINIA C. F
ATTICE

C. TITINIVS. C. L.
IVCVNDVS

*Ex iiſdem.*

M. FAVONIVS

PHI-

PHILEMO
TITINIA. C. Ↄ. L.
CLEOPATRA

*Ex iiſdem.*

TITINIAE. C. F
RVSTICAE
C. TITINIVS. C. L
SECVNDVS

*Ex iiſdem.*

C. TITINIVS
FI-

FILIO DVLCI

*E ſched. Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Fabretti.*

M. TITINIVS | M. MINVTIVS
M. L. FELIX | M. L. FELIX

*Ex iiſdem.*

DIS MANIBVS
SACR
A. TITINI. A. F. CN
PRISCI

ut proximae & conterminae Mutinae ſuperſedeam, hoc exhibenti; quod nobis Caſtelvetrus ſubripuit; ac inter tot alia ſuarum aedium collocavit:

M. AVRELIO MAXIMO VE.
CONIVGI, QVI VIXIT ANN. XXXX.
M. V. D. XX. ET AVRELIO SATVRNINO
FILIO, QVI VIXIT M. VIII. ET AVR
MAXIMIANO FILIO. QVI VIXIT
ANN. III. AVRELIA MAXIMA CON
IVGI. ET FILIIS DVLCISSIMIS. ET
AVRELIO TITINIO VETERI ET
NEPOTIBVS FACIENDVM CVRAVIT

Habet etiam Vidrian. pag. 114.

Addam citiùs ſequens SAXVM, uno ac altero dictorum jam Aenigmatum genere quodammodo ſcatens; non enim adeò puris putis Verbis concipitur & clauditur, quin Belluinam Icunculam proferat: BONAM, inquam, & DVLCEM ASPIDEM, ſi non ſcalpro effigiatam, eloquio, ut patet, memoratam:

Inter

E77E FILIVM FERRI 7VDA PRODV
CI7. LA7IVM AVGE7. LO7ARIVS PER
DI7. 7 HEOSIVS 7VRBA7. ADRIA VIN
CI7, SED ANNO CLAVSO BONVS ET
DVLCIS SOCIABI7VR ASPIS ET 7V
NC 7IBI ERI7 HONOR ET GLO
PRIMA OLIMPIA
VZ RSO

Inter alia mirabilia copioſiſſimi Muſei Caeſiani promi- net ipſum & ſuperbit, non ſecus ac munus praeſtantiſſi- mum Reverendiſſimi Patris Magiſtri F. Pauli Hieronymi Giaconii, meritiſſimi Inquiſitoris Generalis Bononiae, im- plicatiſſimum hariolandi objectum, ſagacioribus ingeniis, nullo Allatiani Leonis rugitu territis, proponendum.

In TERENTIIS tandem, quorum haec mulier Liberta fuit, non moror; ſiquidem, non tantùm fuiſſe Bononien- ſes & ipſos, ſed militari laude claruiſſe, conſtitit ſupra Sect. Quintâ Cap. VIII. in noſtro TERENTIO *Leone*; qua- propter quae de hac inſigni Progenie ibi plenè diſputatum eſt, ſit fruſtraneum repetere.

CA-

## CAPVT III.

### *Fragmentum Iſiacum, adductum ſupra Sectione Primâ Cap. IV.*

EXpreſſis non tantùm verbis, ſed mutis etiam Emblematis Aenigmatizandi formam in antehabito Lapide *Titinio* ſatis deſignatam, non ab aliis quàm ab Aegyptiis traxiſſe priſcos olim Etruſcos noſtros, atque nullâ unquam Dominorum mutatione intermiſſam, in eorum poſteros, Romano vel Imperio addictos, tranſmiſiſſe, à veriſimili haud alienum conjectabamus. Modò id clarè liquet è ſequenti Fragmento Iſiaco, quod myſticam eorundem Aegyptiorum Sapientiam eos nullatenus ignorare potuiſſe, manifeſtè evincit. In hujus noſtri Voluminis initio, in quo ubi, quando, & à quo repertum fuerit inſigne Fruſtum iſtud aperuimus, idem plenè quidem retulimus, in impiam religionem Iſiacam, apud nos tunc temporis florentem, demonſtrandam; ſed iterum in hoc preſenti Capite repetere cogimur. Sive namque fuerit Marmor iſtud Statuae Iſidis baſis, ut Montalbano placuit; ſive potiùs ejuſdem Signi pars poſtica, ab integro thorace exciſa, ut Kircherus voluit, ſemper reconditis iiſdem ſcatet characteribus ſeu ſimulacris, eadem ingenioſâ egentibus indagine, quâ caetera ac vera obſervamus enodari conſueviſſe Aenigmata.

At quoniam ſorte proſperâ contigit, ut in manibus incideret hoc mirabile Fragmentum eruditiſſimi ejuſdem Kircheri, atque inter tot alia eidem conſentanea collocaretur, nec non unà cum caeteris interpretaretur; ideo, & quae in majus Bononienſium Antiquitatum decus, & quae in opportunum meae ignorationis levamen ediderit doctiſſimus iſte Pater, hîc ſubjicio:

Sce-




## I.

1 Sceptrum.
2 Brachiũ cum Capreolo vitis.
3 Amuletum.
4 Sceptra oppoſita.
5 Accipiter.
6 Piſcina ſacra.
7 Serpens vitę ſignum.
8 Oculus.
9 Serpens cornutus.
10 Cœleſtia.
11 Mundus.
12 Ibis.
13 Vas Niloticum.
14 Triangulum rectangulum.
15 Hydroſchema.

## II.

1 Tres termini
2 cum penna.
3 Hydroſchema.
4 Duo ſegmenta.
5 Corona.
6 Penna.
7 Tres termini.
8 Circulus.
9 Segmentum.
10 Laqueus.
11 Caput Canis.
12 Hydroſchema.
13 Serpens.
14 Quadrangulum.
15 Penna.
16 Oculus.
17 Laqueus.

## III.

1 Sceptrum oculo inſignitum.
2 Symbolum Piſcinę ſacrę cũ duob. annexis pedibus.
3 Brachium Capreolo vitis inſtructum.
4 Calathus.
5 Figura altaris.
6 Segmentum ſuperius.
7 Accipiter.
8 Sceptrum oculo inſtructum.
9 Serpens.
10 Oualis figura, quę
11 Vterum Signific.

## IV.

1 Brachium cum Capreolo inſtructum
2 Scutica.
3 Canalis ſacrę piſcinę.
4 Sceptrum.
5 Brachium cũ manu extenſa.
6 Hydroſchema

Si quis modò pleniorem horum Terminorum intelligentiam aſſequi cupit, Ghiſianum Obeliſcum, quod jam typis editum cunctis proſtat, adire ne gravetur, eruditam ſitim ſuam opiparè reſtincturus. Me per haec aliena, praeſertim communia omnibus facta, vagare nunc prohibet ad umbilicum jam perductus hic Liber, qui plus aequo forſan, magiſque quàm ab initio propoſueram, in molem auctus, me tacitè admonere non deſiſtit, Pag. 122. & ſeqq.

*Ne nimius videar, ſeraque coronide longus.* Martial. lib. 10.

## CAPVT IV.

### *Inſcriptiones Fictitiae ſeu Apochryphae.*

INſcriptionibus Aenigmaticis, quae Poëmatum inſtar, falſa quandoque veris commiſcent & contegunt, Fictitias ſeu Apochryphas jure atteximus, quippe & ipſae, quae verè non ſunt (& ſi quondam fuerint, vel eſſe potuerint) adhuc eas exiſtere effingant. Has inter primum ei tribuimus locum, quam ad Lavinum noſtrum aliàs ſtetiſſe, vidimus ſupra Sect. Quartâ Capit. II. ſed quam nimiâ Temporis diuturnitate conſumtam, ita renovavit P. Painus Servita, teſte Alidoſio pag. 74. 3.

Alli Forcelli, fra il Lavino:

M. ANTONIVS. LEP. ET. OCT.
CAIO. CAESARE. INTERFECTO.
HVC. AD. LAVINVM. FLVMEN
IN. TERRARVM. ORBIS. ROMANI. DIVISIONE
TRIVMVIRATVS NOMINE
AN. AB. ORBE CONDITO. M. XC.
AB VRBE. DCCXLIII
ANTE PARTVM VIRGINIS XLVI
CONVENERVNT
F. APPOLLONIVS PAINIVS M. D. C

Siquidem illa, quam è nativo ac primo Lapide deſumpſerat Langermannus, eam tradens Reineſio, immo quam Lilius noſter deſcripſit in ſchedis, quas toties diximus in Vaticanâ aſſervari, cujus tenor eſt: Reineſ. pag. LXVII.

*In agro Bonon. fracta & diſſipata tabula.*

HEC INSVLA QVAM AMNIS LAVINVS
ADLATRAT BONONIENSIS TABVLA
PROH

PROH TRIVM SCRIPTA EST VIRALIVM
ANTONII LEPIDI ET OCTAVII HEV
DISCIPVLORVM SYLLÆ INEST LOCO
LABES INELVIBILIS SAEVA PARRICIDARVM

meritò ita exploditur à dicto Reineſio: *Ex Appiano, qui L. IV.* ιμφυλ *congreſſum IIIVirorum, pactionem de Imperio, & exercituum conſalutationem deſcribit, narratione Lavinum fluvium accepit, quiſquis eſt autor iſtius tabulæ, ſanè minimè antiquus. Errorem autem illius de eo Bononiam adlaterante, inſulamque conſtituente, prorſus proſtituit (Cluver. I. L. antiq. Ital. c. 27. p. 287. locum autem inſulam Rheno Bononiam paeterlabente, circumfluam deſignat. Dubitaſſe jam olim Antiquarios Italos de vero loco intelligas è Leandri Alberti* deſcriptione Romanulę, *qui cum Blondi de eo conjecturam refutaſſet, ipſe quoque cum ſua exploditur à Cluverio. Recentior Geographus Gallus dictam inſulam ad confluentes Rheni & Labini, duobus à Bononia paſſuum millibus conſtituit, eique credam ſi Bononienſes adſenſerint: alter autem Hiſpanus,* vitæ Mecenatis *ſcriptor, qui confluentibus Lavini, Girondæ, & Rheni eam includit, in Italia hoſpes eſt. Diſcipulos Syllæ è Iuven.* Sat. II. v. 28. *adſcivit faber hujus tabulæ; acta inter IIIViros etiam recenſet Plut. in Antonio f.* 924. Poſtremò irridetur ab eruditiſſimo Autore *Emiſſarii Lacus Fucini.* pag. 405. *ei naſum adeſſe negatutus, cui Inſcriptionis hujus ineptia & falſitas primo olfactu non ſuboleat.*

At ſi à veris ac legitimis Inſcriptionibus noſtris hanc eleganter etiam effictam averruncamus, eò magè ab iiſdem Tres ſequentes eliminare tenemur, quas nebulones quidam & ſycophantae, ut nobis os ſublinirent, intrudere ſtuduerunt. Quum enim auditum eſſet, me ſaepe ac ſaepius conquaeſtum de totali penuriâ nativi alicujus apud nos duri lapidis, cui ad perpetuitatem antiqua facinora conſignarentur; quò evenit ut Epitaphiorum noſtrorum pars non infima, fragili gypſo inciſa, perierint; nil mihi

gratiùs ſe facturos exiſtimarunt, quàm ſi bina, quae ſequuntur, inſcripta Gypſa, veluti meae hujus ſententiae teſtes, ſubminiſtraſſent; poſt aliquod tempus audaciùs tertium Marmor ſubjungentes, quod Aenigmati Aeliano à me tunc temporis exponendo, tam mirificè quàm mendaciter reſponderet:

*Inventa in Communi Miſerazzani. anno 1686.*
*Ex Gypſo incocto.*

D . M
L . G . PORT . F . L
POR.:.:.:FVN
CAS. PA.:.:.:.
PORTII. BO.:.:.

*In fruſto Gypſi incocti grandes hae literae.*

T . AMBASIO
CARIS. LIVIANA SI.:.:
ET
LIVIO.:.:.TORI
CONIVG.:.:
AMBASIAE SOROR.:.:
.:.:.:.:B M.:.:

Ad

*Ad Turrim noſtram.*

| |
|---|
| D M |
| P. AELIO LAELIO |
| CONIVGI KARISSIMO |
| FILIATIA |
| PRISCA |

Nam revera duae primae nullo munimine hiſtorico nituntur, nullâ veriſimilitudinis ſaltem, ſi non veri, iuvantur conjecturâ; & quod caput eſt, cunctarum Trium inciſi characteres adeò novitium olent ſcalprum, ut non antiquiori tempore quàm paucorum menſium, in ſui elaboratione, novum *Steropem Brontemque laſſum reliquiſſe* videantur.

CA-

## CAPVT V.

### *Inſcriptiones Adventitiae, ſeu aliunde ad nos deportatae, nilque ad rem Bononienſem facientes.*

IVriſconſultorum exemplo adventitia vocantium ea bona, quae non in patrimonio noſtro ſunt, ſed aliunde nobis provenerunt, adventitias mihi pariter appellare juvat ſequentes poſtremas Epigraphes, huic Libro ſilentium impoſituras; quippe non hujus ſoli nativae ſint, ſed alibi adinventae, hucque advectae, hanc Patriam, Inſcriptis Lapidibus hodie non admodum refertam, haud parum ditaverint.

Tales profectò ſe manifeſtant hae Romanae, quibus, unà cum aliis opportunè per totum hoc volumen recenſitis, Eminentiſſimus Cardinalis Bevilaqua, hujuſmodi lautitiarum ter cupidus, caeteras Bononienſes, Tuſculanum ſuum illuſtrantes, adauxit:

De hujus Tuſculani laudibus extat elegās epiſtola Illuſtriſs. ac Reverendiſſ. Io: Baptiſtae Cāpeggi, Majoricenſiū Epiſcopi, primi hujus elegantis Villae poſſeſſoris. Et cujus etiam meminit Iul. Iaconius in Appendice ad Fonteium de Priſca Caeſiorum Gēte, pag. 201.

*Habet Grut.* CCCCLXX. 3.

*Tabula extra Oſtiam.*

| | |
|---|---|
| C. SILIVS<br>IVCVNDVS<br>VIVIR AVGVSTAL<br>FECIT SIBI ET<br>LIBER. LIBERTABVS<br>POSTERISQ. EORVM<br>IN F. P. XVI | TI. CLAVDIVS<br>VITALIS<br>FECIT SIBI ET<br>TETTIE HOMONOEÆ<br>CONIVGI<br>LIBERTIS LIBERTABVS<br>POSTERISQ. EORVM<br>IN AGR. P. XXV |

HOC MONOMENT. COMMVNE EST CVM TI. CLAVDIO VITAL. R

P. XV. habet Grut.

Poſtremus hic verſus deeſt in Grut.

Exhi-

*Exhibet Gruterus.* DLXXVIIII. 1.
*Romae, in S. Iohanne ante portam Latinam.*
*Et referunt Commentatores ad Petron. Arbitr. in not. variorum.*

CINERIBVS HAMILIAE
ALPIONIAE QVINTAE
ORNATRICI
FESTVS M. SEPTIMI
GALLI DISPEN
CONTVBERNALI. B. M. FECIT
ET SIBI

Hanc imaginẽ vocat ſpeculum Grut.

*Habet Grut.* DCIV. 5.
*Romae, apud Matthaeos,*

D M
TI CLAVDIO VITALIONI FILIO
KARISSIMO. QVI VIX. ANN. XI
M. VII. D. XIII. FECIT
P. AELIVS AVG. LIB. IANVARIVS PATER
ET CLAVDIAE SVCCESSAE CONIVGI
BENEMERENTI ET INCOMPARABILI FEMINAE
CVM QVA VIX. ANN. XXXI. CVIVS NVLLA CVPIDITATE
EST EXPERT. ET TI. CLAVDIO AVG. LIB. CENSORINO FILIO
KARISSIMO ET SIBI ET SVIS LIB. LIBERTABVSQVE POSTER
EORVM

In Grut. iſte AELIVS IANVARIVS caret praenomine.
XXX. habet Grut.

Pe-

*Penes Grut.* DCXLII. 8.
*Romae, in aedib. D. Gariemberti.*


EX DOMO CAESARVM
LIBERTOR. ET SERVOR
QVOD EST COLLEGI
TABERNACLARIORVM

*Eam refert Grut.* DCCXIX. 4.
*Romae, in vinea quadam, ſupra ductum aquae Virginis, qua iter ad Vineam Carpin.*

D M
L. ANTISTI THREPTI FECERVNT
ANTISTIA THREPTE PATRI
PIENTISSIMO ET L. ANTISTIVS
ARTERMISIVS PATRONO OPTIMO
ET COCCEIA FIRMINA CONIVGI CARISSIMO
ET LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQVE
OMNIVM QVI HOC MONVMENTVM
FECERVNT

*Reperta*

*Reperta anno 1671. in quadam agro Communitatis Montis Sancti, Ditionis Ferrarien. Bononiae conterminae: Nunc in eadem Villa Tuſculana.*




*Reperta Romae,*
*in fundaminibus Aedium Eminentiſſimi olim Cardinalis Caeſii;*
*donoque miſſa Illuſtriſſimis Herculanis, Bononiae Patriciis:*
*nunc verò*
*in eorum Curia, ut refert Comes Franciſcus Amadus*
*in Libro cùi titulus:*

Medaglie della Nobiltà di Bologna, *Impreſs. Cremonae*, *pag.* 121.

D. M
L.SEP.BER.HEL. VITALIANVS
AVR: HERCVLANVS
AMI. INC. B. M

Hiſce concinunt Tres ſequentes, neſcio quando & à quo Romae acquiſitae, ad nos profectae, & è quibus modò laudata toties Villula mea non parum decoris ſibi foeneratur, parvo praeſertim addito Sarcophago, per me pariter Romae empto, Bononiam tranſvecto, atque unà cum Tribus iiſdem Lapidibus aptè inibi collocato: Additiſque eleganti Inſcriptiunculà, mihi Romae dono datâ ab Excellentiſſimo Don Leone Strozzio; & digito Marmorei Coloſſi, elargito ab Illuſtriſſimo Co: Marco Antonio de Iuſtis, nobili & patricio Veronenſi.

Grates utrique eorum carminibus per me ſolutas jactabundè non repeto; quum jam typis editae cunctis pateant.

*Eam refert Grut.* DCCCCXXXIV. *6. Romae, apud Porcarios.*

D . M
BVBALO BENE
MERENTI
SVLPICIVS IONICVS
PATRONVS

IONICV habet Grut. & in fin. poſtremae lineae addit, de Suo FEC

*Eam*

*Eam refert Grut.* DCCLXXXV. 5.
*Romae, apud Iul. Porcarium.*

D. M
TIRCTVLCO
IVLIA FRACLEA
CONIVGI
B. M. F

FRETVL-CO habet Grut. & in 3. verſu ERA-CLEA.

*In Sched. Vaticanis ita enuntiata:*
*Romae, in Aedibus Alteriorum.*

DIS. MANIBVS
PVLLAIENO
CAERIALI
PLARIA
AEPIGONE FECI
CONIVGI. SVO
BENEMERENTI

Imaginem huic prorſus ſimilem vide penes Grut. pag.DXCVI, 2.




L. STLACCIVS. PHILEROS
STLACCIA. L. L. MOSCHIS
PATRONO SVO FECIT

Et




Et haec ſunt denique Inſcripta Saxa, & alia Antiquitatum Fragmenta, *per varios caſus, per tot diſcrimina rerum* ad nos aliunde profecta; & quae, ſicuti unà cum quatuor

aliis

aliis ejuſdem cenſus opportunè exhibitis Sect. Quintâ Cap. IX. Sect. Septimâ Cap. IX. & Sect. Nonâ Cap. V. hanc noſtram MARMORVM FELSINEORVM Seriem non parùm illuſtrant & augent, ita nunc eandem non otiosè complent & claudunt. Ut enim ab hiſce caducis Mundi rebus, ad Coeleſtia & Aeterna nos vocent ac evehant, repetito in ſe parirer tot Monumentorum excidio, tot Gentium interitu, uti tandem clariùs etiam Marmoreus hîc indicat Digitus, tacitè nobis iterare non deſinunt:

*Nil manet ut ſteterat, ſic fortia conterit Aetas:*
*Grandia ſic proprio pondere preſſa ruunt.*

*SOLI DEO HONOR*
*ET GLORIA.*

## AMICE LECTOR.

GRaecis characteribus plumbeis, qui reſponderent Latinis, recentibus quidem, & hac in Editione tantùm adhibitis, carens Typotheta, ut eos ſaltem ab alio chalcographo mutuos acciperet, ob ſomniatam in hoc ſibi propriae exiſtimationis jacturam, nullis unquam precibus flecti potuit. Quum igitur à communi, immo neceſſario quandoque praeſidio nonnullas Graeci ſermonis particulas per totum hoc Opus opportunè inſerendi mihi vacare opus fuerit, ut me excuſes obſecro, atque ſinas, cum Iuriſtis noſtris, hanc *culpam* haud meam, *non alium quàm ſuum ſequi debere Autorem*.

Idem aſſero de ſequentibus, grauioribus etiam, neque alii, quàm eidem Impreſſori adſcribendis: Quòd nimirum pag.21. Inſcript. 6. nòn addiderit (ut ei praeceperam) hunc integrum verſum:

I. CALPVRNIO LL. RVFO

ut è ſchedis olim Leonardi Auguſtini, dantibus ulteriùs STATORI non STRATORI, EGALE, non EGLE, prout patet infra pag. 62.

Quòd è Fragmento Baſis, de quâ pag. 245. haec duo integra nomina ſibi excidere paſſus ſit:

TI. IVLIVS RESTITVTVS
L. RABVLEIVS PRISCVS

ideoque collocanda, primum immediatè ſub lineâ 36. col. primae: alterum ſub lineâ 22. col. ſecundae.

Non propalaverit in Inſcriptione penultimâ pag. 315. errata, quae irrepſerunt in eadem ſuperiùs adductâ pag. 251. ſed in rubricâ indefinitè, eam exiiſſe *Errat* am, praemonuerit.

Pag. 430. poſtremum Lapidem mutilum non repleuerit ad formam ejuſdem ſup. habiti pag. 362. exhibentis

PVBLICIAM SEX. F. PAVLLAM MATREM

& ſimilia.

Cae-

Caetera, uti leviora, atque Typographiis inevitabilia, miſſa facio, quòd exempli cauſsâ ab eo editum ſit:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Appelpelari | pro | Appellari | Iſcriptione | pro | Inſcriptione |
| ARTERMISIVS | pro | ARTEMISIVS | L. FIL. | pro | Ver |
| bembus | pro | Bembus | L ngermanus | pro | Langermannus |
| Ciſtercenſis | pro | Ciſtercienſis | LIBertabut | pro | LIBertabus |
| Cocremoniae | pro | Caeremoniae | Litteris | pro | Literis |
| Dapnae | pro | Capuae | Manuia | pro | Manutiæ |
| Dilegere | pro | Deligere | Perexit | pro | Perrexit |
| Divinarl | pro | Diuinare | Philoſphus | pro | Philoſophus |
| Erruperit | pro | Eruperit | PROCurator | pro | PROCuratori |
| Etnhici | pro | Ethnici | SENECIA | pro | SENECA |
| Et ſi | pro | Etſi | Sepulcrali | pro | Sepulchrali |
| Hæ | pro | Hae | Tarracone | pro | Tarraconae |
| Huc | pro | Hic | Terami alibi Terrazzo | pro | Therami |
| Impexiſſe | pro | inſpexiſſe | TRABVL | pro | TREBVL' |
| Inedificata | pro | Inaedificata | Vergilius | pro | Virgilius |
| Interpraetationes | pro | Interpretationes | Veſtuitatis | pro | Vetuſtatis |

Iſcri-

Haec Typographi errata ſunt. Mea modò, quot & qualia? Non pauca quidem, nec gravia minùs. Haec verò humanitati non ſecus ac caſtigationi tuae pleniſſimè reſerventur. Si prae caeteris, priſcum Romae Pomoerium aliter à recto cum nonnullis Recentioribus fortaſsè collocauerim: Si Romandiolae Provinciam, ſub praeſenti ditione Eccleſiaſticâ, Flaminiam potiùs Viam quàm Aemiliam appellaverim: Si denique, Antiquarum more Inſcriptionum, B & P non rarò alternantium, obbrobrium, non opprobrium ſemel, ad quandam innovandi libidinem, ſcripſerim, benevolè corrigas, non ſeverè carpas velim; phraſimque totiès claudicantem, puro puto leguleio, Bartolum, nimis oſſibus infixum, exuere minimè valenti, condones. Vale.

IN-

# INDEX

## Nominum & Cognominum ex adductis Inſcriptionibus, praeſertim exteris, & adhuc ineditis, prodeuntium.

*Charactere Romano diſtincta, vel noſtra ſunt, vel apud nos hodie reperiuntur: reliqua extera ſunt, & alibi extant.*

## A


A BONONIA. pag. 238
A Caſſa. 420
L. Abucius Hermes. 230
Abutia Melitinæ. 439
M. ACCELLIVS BONONIA. 76
Accuia quae & Ychia. 460
Acilia Helias. 243
Sex. Acilius Severus. 314
Acilius Capito. 500
Actius 368
Acuia Polla. 455
C. Acutius Severus. 334
L. Acutins Romanus. 534
ACVTVS VILIC. 105
Adamius Succeſſus. 510
Aebutia Criſpa. 243
Aebutia L. 308
Aebutia Lib. 231
Aebutius Carpus. 243
Aebutius Felix. 308
Aebutius L. 308
L. Aebutius Karto. 244
L. Aebutius Plotus 244
M. Aebutius Eros. 68
M. Aebutius. Eros Calliſtratus. 68
M. Aebutius Hermes. 231
M. Aebutius Lucumonis. 244
M. Aebutius Macedo. 68
M. AEBVTIVS VERVS. 253
AEL. ABASCANTVS. 414
Ael. Perſeus. 482
T. Ael. Dionyſius. 482
T. Ael. Ti. nep. 344
Ælia 308
Aelia Arcte. 306
Aelia Aphroditenis. 481
Aelia Ariſtobules. 378
Aelia Artemidora, 308
Aelia Capitolina. 522
Aelia Caſſia. 541
Aelia Chreſtina. 439
Aelia Collytycenis. 482
Aelia Doris. 230
Aelia Epicteſis. 307
Aelia Felicula. 495
Aelia Gall. 304
AELIA LAELIA CRISPIS. 577
Aelia Lesbia. 430
Aelia Lucia. 463
Aelia Maximilla. 308
Aelia Moderata. 481
Aelia Nicomedia. 231
Aelia Olimpias. 226
Aelia Puſilla. 438
Aelia Rufina. 229
Aelia Sabina. 327
Aelia Satria. 469
Aelia Saturnina. 467
Aelii 353
Aelius Artemidorus. 418
Aelius Feſtus. 481
Aelius Trophimus. 327
C. Aelius Hermes. 230
L. Aelius Aprus. 593
L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS 152
L. AELIVS DOROTHEVS. pag. 72
M. AELIVS MESTRIANVS. pag. 253
P. Aelius..... Sacerdos. 469
P. Aelius Andron. 482
P. Aelius Eraſinus. 482
P. Aelius Eſuchus. 423
P. Aelius Eutictes. 424
P. Aelius Hermes. 231
P. AELIVS IANVARIVS. pag. 615
P. Aelius Inachus. 308
P. AELIVS LAELIVS. 613
P. Aelius Menophilus. 435
P. Aelius Muſicus. 482
P. Aelius Pontianus. 302
P. AELIVS THALLVS. 617
Sex. Aelius Saturninus. 314
T. Aelius Epaphroditus. 495
T. Aelius Fauſtus. 306
T. Aelius Hermes. 229
Aemilia Aem. 406
Aemilia Cupita. 434
Aemilia Firmina. 433
Aemilia Helene. 482
Aemilia L. Menelaini. 433
Aemilia Montana. 434
Aemilia Pale. 434
Aemilia Plancina. 434
Aemilia Reſtituta. 434
Aemilia Silbana. 525
II. Aemilius. 433
Aemilius Alcimus. 433
Aemilius Zoillus. 433
C. Aemilius Antoninus. 434
C. Aemilius Secũdus. 315 & 433
D. Aemilius Aemilianus. 433
M. AEMILIVS AEVIANVS. 432
M. Aemilius Chreſtus. 433
M. Aemilius Marcellus. 434
M. Aemilius Mevanas. 434
M. AEMILIVS PHOEBVS. 9
M. AEMILIVS VALENTINVS. 432
PAVLVS Aemilius Regillus. 434
Q. Aemilius Amocenus. 21
Q. Aemilius Maximus 434
C Afinius Clemens. 245
Sex. Afranius Proc. 314
AGATHEMER AVG. N. 512
Agatho. 543
Agathonius 438
AGGAEVS 228
Aghena Ianuaria. 426
Agnes F. 439
AGNIA GRATA




AGRI-

AGRICOLA 228
L. AIATVS PROCVLEIA-NVS. 516
M. AIMILIVS LEPIDVS, pag. 145
Aitius Apronianus. 245
Albia Melitana. 63
C. ALBIVS CARINATES COS. 145
C. Albius Ingenuus. 476
C. Albius Philodavus. 476
D. Albius Frontinus. 545
L. Albius Rufus. 354
Alcimus 510
Alexander 378
ALFENIVS....... 574
T. Alfenius Phileros 407
T. Alfenius Primigenius. 407
Alfieius. 68
C. Alfius Diocles. 550
L. Alfius Priſcus. 245
L. Alfius Prothum. 68
M. Alfius...... 256
Alia Sabina. 69 & 328
Allia Benigna. 436
Alliacius Severus. 328
ALPIONIA QVINTA. pag. 615
Alvidius Rom. 362
Amanda Amabilis. 302
T. Amandus Amicus. 428
AMBASIA 612
T. AMBASIVS 612
....AMBLASIVS M... 266
AMBROSIA 509
P. Amicus Manſuetus. 433
L. Ampius pater. 362 & 430
L. Ampius Severus. 362 & 430
Ampliatus lib. 409
C. Amurius Tacunus. 377
Analenus Felix. 416
Anchialius. 302
Ania Fortunata. 71
Ania Plaria. 345
Anicetus 368
ANICIVS LIB. 11
Anicius Zoſimus. 481
M. Aninius Fortunatus. 408
Q. Ann. Furianus. 344
C. Annejus Oneſimus. 439
Annia Alexandrina. 482
Annia Daphne. 345
Annia Epicardia. 344
Annia Fauſtina. 343
Annia Fortunata. 71 & 345
Annia Geneſis, 307
Annia Irene. 245
Annia Peregrina. 345
Annia Plaria. 345
Annia Quartilla. 345
Annia Romana. 334 & 344
Annia Trophimae. 345
Annia Tyche. 334 & 344
Sex. Annidius Montanus. 440
Anniodorus. 334
Annius Coſſutius. 345
Annius Hermes. 231
Annius Orfitus. 345
Annius Paccius Ariſtanetus. 346
C. Annius Campeſtris. 346
C. Annius Chreſtus. 346
C. Annius Nepos. 245
C. Annius Pra.. 344
C. Annius Primigenius. 345
C. Annius Priſcus. 245
C. Annius Saeverus. 345
L. Annius Arpajus. 307
L. Annius Genetivos. 307
L. Annius Marcellinus. 307
L. Annius Pius. 346
L. Annius Rufus. 346
L. Annius Secundus. 315
L. Annius Trecida. 337 & 344
L. Annius Valens. 343
M. Annius Droſerus. 344
M. ANNIVS PAVLLINVS. 340
P. Annius Acaltus. 344
P. Annius Apollonius. 344
P. Annius Carus. 345
P. Annius Terenis. 344
Antia Creſime. 333
Antigonus Liviae. 471
ANTISTIA TREPTE. 616
C. Antiſtius Veter. 593
L. ANTISTIVS ARTEMISIVS. 616
L. ANTISTIVS TREPTVS. pag. 616
Antonia Anatolia. 69
Antonia Rufina. 488
ANTONIA VALERIA. pag. 617
ANTONIVS 611
Antonius Primus. 436
Antonius Repomus. 541
L. Antonius Epitynchanus. 530
M. ANTONIVS. 145, 610
M. Antonius. 530
M. Antonius Carpophorus. 430
M. Antonius Gordianus. 405
M. Antonius Modianus. 430
T. Antonius Chreſtus. 69
T. Antonius Chotiſcus. 69
Antonphilina. 523
Anthus Aug. lib. 426
Aphroda nepos. 428
Aphroda. 428
Apollonius. 19
Appallius Proculus. 245
Appius Claudius Caecus. 93
Aprodiſius. 20
APRODISIX. 515
L. Appulejus Empolus. 378
APRONIVS 368
APRVS. II. COS. 253
L. Apulleius Philinus. 562
Aqullia Galla. 63
M'. Aquilius. 510
ARCADIVS ET HONORIVS AVGG. 570
C. ARCVSINIVS AGRICOLA. 258
C. ARCVSINIVS GAVDENS. 258 & 259
Aria Faruſcinia. 525
Ariſtia Daphne. 68
Ariſtides 21
L. Ariſtius Lucrio. 68
L. Ariſtius Tyrannus. 68
Arpius Salvius. 245
Arria Faruſcinia. 525
Arria Ionis. 562
Arria Pacata. 467
ARRIVS VIR. 368
C. ARRIVS FIRMVS. 380
Arruntia Munnia. 521
Arruntia Petale. 314
Arruntia Proba. 521
ARRVNTIVS MALLVS. pag. 518
ARRVNTIA ROMANA. 517
ARRVNTIVS ROMANVS. 517
L. Arruntius Stacchius. 332
L. Arruntius Veruſtus 521
Artidia Cominia. 227
L. Aſellius Catulus. 545
L. Aſicius Reſtitutus. 245
ASOTVS 575
ASPER 368
P. Aſperatus Formio. 345
Aſpernas 25
L. Aſprus Col. 368
Aſtemia 463
L. Atcilius Miles &c. 241
Atias. 20
Atilia 243
Atilia Maxima. 475
Atilia Moſchis. 419
Atilia Quarta. 475
Atilia Suavis. 475
Atilia Vrbica. 241
Atiliu Paullu. 245
C. Atilicus Pollio. 244
Atilius Feſtus. 241

Atilius Paullus. 345
C.Atilius Creſcens. 341
C.Atilius lib. 343
C.Atilius Po. 343
L. Atilius 343
L. Atilius Creſcens. 341
L. Atilius Eutyches. 341
L. Atilius Philenus Med. 343
L. Atilius Prophimus. 341
SP. L. ATILIVS TERENTIANVS. BONONIA. pag. 339
M. Atilius Lamo. 345
M. Atilius Sabinus. 343
Q. Atilius Feſtinus. 341
Sex. Atillus Silenus. 344
Atinatia Septimina. 356
Atinia 339
A. Atinius Hermes Demetrianus. 339
Atria Phyllis. 428
Attia 368
Attia Sabina. 328
Atticilia Prenome &c. 456
Atticus Firminus. 227 & 426
Attilia Moſchis. 419
Q. Attilius Moſchis. 419
AVFLDIA FELICVLA. pag. 442
C. AVIASIVS SENECA. pag. 111
T. AVIASIVS SERVANDVS. pag. 111
Avidia 338
Avidia Romana. 334 & 379
AVFIDIA ATHENAEIS. pag. 442
Aufidia Venuſta. 444
SEX. AVIDIA PRIMA. 62 & 376.
AVIDIA SEX. L. FAVSTA. 62 & 376.
Avidia t. Lucinia. 338
Avidia Vrſula. 379
Avidius Hymnus. 378
Avidius Rom. 362
L. Avidius Nilus. 378
L. Avidius Philogenes. 72
SEX. AVIDIVS PATIA. 62 & 376
SEX. AVIDIVS THEOPHILVS. 62 & 376
T. Avidius Romanus. 334 & 379
Avilia Philuſa. 62
C. Avilius Leſchus. 549
P. Avilius Anteros. 62
P. Avilius Felix. 62
P. Avilius Hilarus. 62
.... avius Felix. 425
Avonius Proculus. 227 & 339
Sex. Avonius Proculus. 227 & 339
AVR. AMMA. 301
Aur. Criſpinus. 304
Aur. Felicitas. 438
Aur. Iuſtus. 489
AVR. GALLVS. 301
Aur. Glauc. 310
Aur. Generoſa. 438 & 481
Aur. Heliodora. 437
AVR HERCVLANVS. pag. 618
Aur. Hermadion. 523
Aur. Maximianus. 605
Aur. Quintus. 304
Aur. Sabinus. 327
Aur. Salvianus. 310
Aur. Sentia. 526
Aur. Soror. 304
Aur. Theodora. 304 & 436
Aur. Valens. 304
Aur. Victoria. 304
.....liu Teleſporius Contus. 525
M. Aur. 304
M. Aur. Achilleus. 524
M. Aur. Dubitatus. 304
M. Aur. Feſtus. 304
M. Aur. Gall. 304
M. Aur. Iuſt. 489
M. Aur. Philoccalus. 523
M. Aur. Surus. 265
Aurel. Antiochian. 307
Aurel. Antonius. 523
Aurel. Arethuſa. 526
Aurel. Artemidorus. 308
Aurel. Aug. l. 523
Aurel. Felix. 308
Aurel. Fortunata. 482
Aurel. Sabina. 327
Aurel. Secundinus. 481
Aurel. .....ta 308
Aurel. Victor. 466
M. Aurel. Tileſphorus. 437
Aurelia 63
Aurelia 522
Aurelia M. 524
Aurelia Anatola. 526
Aurelia Annia. 489
Aurelia Aquilia. 489
Aurelia Caſta. 525
AVRELIA CAVINA. 521 522.
Aurelia Chryſis. 309
Aurelia Cubulis. 522
AVRELIA DECIA. pag. 517
Aurelia Dionyſias. 439
Aurelia Dionyſias. 525
